

STIMVLVS FIDEI.

SIVE DE OBLIGATIONE REVELANdi hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos.

ET DE CORRECTIONE FRATERNA.

STIMVLVS FIDEI,

SIVE DE OBLIGATIONE REVELANDI HAERETICOS, ET DE HÆRESI SVSPECTOS,

ITEM DE CORRECTIONE FRATERNA

Tractatus absolutissimus.

EXCELLENTISSIMO D. DON IOANNI ALPHONSO Enriquez de Cabrera, Admirato Castellę, Duci Medinę de Rioseco, Comiti de Melgar, & Mohac, Vicecomiti de Cabrera, & de Vaz, Dom. Baroniarum Alcami, Caccabi, & Calatafimi, Commendatori Petræ Albæ, Ordinis Alcantarę, Cubiculario S. Cath. Maiest. Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali in hoc Siciliæ Regno,

D. C.

D.D. DIDACVS GARZIA DE TRASMIERA EQVES S. IACOBI, Olim in maximo S. Crucis Vallisoleti Musæo, Maior Collegialis, Abbas, & Dominus Hermedensis, Almæ Palentinæ Ecclesiæ dignitas, & Canonicus, & Siciliæ Regni Apostolicus Quæsitor, a Consilijs Catholicæ Maiestatis.

PANHORMI,

Typis Nicolai Buæ, & Michaelis Portanouæ. 1647.

Cum licentijs necessarijs.


EX VTRAQVE
Exc.mo D. IOANI ALPHONSO Enriquez & Cabrera Magno Castellę Architalasso. SICILIÆ PROREGI
DECORAT
PACE
IN
Fuenterauia
HISPANIA
SICILIA
D.C.
D.D.DIDACVS GARCIA DE TRASMIERA, EQVES DIVI IACOBI,
Olim in maximo S. Crucis Vallisoleti Musæo Maior Collega, Abbas, & Dominus Hermedensis,
Almæ Palentinæ Ecclesiæ Dignitas, & Canonicus. Siciliæ Regni Apostolicus
Quæsitor a Consilijs Catholicæ Maiestatis

Excelentiſs. Señor

LA mas ſuperſticioſa adulacion de los antiguos fue, venerar con titulo de Diuinidad, ſus Principes, y la mas ſacrilega liſonja, idolatrar con obſeruante culto ſus ſtatuas. Aſta que vn bien entendido politico Iuzgo, que ſe explicaua mas claramente ſu diuinidad, con el ruego, que con el ſacrificio. Aduirtiendo, que no hace dioſes, el que de oro, o marmol los forma, ſino el que deuoto, y reuerente los ruega. Yo pues, aplicando con mejor ſentido eſta ſentencia, dexo a mas bien cortada pluma, y mas bien templado buril el delinear la prudencia, con que V. E. trata las dificultades politicas en el gouierno, y el valor con que vencio los rieſgos militares en la campaña. Para que ſus ſcritos ſiruan de glorioſos trofeos, que eternicen ſu heroico nombre en la poſteridad. Contentandome con rogarle admita, por indice de mi afecto, eſte mal limado tratado, que ſale a luz, no ala ſombra de V. E. ſino al reſplandor de ſu exclarecida perſona, cuyo reflexo iluſtra a Eſpaña, cuya claridad ilumina eſte reyno, y cuyo fuego conſume ſus enemigos, que quien participa tan ſin opoſicion de los rayos del Sol de Eſpaña repetidos en ſu real proſapia, no admite ſombras en ſu lumbre; guarde Dios la Excelentiſs. perſona de V. E. ala medida de el comun deſeo dela poſada. Palermo, y Nouiembre 13. De 1642.

B.L.M. de V. Ex.
Su maior ſeruidor

D. Diego Garcia de Traſmiera.

LECTORI.

IN curriculo annorum decem, & octo, quod exiguis quidem, sed officiosis laboribus in Sanctissimæ Inquisitionis obsequium impendi, nihil animaduersione magis dignum obseruaui, atq; ipsa experientia compertum habui, quã quod innumera reperiuntur delicta, quæ cum ad Iudicum notitiam non peruenerint, pluribus in Tribunalibus impunita remanserint. Cum enim ad eorum vindictam regulariter non ad partis instantiam, sed ex officio procedatur, delatore deficiente, deficit notitia delinquentium, ac delictorum. Quapropter scelera sine correctione, scelerum authores sine supplicio grassantur, & quod lachrymabilius est Respublica multoties breuissimo temporis interuallo huius cancri contagione tabefacta, proh dolor! funditus euertitur, ac penitus deuastatur. Adeo, vt parua scintilla opportuno tempore non oppressa, quantocyus in flammam inextinguibilẽ

⁜ ex-

excesserit, atque hæresis pestifer ignis vineam Domini inreparabili incendio perdiderit. Satis enim est ab ipsa Polytia obseruatum, satis ab oculatissimis, & cordatis viris inspectum, quod in ipsis emergentis periculi primordijs obsistendum sit, vt qui hac celeritate incrementa præuenerit laboranti Ecclesiæ maximum subsidium, periclitanti Republicæ summum beneficium contulerit. Quod in heresibus profligandis obtineri nequaquam potest, nisi statim ac delictum patratum cognoscatur, ad superiorum notitiam celerrime deducatur, vt nocumenti velocitati remediorum celeritate prospiciant. Sint ergo Inquisitores sciẽtia, zelo, prudentiaq; præstantes, si qui peccata Diuino percitus impulsu reuelet, nequaquam adsit, profecto omnis eorum diligens labor omnis prouidi ministerij industria euanescet. Vafer ille humani generis hostis ex institutione, atque erectione horum Tribunalium omnem eius dominatum deturbatum penitus fuisse prospiciens, apertam vim occulta fraude compensans, contra sanctitatem, & prudentiam horum præceptorum, ac legum oppugnationem intendens, conatus est sub prætextu cuiusdam non bene perceptę Doctrinæ de fraterna Correctione, ab aliquibus Doctoribus promulgatæ fraudulenta falsitatis caligine tum veritatis lucem offuscare, tum tanti Tribunalis nito-

rem

rem contaminare. Quapropter ipse tandem aliquando nihil aut vtilius fratrum saluti, aut salubrius Reipublicæ incolumitati futurum præsentiens, quam omnibus manifestum facere, quod huiusmodi, vel pręceptum, vel consilium fraternæ correctionis in rebus fidem Catholicam tangentibus nullo modo sit ad praxim deducendum, illhuc omnes ingenij vires intendi, laborem, & industriam direxi. Quod si aliquando illud obtineam, Ecclesię Catholicæ non vulgare obsequium pręstitisse existimabo: Sin minus, hęc rudis delineatio artificiosiori pennicillo pręludens, sapientiorum calamos excitabit, vt rudia perpoliant, deformia ad debitam venustatem deducant. Mihi, benigne lector, satis sit incœpisse, tibi incumbit incępta tum humaniter acceptare, tum tuis laboribus perficere. Vale.

Per-

Illustrissimo, & Reuerendissimo D.

D. DIDACO GARCIA DE TRASMIERA INQVISITORI.

PErlecto libro tuo Illustrißime, ac Reuerendiß. D. quem De Obligatione Denunciandi Hæreticos, & suspectos de Hæresi, tum etiam de Fraterna Correctione conscripsisti, & Stimuli Fidei Titulo satis consentaneo inscripsisti, omnia quæ in opere aliquo literario perficiundo conuenire oportet, in eo visa sunt summa. nec dubitandum est quin suffragantem quemuis ex lectoribus sis habiturus, siue argumentum spectet ad tuendam sinceritatem Fidei maxime salutare, siue in argumento tractando doctrinæ varietatem, atque præstantiam, siue in contexenda doctrina ingenij dexteritatem, atque solertiam. Hæc in vniuerso opere sunt præclara. Sed vbi de Correctione Fraterna docere aggrederis, in ea videris te ipse clarior. Hoc iudicium a te Illustrißime a nobis requisitum, pro officio tibi debito, & pro operis ipsius merito tuæ sempiternæ memoriæ, cui debetur hic liber, consignandum fuit.

Cæsar del Bosco e Soc. Iesu Prouincialis, & S. Officij Qualificator.

Antonius de Herrera e Soc. Iesu Sancti Officij Qualificator.

M.F. Vinc. Candia ex Dom. Familia Regens, & S. Officij Qualificator.

M.Fr. Ioann. Alberghinus ex Tertio Ord. S. Franc. Reg. Obser. Qualificat. S. Officij.

INDEX

QVÆSTIONVM, ET CAPITVM

Quæ in tractatu de Denunciatione, & Sectionum, & Capitum, quæ in materia Fraternæ Correctionis per totum hunc librum continentur.

ad

Cap.

F I N I S.

QVÆ-

Cap.

INDEX

RERVM, ET VERBORVM.

A *Ana-*

tu-

Con-

D

De-

B De-

ex

Edi-

Edi-

C Ex-

G

H

INDEX

Lex

Ma-

M

Ordi-

E Per-

Sol-

Su-

Tor-

FINIS.

ERRATA	CORRIGE.
Pag.42. col.2. lin.17. qua	quæ
Pag.43. col.2. lin.24. ad 28.	Huiusmodi vero delictorum manifestatione nō potest Inquisitor, vt pater recipere.
Pag.44. col.1. lin.4. Tribunali	Tribunal.
Pag.60. col.2. lin.33. iudicare	iudicare.
Pag.91. col.2. lin.5. Domini	Dominos.
Pag.93. col.2. lin.15. idæ	idem.
Pag.107.col.2.lin.22.determiatam	determinatam,
Pag.108.col.1.lin.23. insignia	insigne
Pag.109.col.2.lin.2. fulgorem	fulgore
Pag.127.col.1.lin.22. punico	puncto.
Pag.161.col.1.lin.22.ad non denuntiandū	ad denuntiandū.
Pag.170. col.1.lin.6. dilectum	delictum,
Pag.172.col.2.lin.29. mentem,	mens.
Pag.210.col.1.lin.12. faciens	faciens.
Pag.226.col.2.lin.3. Theologicis	Theologis
Ibid.col.2.lin.12. occulta	occultæ.
Ibid.col.2.lin.22. charitatis	charitas.
Pag.232.col.1.lin.1. Historij	Historijs
Pag.238.col.1.lin.13. censura uilis	censura vel
Pag.265.col.1.li.8. Strigias,Iimias	Strigas,Lamias.
Ibid.col.2.lin.15. hæreticalis	hæreticalia.
Pag.269.col.1.lin.19. appertam	appensam.
Pag.272.col.2.lin.32. vt	aut.
Pag.276.col.2.lin.32. Cuturlio	Cutellio.
Pag.279.col.2. lin.13. sculpiret	sculperet.
Pag.282.col.2.lin.14. regulam generalem	regula generalis.
Pag.283.col.1.lin.4. oriri Eualis	oriri potest. Qualis.
Ibid.col.2.lin.16. sanguinea vt	sanguine aut.
Pag.292.col.2.lin.26. num	non.
Pag.310.col.1.lin.4. denunciatio	excommunicatio.
Pag.314.col.1.lin.11. subiecerit	subiecerint.
Pag.361.col.2.lin.3. culus	alicuius.
Pag.371.col.1.lin.11. ferundum	feruandum.
Pag.386.col.2.lin.vlt.emendanda	speranda.
Pag.392.col.2.lin.12.aut praxim	aut ad praxim.
Pag.409. c.2.lin.12.efficacitati qua	efficacitati derogare.
Pag.420.col.2.lin.11. ij	ijs.
Pag.421.col.1.lin.22. formidis	formidinis.
Pag.457.col.2.lin.18. mandantis	mandatis.
Pag.467.col.2.lin.6. hæreticu	ethnicus.
Pag.484.col.1.lin.20. antiquam	antiquum.
Pag.509.col.1.lin.30 existimentur	existimemus
Pag.514.col.2.lin.4.inseruens	informans.
Pag.531.col.1.lin.20. Antoninus	Antonius.

F I N I S.

FINIS.

ERRATA	CORRIGE.
Pag.42. col.2. lin.17. qua	quæ
Pag.43. col.2. lin.24. ad 28.	Huiusmodi vero delictorum manifestationē nō potest Inquisitor, vt pater recipere.
Pag.44. col.1. lin.4. Tribunali	Tribunal.
Pag.60. col.2. lin.33. iudicare	iudicare.
Pag.91. col.2. lin.5. Domini	Dominos.
Pag.93. col.2. lin.15. idæ	idem.
Pag.107.col.2.lin.22.determiatam	determinatam;
Pag.108.col.1.lin.23. insignia	insigne
Pag.109.col.2.lin.2. fulgorem	fulgore
Pag.127.col.1.lin.22. punico	puncto.
Pag.161.col.1.lin.22.ad non denuntiandū	ad denuntiandū.
Pag.170. col.1.lin.6. dilectum	delictum,
Pag.172.col.2.lin.29. mentem,	mens.
Pag.210.col.1.lin.12. faciens	faciens.
Pag.226.col.2.lin.3. Theologicis	Theologis
Ibid.col.2.lin.12. occulta	occultæ.
Ibid.col.2.lin.22. charitatis	charitas.
Pag.232.col.1.lin.1. Historij	Historijs
Pag.238.col.1.lin.13. censura uilis	censura vel
Pag.265.col.1.li.8. Strigias,Limias	Strigas,Lamias.
Ibid.col.2.lin.15. hæreticalis	hæreticalia.
Pag.269.col.1.lin.19. appertam	appensam.
Pag.272.col.2.lin.32. vt	aut.
Pag.276.col.2.lin.32. Cutuclio	Cutellio.
Pag.279.col.2. lin.13. sculpiret	sculperet.
Pag.282.col.2.lin.14. regulam generalem	regula generalis.
Pag.283.col.1.lin.4. oriri Eualis	oriri potest. Qualis.
Ibid.col.2.lin.16. sanguinea vt	sanguinea aut.
Pag.292.col.2.lin.26. num	non.
Pag.310.col.1.lin.4. denunciatio	excommunicatio.
Pag.314.col.1.lin.11. subiecerit	subiecerint.
Pag.361.col.2.lin.3. cuius	alicuius.
Pag.371.col.1.lin.11. ferundum	seruandum.
Pag.386.col.2.lin.vlt.emendanda	speranda.
Pag.392.col.2.lin.12.aut praxim	aut ad praxim.
Pag.409. c.2.lin.12.efficacitati qua	efficacitati derogare.
Pag.420.col.2.lin.11. ij	ijs.
Pag.421.col.1.lin.22. formidis	formidinis.
Pag.457.col.2.lin.18. mandantis	mandatis.
Pag.467.col.2.lin.6. hæreticu	ethnicus.
Pag.484.col.1.lin.20. antiquam	antiquum.
Pag.509.col.1.lin.30 existimentur	existimemus
Pag.514.col.2.lin.4.inferuens	informans.
Pag.531.col.1.lin.20. Antoninus	Antonius.

FINIS.

QVAESTIO PRIMA.

De pertinẽtibus ad naturam denuntiationis criminum, cognitio quorum ſpectat ad Tribunal Sanctiſs. Inquiſitionis.

CAPVT PRIMVM.

Denuntiationis etymologia, & quo pacto verbum, denuntiare, apud latinos, & iuriſperitos vſitetur.

SVMMARIVM.

1 *Natura cuiuſq; rei ſignificatur nominis etymologia.*

2 *Quid importet Nuntiatio, Renuntiatio, Obnuntiatio.*

3 *Vnde dicatur denuntiatio; & quod particula, De, auget ſignificatum vocis, cui præponitur.*

4 *Verbum, Denuntiare, quid ſignificet in latina proprietate.*

5 *Denuntiare apud leges, & Iu-*

A

Iurisperitos in quo significatu vsitetur.

6 *Quid intelligatur nomine denuntiationis Inquisitoribus facienda.*

NOMINIS etymologiam notam facere rei naturam, de qua prædicatur, adeo compertum est apud Theologos, Philosophos, & Iurisperitos, vt superuacuum sit illud cõprobare, & iam ego ipse in tractatu de Polygamia obseruaui *lib.* 1. *cap.* 1. Quapropter ad plenã huius verbi, DENVNTIARE, notitiam habendam, tria in præsenti capite sunt nobis declaranda. Primum, vnde verbum, Denuntiare, deducatur. Secundum, qualis sit eius vsus in Latini Sermonis proprietate. Tertium, quo pacto apud Leges, & Iurisperitos vsitetur. Ex quibus manifestum reddetur, in qua acceptione intelligenda sit nostra, de qua hunc instituimus tractatum, denuntiatio.

2 Quoad primum dico; quod a Verbo, NVNTIO, plures nominum, & verborum species proficiscuntur. Et in primis nuntiatio ipsa, quæ in edicto Prætoris de operis noui nuntiatione prohibitionem significat *l. fin. ad l. Iul. de anno.* Est & renuntiatio, cum quis Ius suum repudiat; vnde & renuntiare hospitium veteres dixerũt. & Magistratus renuntiari quandoque legimus. Sumitur etiam quandoque pro relatione, quam Architecti re incœpta Iudicibus faciunt. *l. qui fundum, de contrah. empt.* Nuntiatio vero, quæ prohibitoria erat, obnuntiatio dicebatur, Vnde obnũtiatio Augurum, cum aliquid fieri prohibebant, quoniam auspicia non addixissent. *Cicero Philip.* 2. *Nos enim*, inquit, *nuntiationem solum habemus, Consules, & reliqui Magistratus etiam inspectionem*. Rursus: *ementitus*

titus es auſpicia, obſtrinxiſti populum Romanum religione, Augur Auguri, Conſul Conſuli obnuntiaſti. Sed, vt ad rem noſtram deueniamus, componitur a verbo, NVNTIO, & præpoſitione, DE, DENVNTIATIO, q̃ a nuntiatione quidẽ differt; quia nuntiatio ea ſolum ſignificat, quæ alteri nuntiantur, *Alciatus in l. deteſtatio, de verb. ſignific.* Et proprie importat nuntiare, ſimplicem quamdam relationẽ facere, qua quis relatione voluntatem ſuam aperit, prout faciunt Nuntij, qui mittuntur a Summo Pontifice, vel ab alijs Principibus, & iuxta hanc acceptionem *D. Paramus de origin. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 8. de denuntiationibus in cauſis hæreſis num. 37.* ait eſſe intelligendum textum *in l. ab accuſatore §. nuntiatores ff. ad Senatusconſult. Trebell. vbi Bart. num. 1.* Quæ ſignificatio in ſacris etiam litteris vſitata eſt. nam in Pſ. 10. dicitur: *Iniquitatem meam annũtiabo*; Et in Eccleſiaſt. *cap. 10. Qui habet pennas annũtiet, ſcientiã*, ideſt enarret ſciẽtiam. At Denuntiatio, aliquid addit ſupra ſimplicem nuntiationem, ſeu narrationem, quo nomine declarat nuntiationẽ *Tuſchus in littera D, cõcl. 192. num. 1.* Nam præpoſitio, De, ex ſui natura auget, efficacioremq; reddit actũ; quod in verbo, Deprecor, *A. Gellius lib. 7. cap. 16.* declarat. Vnde ad iuncta verbo, Nuntiare, ſignificat relationem, ac narrationem cum aliqua actione. qui enim denuntiat, videtur quodãmodo mouere animum illius, cui fit denuntiatio, vt ſuccurrat, vel emendet, aut prouideat, quod etiam adnotauit *Paramus loc. cit. nu. 36. & 37.*

3 Quoad ſecundum dico vſu latinæ proprietatis dico; quod apud Latinos Authores per verbum, Denuntio, futurum aliquid prædicebatur, *Cicero de ſenectute. Quomodo*, inquit, *Chartagini, male diu cogitã-*

ti, bellum inferatur multo ante denuntio. Columella: *Sin autem*, ait, *cœli ſtatus frigidus, & pruinoſus hyemis violentiam denũtiat in Idus Februarias hanc curam diſferemus.* *Cicero.* 1. *Tuſculanorum*. *Nos vero ſi quid tale acciderit vt a Deo denuntiatum videatur, vt exeamus è vita læti, & gratias agentes pereamus.* *Tibullus lib.* 3. *eleg.* 5.

At mihi Perſephone nigrã denuntiat horam.

Et Virgil. 3. *Aenead.*

Prodigium canit, & triſtes denuntiat iras

Denique quo ad tertium dico; quod verbum, Denuntiare diuerſimode accipitur apud leges, & Iuriſconſultos, nam denuntiare teſtimonium alicui, non eſt teſtificari, vt vulgo exiſtimatur; ſed eſt homini diem dicere ferendo teſtimonio, hoc eſt ad iudiciũ euocare ferendi cauſa teſtimonij, *Lexicon Scardij in verb. Denuncio*. melius *Ioannes Caluinus in ſuo Lexicon Iuris ſub eodem verbo*, & in hac acceptione loquitur *l.* 4. *& l.* 19. *de teſtibus l* 6. *ff. ad legem Iuliam repetund.* Preterea, Denuntiatio *in l.* 5. *de pœnis. l.* 7. *&* 9. *C. quomodo, & quando Iudex*, & apud *Paulum lib.* 5. *ſentent. tit* 5. accipienda eſt interpellatio, qua apud Iudicem quis per Officiales magiſtratus euocatur. Item denuntiatio pro euictione interpoſita in *l.* 63. *ff. de euictíon.* Denuntiare etiam in mala re accipitur: vt adulterium, furtũ, inimicitias, bellum. ſicut, & delatio, vt conſtat *ex l.* 3. *quibuſdam de Iure fiſci*, *& ex l. varia, C. de delatoribus* quas, & alias acceptiones legere poteris apud *Caluinũ, & Scardiũ, & Barnabam Briſoniũ de formul. f.* 412. *l. citat.* Id vero, quod ad rem noſtram facit eſt, quod denuntiatio ſumitur pro delatione criminis *in l.* 4 *ff. ad Turpill. Caluinus loc. citat.* & teſtatur Dominus meus, & collega nunquam ſatis laudatus *Simanchas de Catholic. inſtitut. tit.* 19 *num.*

1. *De-*

1. *Denuntiare*, ait, *eſt indicare, manifeſtare, deferre; atque denuntiatorem pro Iudice, vel delatore vſurpant Iuriſperiti*. Et ſecundum hanc ſignificationem erãt antiquitus inſtituti denuntiatores, quibus ex officio incumbebat Magiſtratibus crimina perpetrata reuelare; quos hodie appellamus Syndicos, vel Fiſcales.

Ex quibus patet, quod denuntiatio, de qua tractationem in hoc opere habemus, eſt ea, per quam ſuis Iudicibus competentibus crimina contra fidem Catholicam, & Religionem Chriſtianam commiſſa reuelantur, & manifeſtantur. Cum vero denuntiatio delictorum, quæ fit apud Iudices, ſit quidam modus criminaliter procedendi; inde fit, vt denuntiatio, ſeu delatio hæreſis, & criminum, quæ ſuſpicionem hæreſis habent annexam, ſit etiam quidam modus, & via criminaliter procedendi in Tribunali Sanctiſſimæ Inquiſitionis ad huiuſmodi ſcelera punienda, atque extirpanda. Quare ad propoſitæ denuntiationis naturam plene cognoſcendã, neceſſe eſt ante oculos ponere, quot modis criminaliter in quolibet delicto, & preſertim in hæreſi procedatur. quod in ſequenti capite oſtendemus.

CAPVT II.

Ex qua ſcientia, & quot quibuſue modis criminaliter procedatur.

SVMMARIVM.

1 *IVdices non poſſunt procedere ex ſcientia omnino priuata.*

2 *Tunc poſſunt ſubditum paterne corrigere, vel crimen ad ſuperiorem maiorem deferre.*

3 *Procedit hoc etiam in Regularibus.*

4 *Delicta puniri nõ poſſunt, niſi*

nisi præcedente accusatore vero, vel ficto.
5 *Vera accusatio dupplex est; criminalis, et ciuilis.*
6 *Accusator fictus est multiplex. & primo, est denuntiator.*
7 *Notoreitas delicti est ficta accusatio.*
8 *Crimẽ commissum coram Iudice, maxime pro tribunali sedente punitur tanquam notorium.*
9 *Infamia publica, seu indicia manifesta succedũt loco veri accusatoris.*
10 *Infamiæ definitio.*
11 *Qualia debent esse indicia ad procedendum contra determinatam personam.*
12 *Quot modis authores dicant criminaliter procedi.*
13 *Prædicti authores conciliantur.*
14 *Quando per accusationẽ procedatur.*
15 *Quid sit Inquisitio, & quot eius species.*
16 *Quid sit generalis Inquisitio.*
17 *Quid sit specialis Inquisitio.*
18 *Quid sit generalis, et specialis simul Inquisitio.*

TRIA in hoc capite pro sequentium intelligentia declarare debemus. Primum, ex qua sciẽtia debeant Iudices contra delinquentes procedere. Secundum, quot modis criminaliter procedatur. Tertiũ, vniuscuiusq; modi criminaliter procedendi per breuem declarationem, ac descriptionem afferemus.

1 Quo ad primum; Dico, quod Iudices non possunt procedere ex sciẽtia omnino priuata, etiam si ipsi soli Iudices crimen viderint, vt deducitur *ex cap. si peccauerit, 2. quæst. 1.* & *ex cap. si sacerdos de offic. ordin.* & docent *D. Thom. 2. 2. quæst. 67. art. 3.* & ibi *Aragon.*

Poterit tamen Iudex, seu Prælatus, coram quo solo crimen est commissum, interim subditum paternè corrigere. vel ad superiorem maiorem, si illum supra

pra se habeat, deferre, & apud eumdem agere personam testis, vel denuntiatoris in casibus, in quibus licet, vt bene notat *Fragosus de regimine Reip. part.* 1. *lib.* 5. *disp.* 12. *nu.* 109.

3 Quod etiam procedit in Regularium gubernatione: cum Prælati Regulares ad imponendas pro grauioribus delictis pœnas acerbiores, vt pote carceris, triremium, & alias similes, debent omnino procedere præcedente accusatione, saltem æquipollente, vel ficta: peccantque mortaliter aliter procedendo, tum quia absque legitima caussa subditi notatur infamia; tum quia tenentur Prælati Regularium seruare ordinem Iuris naturalis in substantialibus Iudicij, vt cōmuniter Doctores *Sotus de iustit. quæst.* 4. *art.* 3. *Nauar. lib.* 2. *consil. de sent. & re iudicat. consil.* 1. *Aragon.* 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 3. *Roderic. in summa, in tract. iudicand. cap.* 12. *Suarez tom.* 4. *de religio. lib.* 2. *cap.* 10. *P. De Peirinis to.* 1. *de subdito, quæst.* 1. *cap.* 16. *vers. notandum*. Dixi in grauioribus delictis; quia possunt ex priuata scientia superiores Regulares leuia punire, cum hos defectus leues non puniant vt Iudices, sed vt Patres, vt constat *ex cap. qualiter, & quādo. de accusationibus.* & docent *Panormitanus in cap. cum contingat, de for. compet. Speculator. in tit. de inquisit. §. vltimo.* Idem habetur *in cap. reprehensibilis, de appellation. & in cap. ad nostram, eod. tit.* Quod ampliatur etiam in foro sæculari, in quo leues culpæ possunt puniri omisso Iuris ordine, sine strepitu, & figura iudicij ordinarij, simpliciter, & de plano, secūdum *leg. leuia, ff. de accusatio.*

4 Dico secundo; Iudices, vt procedant contra delinquentes, debent habere scientiam, & notitiam delictorum per accusatorem verum, aut saltem fictum, quando delicta sunt grauiter punienda. Ita

D.

D. Thom. 2. 2. quæst. 67. art. 3. Aragon. d. quæst. 67. artic. 3. Lessius lib. 2. cap. 29. de iudic. dub. 12. num. 104 *Sayrus in Claui lib. 12. cap. 7. in princip. vers. ad iudiciũ, & vers. iudex requiritur. Mirand. de ordin. iudiciar. quæst.* 13. *artic. 1. conclus.* 1. iuxta illud *Actorum* 22. ibi : *Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominẽ priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendis accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur.* Quod etiã obseruari debet in caussis ciuilibus, in quibus si nõ est actor, qui rem petat, nõ potest iudex cuiquam suũ impartiri officium : vt bene probat ex ratione adducta a *D. Thom. vbi supra Fragosus l. citato, n.* 114.

5 Vera igitur accusatio dupplex esse potest, altera ad vindictam Reipublicæ, quæ dicitur criminalis; & altera ciuilis ad factum dãnum parti applicandum. Textus *in l. qui nomine ff. ad l. Cornel. de falsis*, & ibi *Bartol. Alberic.* & communiter scribentes, Est autem criminalis accusatio, quando quis iniuriam passus accusat offensorem ad pœnam criminalem, siue ordinaria ea sit, siue extraordinaria.

6 Accusator virtualis, seu æquipollens, & fictus fictione iuris, qui suppleat vices veri accusatoris est multiplex. Nam primo supplet vicem veri accusatoris in delictis contra bonũ publicum simplex denuntiatio. quæ quidẽ quid sit, & in quot species diuidatur dicemus in Cap. 3. & 4. sequentibus.

7 Secũdo succedit loco veri accusatoris notoreitas, & euidentia delicti, vt probabiliter nulla tergiuersatione negari possit. *Bald. in l. ciues, C. de appell. Anton. Burgen. in cap. ad nostram, num.* 27. *de empt. & vendit. Menoch. de arbitr. cas.* 156. *num.* 4. vbi docent tunc esse notorium crimẽ, cum celari nullo pacto potest. *Mascard. de probation. concl.* 101. *Ant. Gomez. de deli-*

de delictis cap. 1. *Iulius Clarus in pract. crimin. quæſt.* 9. *in princ.* fuſe *Gambacurta de immunitate Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 14. *a num.* 7. vbi ponit, in quibus publicum a notorio diſtinguatur. & *nu.* 8. diuidit notorium in tres ſpecies, facti, Iuris, & præſumptionis, & vnamquãque ſpeciem optime declarat, & *num.* 9. ſubdiuidit notorium facti in notoriũ facti permanentis, tranſeũtis, & interpolati. Et quando agatur, & quomodo in crimine notorio, docet nouiſſime *Fragoſus vbi ſupra num.* 122.

8 Ad hanc notorietatẽ, ſeu facti euidentiam reducitur crimen commiſſum coram Iudice, & alijs, quia ſi committatur crimen coram Iudice dumtaxat, eſt omnino occultum, & cum Iudex non poſſit eſſe accuſator, & teſtis ſimul, in eo caſu non poteſt contra delinquentem procedere. Si vero fiat coram Iudice cũ legitimis teſtibus, propter euidẽtiam facti, nulla præcedente accuſatione, poteſt delinquentem iudicare, ac punire. De qua facti euidentia videtur loqutus fuiſſe *D. Paulus* 1. *ad Timoth.* 5. ibi *Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium*, hoc eſt prius euidentia, & nota, quam in iudicium deducta. Et talia delicta, vt ibi ait *gloſſ. interlinearis: nõ ſunt probanda, quia iam ſatis ex ſe ſunt probata.* Notorium etiam dicitur, quod, cumque crimen patratum coram iudice pro tribunali ſedente. *Bart. in l. librarius. ff. de regul. iur.* & ab eodem plecti poteſt, vt notat. *Direct. iudic. par.* 2. *cap.* 6. Nam præſentia iudicis, præſertim ſedentis pro tribunali habet vicem accuſatoris. *Sayrus in Claui lib.* 12. *cap.* 11. *num.* 8. *Mirand. vbi ſupra* poſt *Caiet.* 2. 2 *q.* 67. *art.* 3. vbi refert exemplũ B. Ludouic. Regis Franciæ, qui præcepit cauterio aduri linguam hominis coram ſe blaſphemantis. Et in hoc caſu quo ordine Iu-

dex procedere debeat, vide *Fragosum loco cit. a nu. 126. vsque ad nu. 129.*

9 Tertio succedunt loco veri accusatoris infamia publica, aut indicia manifesta, quibus tam manifeste delinquens iudicatur, vt quamuis sit occultus, nihil contra possit obijcere. Ex qua publica infamia, seu clamorosa insinuatione aperitur via iudici ad inquirendum de crimine, & de eius authore. Ita *Sotus de secret. tegend. membr. 2. quæst. 6 Sayrus vbi supra num. 10. Lessius lib. 2. cap. 29. dub. 12. num. 104. Mirand. de ordin. iudiciar. quæst. 13. artic. 2. conclus. 1. vers. de secundo casu dico.* Inter publicam infamiam, & clamorosam insinuationem aliqui distinctionem faciũt; sed re vera nullam esse melius placet cum *Soto de iust. lib. 5. quæst. 6. art. 2. & de tegend. secret. membr. 2. qu. 6. dub. 3. & Petr. Nauarra lib. 2. de restitution. cap. 4. part. 2. dub. 3. num. 153.*

10 Infamia vero est, frequens vox, & opinio bonorum hominum, quæ rationabiliter sparsa efficit hominem de tali crimine suspectum. Ita eam rectè definit *Fragosus vbi supra num.* 130. Ex qua definitione apparet, quod optime docet *Caietan. 2. 2. quæst. 69. art. 1.* ad contrahendã infamiam duo requiri. Alterum, frequens opinio, & vox hominum spectatæ famæ. Nam clamor, & opinio improborum legitimã infamiã non generant. *Ego ipse ĩ tract. de Poly. lib. 2. q. 5.* Alterum, vt sit fama, & vox de tali delicto in specie patrato. Quot vero testes requirantur ad hanc infamiam probandam exagitant *Sotus supra in vtroque loco, Salon 2. 2 q. 69. art. 2. cõtrouers. 1 Iul. Clar. in praxi, q. 6. Fragosus loc. & num. cit.*

11 Qualia debent esse indicia, ob quæ iudex possit procedere ad inquirendũ specialiter contra determinatam personam, breuiter dico; quod sicut ad condemnandum plena requi-

requiritur probatio, ad torquendum vero indicia debent esse talia, vt ex illis iudex non reddatur omnino certus in totum; quod reus deliquit, sed reddatur quasi certus, vt videri potest *Farinacius* cum alijs ibi relatis, *tit. de indicijs, qu. 37. num. 5. ad finem.* Similiter ad inquirendum necessaria sunt indicia, minora tamen, quam quæ requiruntur ad torturam, cum inquisitio sit minoris præiudicij; quamuis contra homines non probatæ vitæ, sed malæ famæ, & in rixis excitandis frequentes, leuiora sufficiant indicia, quam in alijs. *Idem Farinac. in pract. par. 1. quæst. 1. num. 49. & par. 2. quæst. 37. nu. 163. & sequentibus.* Atque hæc sint satis pro primæ dubitationis declaratione. Solum aduerto quod Authores plures casus excipiunt, in quibus procedi potest contra aliquē specialiter nulla præuia infamia, & sine accusatore etiam ficto. Primus est in crimine hæresis, & apostasiæ. Secundus, in crimine læsæ maiestatis. Tertius, si reus confiteatur crimen suum occultum in iudicio etiam coram paucis, videlicet, coram solo Iudice, & notario. Quartus, si crimen committatur coram iudice, & circumstantibus. Quintus, quando fit inquisitio, an quis sit dignus tali honore, vel officio, priusquam ad illud euehatur. Sextus, quando Iudex procedēs per generalem Inquisitionem venit in cognitionem authoris delicti. Septimo, quando fit inquisitio contra aliquē ex Principis mandato. Octauo quando fit inquisitio contra officiales in syndicatu. Quos vide apud *Fragosum loc. cit. à nu. 137. vsque ad finem §. 4.* vbi luculenter, & erudite.

11 Quo ad secundum quæsitum, quot modis criminaliter procedatur, facillime possunt ex supradictis conciliari authores, qui nimis inuolutè, ac varie

de hac re agunt. Nam alij tres modos tantum assignant; modum procedendi per accusationem, denuntiationem, & inquisitionem. Alij addunt modum criminaliter procedendi per exceptionem, & per notorium, & in flagrāti crimine. *Iulius Clarus in pract. lib. 5. §. final. quæst. 3. vers. quæro quibus modis.* At ipse Iulius ad duos tantum reducit. Nā aut proceditur, ait, ad instantiam partis, quando porrecta accusatione iudex super illa procedit, quod est procedere per viam accusationis. Aut proceditur ex officio, quando iudex a se ipso, & ex officio suo assumit informationes contra delinquentem.

13 Tota vero hęc diuersitas orta est, quod qui assignarunt quinque modos criminaliter procedendi, attenderunt ad varias vias, quibus iudici delicta possunt innotescere, & ad varios modos procedendi a iudice posita delicti notione. Iudici enim innotescūt delicta per accusationem, aut denuntiationem, aut per notorietatem, aut quia in flagranti crimine delinquens deprehēdatur; qua cognitione posita iudex procedit ad inquirendum. Qui tres enumerarūt, ad principaliores modos, ad quos alij reducuntur, intenderunt. *At Iulius Clarus* in illis distinguēdis inspexit solum ad partis ad iudicem accedentis, & instantis actionem, & ad iudicis officium ab alterius actione independens. Cęterum ipse docet, quod quando Iudex non procedit ex accusatione, ad hoc vt procedat ex officio requiritur, vt illi prius constet de delicto commisso, ita *loc. cit. quæst* 4. constare autem potest iudici vel per diffamationem, vt ibid, *quæst.* 6. & hoc est, quod alij dicunt, procedere per inquisitionem. Vel potest constare per denuntiationem, vt docet *quæst.* 7. & hic est modus procedendi,

quem

quem alij vocant per denunciationem. Vel potest constare per deprænhensionem in flagranti crimine, vt *quæst.* 8. vel per delicti notorietatem; vt *quæst.* 9. & hi sunt reliqui modi ab alijs recensiti.

14 Veniamus ad tertiũ quæsitum, & aliquid dicamus de vnoquoque genere criminaliter procedendi. Per accusationem proceditur, quando pars offensa, vel alius, ad quem de iure spectare potest ius accusandi, porrigit accusationem, seu querelam, & super ipsa querela proceditur a iudice. Qua ratione vero distinguatur accusatio a iudiciali denuntiatione dicetur infra *cap. sequẽti* cum de denuntiatione agemus.

15 Inquisitio nihil aliud est. quam informatio delicti, iudicis officio, & authoritate facta, vt placet *Iodoco in pract. crimin. tit. de inquisit. cap.* 8. *num.* 1. *& sequent. & Iul. Clar. in pract. quæst.* 3. *vers. & aduerte, & quæst.* 11. *in principio. Fragosus part.* 1. *lib.* 5. *disp.* 12. *§.* 6. *num.* 164. Diuiditur autem Inquisitio in communi, in generalem tantum, & in specialem tantum, & in generalẽ, & specialem simul. *Iodocus vbi supra num.* 14. *cum sequentibus. Lessius lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 11. *num.* 107. *Sayrus in claui, lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 9. *&* 10. *Farinaccius de inquisition. quæst.* 1. *num.* 4. *vers. alij dixerunt.*

16 Generalis est, cum nulla præcedente infamia neque delicti, neque delinquentis in genere inquiritur, an aliquod crimen sit commissum in hac prouincia, vel ciuitate. Ad hanc generalem inquisitionem ordinantur publica banna, & edicta promulgari solita a magistratibus, seu officialibus, vbi primum ingrediuntur officia, ea intẽtione, ac fine, vt prouincias sibi commissas malis hominibus purgent. vt testatur *Angelus de maleficijs in verb. hæc est quædam inquisitio, num.* 3. *Amadeus de*

Syn-

Syndicatu post nu. 130. *verſ. tertia propter. Marant fol.* 81. *num.* 31. *Clarus in practt. crimin. lib.* 5.§. *final. quæſt.* 3 *in princip.* vbi hanc inquiſitionem vocat generaliſſimam.

17 Specialis tantum inquiſitio eſt, cum præcedẽte non ſolum fama delicti, ſed etiã infamia delinquentis, quem tamen nullus adhuc accuſauit, aut denuntiauit, in particulari, & nominatim inquiritur tam de perſona, quam de delicto: V.G. an Petrus, de quo rumor eſt homicidium commiſiſſe, tale commiſerit homicidium.

18 Generalis, & ſpecialis ſimul inquiſitio, quam alio nomine aliqui appellãt mixtam; eſt cum peruagata fama alicuius ſpecialis criminis patrati, authore illius ignorato; inquiritur in communi, quis tale crimen admiſerit: vel è contra cum perſona certa exprimitur, & nullum crimẽ certum declaratur; V.G. cum inquiritur, an Titius ſit homo flagitioſus.

Atq; hæc, quantum ad ea, quæ tractaturi ſumus, de modo procedẽdi per accuſationẽ, & inquiſitionẽ ſufficiunt, vt bene autem percipiatur modus procedendi per denuntiationẽ, qui noſtræ tractationis eſt ſcopus, oportet, vt de ipſa denuntiatione generatim aliqua explicemus in ſequenti capite.

CAPVT III.

Quid ſit denuntiatio in vniuerſum accepta, in quot ſpecies diuidatur, in quibus hæ ſpecies inter ſe diſtinguantur, & quæ ſint differentię inter accuſationẽ, & iudicialẽ denuntiationẽ.

SVMMARIVM.

1 D*Efinitio denũtiationis in genere ab aliqui-*

quibus allata refertur, & num. 2. reijcitur.

2 *Hæreses, aut facta, & dicta hæreticalia ignoto authore denuntianda sunt.*

3 *Farinacij definitio reprobatur.*

4 *Refellitur definitio Parami.*

5 *Vera definitio affertur, & eius partes explicãtur.*

6 *Theologi discrepant a Canonistis in recensendis speciebus denuntiationis in genere.*

7 *Ex Canonistis quattuor sunt denuntiationis species.*

8 *Euangelicæ denuntiationis definitio, & explicatio.*

9 *Iudicialis denuntiationis definitio, & declaratio.*

10 *Iudicialis denũtiationis diuisio in publicam, & priuatam.*

11 *Differentiæ denuntiationis iudicialis ab Euangelica.*

12 *Denuntiationis Canonicæ descriptio, & explanatio.*

13 *Denuntiatio Regularis definitur, & exponitur.*

14 *Theologi Euangelicam solum, & iudicialem agnoscunt.*

15 *Cõciliatio Theologorum cum Canonistis.*

16 *Differentiæ inter Accusationem, & Iudicialẽ denuntiationem.*

EXplicatis alijs modis criminaliter procedendi, sequitur, vt modum procedendi per denunciationẽ explicemus, qui perfecte intelligi non potest, si non explicetur, quid sit denuntiatio generatim sumpta. Tria ergo in hoc capite expediemus. Primum, reiectis alijs definitionibus, propria, & germana denũtiationis definitio constituetur. Secũdum, diuisio in suas partes afferetur; & harum partiũ inter se ipsas diuersitas ostẽdetur. Tertium, in quibus iudicialis denuntiatio ab accu-

accusatione distinguatur, declarabitur.

1 Denuntiationem generaliter acceptam definit *Speculator lib.3.part.1.tit.de denuntiatione* §. 1. dicens: *Denuntiare est alicuius crimen ad præsentiam deferre.* idem fere dicit *Dynus in tract. maleficior. sub rubrica, quomodo de maleficijs cognoscatur per denuutiationẽ.* inquit enim: *Denuntiare est deferre aliquem reum criminis. per l. ea quidem C. de accusat. & l. ab accusatore §. denuntiatores ff. ad Turpill.* eamdem definitionem sequtus est *Guido de Souza in tract. de malefic. sub rubr. de denuntiationibus.*

2 Verum hæ definitiones sunt reijciendæ, sicut etiam eas merito reijcit *Paramus lib.3.de origin. Inquisition. quæst.* 8. *num.* 4. Primo quia in his requiritur, vt non solum crimen, sed etiam reus criminis iudicibus deferatur. At aliquando reuelãdum est crimen, cum reuelari non possit, eo quod penitus ignoretur, qui illud commisit. V. G. si quis videret hominem occisum, domũ incensam, aut audiret vocem proferentis hæresim, vel hæreticaliter blasphemantis, vel aliquas hæreses, seu propositiones, & dicta hæreticalia in aliquo loco descripta legeret, & authorem penitus ignoraret; in hoc casu teneretur quis huiusmodi crimina denũtiare, vt ex inquisitione ad authorem per iudices perueniretur, & hæc denũtiatio esset propria, & vera; vnde ad denuntiationis naturam non efflagitatur, vt persona delinquẽtis reueletur. Secundo, quia in hac definitione non declaratur, quod criminis reuelatio debeat fieri iudici competenti, Vnde per eã non perfecte distinguitur denuntiatio, accepta quatenus est quidã modus criminaliter procedendi, ab alijs denũtiationum generibus, quæ non fiunt apud iudices, nec sunt modi criminaliter procedẽdi; qua-

les

les sũt denuntiationes Nũtiorum V. G. Pontificum, vel Regum, quæ poſſunt etiam fieri de alicuius criminis commiſſione.

3 Et ex hac ſecunda ratione videtur non approbanda definitio a Farinaccio allata *1 lib. de hæreſi quæſtio. 185. §. 5. num. 5.* Quod denuntiatio eſt alicuius criminis delatio. Et ſic denuntiare nihil aliud eſt, quam notificare maleficiũ fuiſſe commiſſum, ex ijs, quæ ait allegari per *Vmbertum Locatum in Iudicial. Inquiſitor. in verb. denuntiatio num. 1.*

4 Definit igitur his reiectis *Paramus loc. citato nu. 1. denuntiationem, vt ſit: Delatio criminis ſine inſcriptione apud iudicem competentem, vt puniatur reus.* Cui definitioni ait adſtipulari *Salicetum in l. ea quidẽ C. de accuſat. Angel. in tract. maleficior. verſ. nec non ad denuntiationem in princip.* quam definitionem accõmodauit ab ea, quam tradit *Hoſtienſis in ſumma tit. de denuntiatione.* § 1 & eam quamplures ſequti ſunt.

Verum hæc definitio licet approbanda ſit; tamen non eſt definitio denuntiationis a qualibet ſpecie denuntiationis abſtractę, & ſeparatę, ſed eſt definitio propria denuntiationis iudicialis. Nam in iudiciali dẽuntiatione reuelatur reus, vt puniatur; ſicut in Euangelica, vt emendetur. Quapropter in denuntiationis genere nullo pacto differentiæ, quæ ſunt propriæ ſpecierum denũtiationis, admiſcendæ ſunt. Paramum vero hac definitione voluiſſe definire denuntiationem generaliter ſumptam ſatis liquet, tum quia poſt hanc definitionẽ ſtatim diuiſionem denuntiationis in ſuas partes inſtituit; tum etiam quia nullam aliam attulit definitionem denuntiationis in genere.

5 Ex harum definitionũ reiectione facile erit verã, & germanam conſtituere. Sit ergo, Denuntiatio criminis

 minis

minis delatio sine inscriptione apud iudicem competentem. Cuius perfectio tum ex explicatis, tum ex eius partibus explicandis satis apparebit.

Ponitur ergo primo, Delatio, loco generis, cum verbum hoc, Delatio, idem operetur, quod relatio, seu notitia, quæ dari potest tũ alij, quam Iudici, tum iudici de alia re, seu negotio, quam de crimine, & delicto aliquo.

Dicitur secundo, Apud iudicem, loco differentiæ relationum, quæ non fiunt apud Iudices. Et ponitur simpliciter, non reduppliicatiue, vt Iudicem, quia criminis notitia potest dari iudici, vt patri, quod fit in denuntiatione Euangelica, & vt iudici, quod euenit in iudiciali.

Additur, Competentem ad declarãdum denuntiationem criminis fieri debere apud iudicem, qui habeat potestatem aut emendandi, aut secundum modum factæ denuntiationis. Frustra enim esset denuntiare crimen ei, qui non habet aut authoritatem emendandi, aut vim coactiuam puniendi, & qui ex defectu iurisdictionis non posset delicta impedire, vt bene notat *Paramus quæst. 8. citata num. 10. ex argum. l. final. ff. de iurisdiction. omnium iudicum. cap. 2. de cõstitution. in 6.*

Ponitur etiam alicuius criminis; nam etiam iudici potest fieri nuntiatio vel de damno infecto, vel de nouo opere fabricato, vt habetur in toto titulo *C. de noui operis nnnciatione.*

Postremo additur, sine inscriptione, ad differentiam accusationis, quæ licet sit criminis delatio apud iudicem competentẽ, fieri tamen debet cum inscriptione accusatoris. *tex. in l. 3. C. qui accusare non possunt, & ibi Cynus, Bald. Angel. & Salicet.*

6 Iam vero cum ex definitione ad diuisionem deueniatur, denuntiationem in suas species diuidamus.

In

In quo dico; quod in recẽſendis ſpeciebus denuntiationis Theologi diſcrepant a Canoniſtis. Nam hi quattuor, illi duas tantum ſpecies aſſignant. *Sylueſter in ſumma in verb. denuntiatio in princip.* Ad ea, quæ dicturi ſumus, ab vtriſque allata diuiſio a nobis primũ referenda eſt. Deinde, quæ ſit amplectenda, iudicium faciemus.

7 In Canoniſtarum ſententia quadruplex eſt denuntiatio. Euangelica, Iudicialis, Canonica, Regularis. Ita Canoniſtæ *in cap. nouit, de iudicijs, & cap. ſi peccauerit. 2. q. 1.* quos imitatur *Soto in relect. de ſecret. tegen. membr 2. quæſt. 5. verſ. quattuor genera denũtiationum. Sayrus in Claui Regia lib. 12. cap. 10. num. 1. verſ. quoad primum,* vbi de communi ſummiſtarum teſtatur in Verbo denuntiatio. Ita etiam cõmuniter ſcribentes in materia hæreſis. *Param. de orig. Inquiſit. lib. 3. quæſt. 8. num.* 42. vbi citat quamplures. *Rojas ſingul. 5. num.* 12. cum alijs ab eo relatis, qui non recte citatur a Suarez *de fide diſput.* 20. *ſect.* 4. quod *ſingul.* 1. *num.* 12. in duas tantum eam diſtinguat, cum ibi nihil prorſus de hoc agat, & expreſſe loco a nobis citato eam diuidat in quattuor ſpecies. Adde *Farinacciũ de hæreſi quæſt.* 185. *§.* 5. *num.* 61. *Franciſcum Pegna in addit. ad Eymericum 3 part. Director. comment.* 15. Vt vero vniuſcuiuſque natura, & vis percipiatur, eas ſingillatim definiamus, & explicemus.

8 Euangelicam denuntiationem definiunt *Speculator tit. de denuntiatione §. 2. verſ. Euangelica eſt. Abbas in cap. nouit. de iudicijs, num.* 34. *& in cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. Archidiac. eod. cap. ſi peccauerit,* & eos ſequitur *Paramus loc. cit. nu.* 47. vt ſit. Delatio criminis ad Prælatum, vt ad patrẽ gratiæ, ad emendandum fratrem. Verum, vt ſit vndeque completa hæc definitio, addenda ſunt ea ver-

ba, quæ addit *Sayrus loc. cit. num.* 2. Delatio criminis, præcedente correctione fraterna etc.

Ad cuius intelligentiam sciendum est, quod Christus Dom. in Euangelio *Matth.* 18. disposuit, vt si quando notitiam haberemus, quod frater, & proximus noster peccatum aliquod commisisset, tunc, vt eius famę simul, & animæ in quantum fieri posset prouideretur, eum secreto corriperemus: vt a peccato, vel peccati occasione, ac periculo liberaretur; quod si hanc secretam monitionem, ac correctionem contemneret, si spes fructus, & emendationis adesset, adhibitis vno, vel duobus testibus, pro vt ad eius emendationem expedire videretur, eum in eorū præsentia moneremus; quod si testium præsentiā non vereretur, & in obstinatione persisteret; tunc, si spes emendationis affulgeret, crimen illius ad superiorem competentem, vt ad patrem deferremus, qui secretis, atque caritatiuis monitionibus, & officijs ad sui subditi emendationem, nullis criminum pœnis adhibitis, paternè elaboraret. Quod si demum hac via nihil euinceretur, tunc demum ab Euengelica ad iuridicam denuntiationem transeundo, delictum Superiori, vt iudici denuntiaremus, qui vsque ad excōmunicationis censuram procederet, & non amplius ad sceleris emendationem solam, sed ad punitionem insisteret. Hæc vero denuntiatio dicta est Euangelica, quia in lege Euangeli; loco citato Matthei instituta est a Christo Domino ex caritate erga peccatores, his verbis: *si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum, si autem te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos testes, si testes non auderit, dic Ecclesiæ* (idest, denuntia Ecclesiæ Prælatis super ipsum iurisdictionem habentibus) *quod*

quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus, (idest, si superiores paterne monentes negligat, ab eisdem excommunicetur, & eum excommunicatum, atq; a fidelium consortio, & cōmunione segregatum devita, ac si esset Ethnicus, & publicanus. Quæ pro præsentium intelligentia sufficiunt, cum in postrema huius libri disputatione de fraterna correctione, & Euangelica denuntiatione serius, vberiusque disserendum nobis sit.

9 Iudicialis denuntiatio definitur *ab Hostiensi in summa titulo de denũtiatione* §. 1. his verbis. *Denuntiatio est criminis alicuius apud Iudicē sine inscriptione legitime facta delatio, ad pænitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitime imponendam, vel etiam ad vtrumque ex text. in cap. 2. & 3. & ex cap. super his, de accusat. cap. cum dilectus filius, eod. tit. cap. nouit, de iudicijs. Albertus de Gandino in tract. de maleficijs. §. non solum, pag.* 27. vbi etiam aliam refert definitionem. Eamdem definitionē amplectitur *Pegna in 3. parte director. comment. 15. vers. est autem denuntiatio. Paramus vbi supra* paucis mutatis.

Sed mihi aptior, & concinnior videtur ea definitio, quam affert *Suarez de fide disput. 20. sect 4. num. 3. in fine*, vbi sic eam definit. Iudicialis denuntiatio est delatio criminis apud iudicem competentem, vt ex munere suo ad vindictam delicti procedat. Huius definitionis particulæ eędem sunt cum ijs, quas explicauimus in definitione denũtiationis in genere exceptis illis Ex munere suo, &c. Quæ important differentiā specialem iuridicæ denuntiationis propriam; cum illius sit proprium, vt delicta iudici, vt iudici reuelētur, ad hoc vt ab eodem puniantur; & quidem ex munere suo, cum habita a iudice legitima delicti notitia,

titia, teneatur, & obligatus sit ex officio suo delinquẽtem punire, & delicta impunita non relinquere.

10 Diuiditur iudicialis denuntiatio ex parte ipsius personæ denuntiantis in publicam, & priuatam. Publica est, quæ competit alicui ex officio denuntiandi, quod illi est a magistratibus commissum, vt crimina inuestiget, & reuelet, vt reus pęna fiscali, aut alia arbitria castigetur. Hi officiales communiter appellantur Syndici, Fiscales, Censores. Priuata est, quæ competit cuilibet personæ læsæ, quæ intendit sibi dãnum acceptum resarciri, & in pristinum suum statũ reduci.

11 Differentias iudicialis denuntiationis ab Euangelica enumerant supradicti Authores, & quidem multæ sunt, ac notatu dignæ. Prima est; quod Euangelica est actus, & officium caritatis, vnde de ea agitur a Theologis in tractatu de caritate, & *a D. Thom. in 2. 2. quæst.* 33. Iudicialis vero est actus iustitiæ, & ex iustitia debitus, & de ea differit *D. Thom. in 2. 2. in materia de iustitia quæst.* 68. 69. & 70. Secundo, Euangelica requirit, vt semper præcedat fraterna correctio, & fit sine strepitu, & forma iudicij: Iudicialis vero ꝓcedit in scriptis, & forma iudiciaria, quamuis aliquãdo etiam de plano, & sine strepitu iudicij peragatur, & fit nulla præuia correctione. Tertio differunt principaliter, & constanter ex parte finis; quia Euangelica tendit per se primo, & præcise ad emendationem fratris; nam pertinet ad fraternam solum correctionem, de qua Christus Dom: dicit *Matth.* 18. *Si te audierit lucratus eris fratrẽ tuum.* vbi *Augustinus* notat, ibi significari, quod finis correctionis, & Euangelicæ denuntiationis est fratris vtilitas, idest emendatio. Quod etiam sæpe in iure significatur, *cap. nouit, de iudicijs, cap. super his, de*

accu-

accusationibus, cap. si peccauerit, 2. qu. 1. At vero denuntiatio iudicialis tendit ad vindictam delicti, & ordinarie fit propter cõmune bonum. Ex qua oriuntur aliæ differentiæ. Primo, vt denuntiatio Euangelica fiat Prælato, vt patri habẽti curam spiritualem salutis subditi; & ideo solet etiam hæc denuntiatio paterna appellari. Iudicialis vero fit superiori, vt iudici, & ideo iudicialis nominatur. Secundo, quia Euangelica cessat, si frater emendatur; sin minus ad iudicialem proceditur; ita *Sayrus loco citato num. 3. vers. quinto differunt*. Iudicialis fit etiã de delictis emendatis, quod est constans apud omnes Doctores, quando delicta sunt contra publicam vtilitatem, aut publice commissa. Tertio, quia Euangelica per se versatur circa delicta occulta, vt constat ex verbo illo Euangelij; Si peccauerit in te; quod D. Augustinus exponit, coram te, vel te sciente. Iudicialis vero regulariter versatur circa delicta publice perpetrata; licet in delictis cõtra bonum publicum, & præsertim in crimine hęresis procedat, etiam si sint occultissima. ita *Suarez de fide disputat. 20. section. 4. num. 2.*

12 Tertia species denũtiationis a Canonistis enumerata Canonica dicitur, quia a Canonibus inuenta fuit, licet habuerit ortum secundum Innocentium a lege veteris testamenti, vt notat *Paramus lib. 3. de origin. Inquisit. quæst. 8. de denuntiation. in causs. hæresis. num. 52.* differt hęc ab Euãgelica, quia non tendit per se ad fratris emendationẽ; & a Iudiciali, quia neque per se intendit delicti punitionem; sed eius finis est; vt aut damnum publicum, aut damnum priuatæ personæ euitetur; vt cum quis denuntiat Prælatum, aut habentem beneficium, vt officio, aut beneficio priuetur, eo quod plebi sit perniciosus.

Quar-

13 Quarta species dicitur denuntiatio Regularis. & hoc nomine appellatur, quia fit in religionibus secundum constitutiones, & diuersas regulas diuersarũ religionum. Quæ Iudicialis erit, si denũtietur propter priuatum bonum; & interesse denuntiantis: Canonica, si propter bonum commune ipsius religionis, ne scilicet regularis ordo relaxetur, & deuotionis tepescat feruor. Fieri autem solet sine strepitu, & figura iudicij non seruato iuris ordine, sed simpliciter, & de plano *Panorm. in d. cap. nouit. Soto cum alijs supra citatis.*

14 Verum has differentias, ob quas Canonistæ quattuor denũtiationis species constituunt, accidentales potius, quam essentiales putant Theologi; cum nec plures possint esse fines denuntiationis quam aut fratris emendatio aut delictorum punitio: neque plures rationes, sub quibus crimina ad superiorem deferri possint, quam vel vt ad patrem, vt emendet; vel ad Iudicem; vt puniat. Quare denuntiatio Canonica, & Regularis, si solum tendant ad emẽdationem denuntiati; Euangelicæ erunt, solumq; addere possunt aliquas circumstantias vel iure Canonico, vel speciali iure alicuius Religionis adiunctas: Si vero ad punitionem, & ad bonum aliorum, vel communitatis, vel priuatæ personæ, per pœnam emendandæ, ac meliorandæ intendant, iudiciales sunt, etiam si fiant iuxta ius Canonicum, aut Regulare. Quia non tam ex modo procedendi, quã ex finibus diuersis denuntiationis species sunt constituendæ. *Ita Suarez disp. 20. sect. 4. num. 2. Syluester in summ. in verb. Denuntiatio*, vbi ait; quod Canonistarum diuisio vix poterit saluari, qnin eius membra occidant.

15 At hæ Authorum classes facillime in concordiam reuocari possunt. Nã

Theo-

Theologi rerum naturas ſpeculatiue conſiderant; Canoniſtæ ad praxim, & ad formam, qua denuntiationes peragi poſſunt, intendunt. Cœterum neceſſarium fuit ad multorum, quæ in hoc libro tractanda ſunt, intelligentiam, vtrãque referre opinionem, ac doctrinam. Tertia remanet dubitatio diluenda, in quibus ſcilicet Accuſatio differat a iudiciali denuntiatione.

16 Multiplices inter vtramque enumerantur differẽtiæ ab Authoribus, quæ ad tres commode poſſunt reduci, Prima, & principalis eſt, quod in accuſatione accuſator ſit pars illius iudicij, in quo apparet ad accuſandum, cum non ſit purus criminis delator, ſed etiam agat, & inſtet apud iudicem, vt delatus puniatur, ipſumque iudicem obligat ad faciendam ſibi iuſtitiæ adminiſtrationem. Denuntiatio vero iudicialis eſt mera criminis manifeſtatio ſine actione, neque denuntiator eſt pars iudicij, ſed ſolum defert iudici notitiã criminis, vt ille ex officio ſuo ꝓcedat, pro vt ſibi expediẽtius videtur. Ex qua proficiſcitur ſecũda differẽtia maximi momenti, accuſator. n. tenetur probare delictum, alioquin punietur pæna arbitraria pro ratione criminis obiecti, & non probati. Denuntiator vero ad probationem non cogitur: ac proinde quamuis probatio deficiat, nulla ei pœna irrogatur, quia neque denuntiauit ad pœnã denuntiato infligendam, vt conſtat *ex cap. ſuper his, de accuſationibus, Miranda de ordin. iudiciar. quæſt.* 12. *art.* 2.*concluſ.* 1. *verſ. Quinto & vltimo.*

Quod tamen limita, niſi denuntiatio iudicialis ſit accuſatio palliata, quod conijci poteſt ex modo denuntiandi, puta, ſi denuntiator proferat, & excitet teſtes, & vrgeat iudicem, ac crebro illum adeat, vt ius faciat, & vſque ad finem inſiſtat: Huiuſmodi enim

denũtiatio proprie est accusatio, & in ea solo nomine differt delator ab accusatore vt habetur *in l. 1. §. incidit. ff. ad Turpi. & Bald. in l. per hanc, C. de temperã., & rep appellat.* Idcirco si in probatione deficiat, vt in posterum caueat a palliatis denuntiationibus, pœna saltem arbitraria puniendus est. *Fragosus loc. citato num. 150. vers. denique differunt.*

Atque ex hac suboritur alia differentia introducta iure Canonico, quod accusatio in scriptis est recipiẽda, docet *Diu. Thom. 2. 2. quæst. 68. artic. 2. ex cap. Accusatorum. 2. quæst. 8.* Denũtiationem vero scribi non est de necessitate, iuxta dictum *cap. super his.*

Tertia denique differentia est, quod denũtiato non infligitur tota pœna a iure constituta, quamuis denuntiatio iudicialis tendat ad vindictam: accusato verò maximè; *argumento cap. inquisitionis, de accusat. Miranda, de ordine iudician.* *quæst. 12. artic. 2. conclus. 1. Sayrus lib. 12. cap. 10. nu. 6. Fragosus loc. cit num 150. vers. denique differunt.* Atque hæc ad institutum nostrum sufficiunt; cum vbertim hæc materia pertractetur vltra præcitatos Authores a criminalistis. Videri etiam potest *Penna in director. 3. part. num. 68. Aldrete lib. 1. de religiosa disciplina tuenda, cap. 4. & 5. Soto de tegen. secret. membr. 2. qu. 5.* Et sic expedita sunt tria puncta initio capitis proposita. Quid sit denũtiatio, quot eius species, & in quibus differant, & quæ sit differentia inter accusationẽ, & denuntiationem iudicialem. Remanet iam, vt quæ generaliter disseruimus, ad nostram denũtiationem Inquisitoribus faciẽdam applicemus. Quod in sequenti capite peragemus.

C A-

CAPVT IV.

Ex qua ſcientia Inquiſitores, & quot quibuſue modis poſſint procedere tam de iure, quam de conſuetudine in delictis ad eorũ iuriſdictionem ſpectantibus.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores non poſſunt procedere ex ſcientia omnino priuata.*

2 *In delictis nullum veſtigium relinquentibus procedunt præhabita denũtiatione.*

3 *Si veſtigium relinquunt, præcedere debet etiam probatio corporis delicti.*

4 *Quid facere debeat Inquiſitor, coram quo ſolo extraiudicialiter hæreſis cõmiſſa eſt.*

5 *Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo ad condemnationem non procedunt disiunctim.*

6 *Inquiſitores ſubdelegare poſſunt, quia ſunt Pontificis delegati.*

7 *In S. Officio de iure procedi poteſt ijs modis, quibus in alijs criminibus proceditur.*

8 *Quod procedi poſſit per accuſationem, inquiſitionẽ, denuntiationem, probatur.*

9 *Quod etiam per viam exceptionis.*

10 *Atq; etiam per viam notorij.*

11 *De conſuetudine proceditur ſolum per inquiſitionem, & denuntiationem.*

12 *Qui docent hæreticos eſſe etiam accuſandos, intelligunt de Iure.*

13 *Modus procedendi per accuſationem in criminibus S. Officij abijt in deſuetudinem.*

14 *Promotor fiſcalis ſucceſſit loco accuſatoris in S. Officio.*

15 *Promotor fiſcalis accuſando non ſe ſubſcribit ad*

pœnam talionis.

16 *Si aliquis ad accusandũ instaret, Inquisitor deberet accusationem recipere.*

17 *Talis accusator, si in probatione deficeret, grauiter puniendus esset, non tamẽ pœnæ Talionis, nisi de malitiosa accusatione conuinceretur.*

18 *Sed quid, si se ad pœnam talionis subscripserit?*

19 *Quomodo se debeant gerere Inquisitores, & Commissarij cum tali accusatore.*

20 *Modus procedendi per Inquisitionem in Santo Officio frequentior est.*

21 *Generalissima Inquisitione vtuntur Inquisitores in primo ingressu in prouinuinciam, in eius visitatione, & in annua edicti publicatione.*

22 *Quando procedant speciali tantum Inquisitione.*

23 *Quando generali, & speciali tantum.*

24 *In delictis Sancti Officij ad inquirendum non requiritur infamia, aut indicia manifesta, sed sufficiunt leuia.*

EA, quæ hucusque pertractata, & declarata sunt, præludia quædam, ac præambula fuerunt ad præsentis capitis perfectam intelligentiam habendam. quapropter antecedẽtiũ vestigijs insistendo, & generaliter de criminibus explicata delictis ad Inquisitores, ac fidei Iudices pertinentibus applicando.

1 Dico primo, Quod etiam Inquisitores nõ possunt procedere in crimine hæresis aut de hæresi suspecto ex scientia omnino priuata. Patet; tum ex firmatis in num. 1. capitis secundi huius primæ quæstionis; tum etiam quia vt infra ostendemus in hoc solum fides, & Religio est priuilegiata, vt quando constat iudicialiter de delicto cõmisso contra fidem, non requiratur neque infamia, neque fictus accusator.

2 Ita-

2 Itaque in crimine hæresis, & in omnibus alijs ad Sanctum Officium spectantibus, quæ nulla post se vestigia relinquũt, vt blasphemia, sollicitatio in confessione, & similia iudex debet assumere informationes, & contra reum procedere præhabita delicti denunciatione. *Clarus in practi. crimin. quæst. 4 vers. suis tamen, vbi addentes.*

3 Si vero ex delictis apparent vestigia, vt euenit in sacrarum imaginum fractione, in necibus infantũ facta per Lamias, oportet, vt præter denunciationem constet etiam de corpore delicti ante omnẽ actũ iudicialẽ contra reũ, *Honded. consf. 88. vol. 2. Carena de modo proced. in caus. fidei, part. 3. tit. 1. §. 4. num. 42. 43. 44.*

4 Sed ex hac doctrina pulcherrima, & a nemine, quem legere potui, tacta suboritur dubitatio. Nã si aliquis coram Inquisitore solo extra iudicium hæresim proferret, ac diceret, Se non credere Deum esse Trinum: in hoc casu ex vna parte Inquisitor non posset ex hac scientia, vt pote priuata contra talem procedere; ex altera haberet obligationem eum denuntiandi. Cui deberet denuntiare? Respõdeo; quod si in Prouincia sunt plures Inquisitores, reuelare debet Conquisitori suo; & sic vnus Inquisitor esset Iudex; alter, scilicet denuntiator, testis. Si vero vnicus est Inquisitor, deberet in Inquisitionibus Italiæ rem Episcopo denuntiare, cum in Italia Episcopi omnimode procedant contra delinquentes in caussa hæresis.

5 Sed dices; si denuntiatus est conuictus, Episcopus non potest illum condemnare solus sine Inquisitore; cum in Inquisitione tum Romana, tum Hispana nõ procedant disiunctim aut Inquisitor sine Episcopo, aut Episcopus sine Inquisitore ad rei condemnationem: *Clem. 1. de Hære-*

Hæreticis, & tradunt scribentes in materia hæresis, quod vide apud *Farinacc. de hæresi, quæst.* 186. *num.* 56. *& Carenam part.* 1. *tit.* 4. §. 2 *num.* 9. ergo inutilis erit hæc denuntiatio facta Episcopo.

6 Respondeo; quod si denuntiatus conuictus est quampluribus testibus, tūc Inquisitor, qui denuntiauit, potest concurrere ad condemnationem ex scientia sufficienti habita ex aliįs, quam ex proprio testimonio quod procedit in fortioribus terminis, cū Episcopus si sciat peccatum alicuius aliter, quam per confessionem Sacramentalem, potest illud publice punire, *Paulus Fusc. sing.* 25. *lit. e.* & citat. *Archidiac. in cap. Sacerdos circa med. de pœnis. d.* 6. *suarez tom.* 4. *disp.* 33. *sect.* 3. *nu.* 7. quos refert, & sequitur *Lazarius Canonic. & pract. quæst. sect.* 2. *quæst.* 17. *num.* 16. Si vero conuictus est ex testimonio ipsius Inquisitoris, & ex alio vnico teste; potest Inquisitor causam delegare, quod Inquisitores possunt facere, cum sint Delegati summi Pontificis, & ex regula Iuris Delegatus Principis potest subdelegare, *cap. super quæstionem, de officio delegati, Barbosa senior. l. quia tale num.* 47. *ff. Sol. matrim. & l. cum prætor.* §. 1 *num.* 385. *& seq. de iud.* in specie de inquisitore docuerunt hoc *Molin. de iust. & iure tract.* 5. *tom.* 6. *disp.* 24. *num.* 8. *Diana resolut.* 18. *p.* 4. *tract.* 8. qui alios allegat, *Carena part.* 1. *tit.* 5. §. 11. *num.* 80. Et sic Episcopus potest simul cum delegato Inquisitoris denuntiatum ab Inquisitore condemnare. Si vero vnicus est Inquisitor, & sumus in nostra Inquisitione Hispanica ego in facti contingentia consiliū supremum cerciorarem vnde difficultati facillime occurri posset. maior dubitatio, est si periculū fuisset in mora quia delinquētes fugam capere timerentur,

Sed in hoc casu posset inquisitor illum capere, & in tuto ponere, cum ad capiendum hæreticum suspectum de fuga nulla iurisdictio requiratur, sed quilibet de populo possit illum capere, & in hoc casu ait *Farinaccius de hæresi quæst.* 187. §. 3. *num.* 29. intelligendos esse Authores, qui docent absolute, hæreticũ posse capi a qualibet priuata persona, etiam sine iudicis mandato. *Alberic. in rubr. l. de Hæreticis, num.* 6. *vers. contra prædicta. Ioann. Calderin. in tract. de hæreticis, rubr. de pœnis hæreticorum, filiorum, & nepotum, num* 5. *vers. tum solum hæretici. Rojas in tract. de hæreticis, part.* 2. *num.* 8. *& seq: & singul.* 3. *num.* 31. *& singul.* 73. *num.* 6. *Francisc. Pegna in additionibus ad Eymeric in director. Inquisit. par.* 3. *comment.* 36. *tit. de forma denuntiandi excõmunicatum, &c. littera B. vers. sed ipsum, & seqq: Ludouicus a Paramo de origin. S. Inquisit. lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 95. *Petr. Binsfeld. de confess. malef. ad l. final. C. de maleficis, & mathemat.* quos citat *Farinaccius l. cit. num.* 26. & explicat *num.* 29.

Est tutius tamen, (si nõ sit periculum in mora) Iudicis authoritatem, & sic supremæ Inquisitionis potestatem requirere. vt docet *Farinacc. num.* 30. *ex Alberic* vbi supra *in eadem rubrica l. de hæret dict. num.* 6. *ad finem, vers. tutius tamen est, Rojas in tract. de hæretic. par.* 2. *num.* 12. & fusius tradit idem *Farinaccius* ibidem *num.* 35. prima limitatione.

7 Dico secundo contra hæreticos, & de hæresi suspectos procedi potest in Santo Officio de Iure omnibus quinque supra relatis modis cap. 2. num. 12. & 13. quibus in alijs criminibus cõmuniter solet procedi: de consuetudine vero solum proceditur per inquisitionem, ac denuntiationem.

8 Et primo, quod in de-

licto

licto hæresis procedi possit per accusationem, inquisitionem, & denunciationem, docent *Eymericus in director. Inquisit. par. 3. rubrica de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, num. 67. in princip. & rubric. de 3. modo procedendi in caussa fidei per viam Inquisitionis num. 60. & ibi Franciscus Pegna in addit. comment. 16. vers. primo. Idem Eymericus vbi supra in rubrica de 2. modo procedendi in causa fidei per denunciationem num.* 68. & ibi etiam *Pegna in addit. comment. 15. Campeggius in addition. ad Zanchinum in tract. de hæreticis cap. 9 littera, A. vers. primo, & vers. de inquisitione, & vers. de tertia, Ioannes a Rojas singul.* 4. vbi præsertim, quod in crimine hæresis etiam sine accusatione proceditur per inquisitionem, & quãplures alios citat *Param. de orig. Inquisit. lib. 3. quæst. 6. de inquisit in causa fidei, & quæst. 7. ibidem, de denuntiat. in caus. hæresis, & quæst. 9. eodem, de accusat. in caus. fidei, & ibidem de ordine iudiciario Sancti Officij num.* 14. vbi, quod possunt procedere Inquisitores per viam exceptionis, notorij, actionis, sed quod frequentius proceditur per viam accusationis, denunciationis, Inquisitionis. *Farinaccius de hæresi quæst.* 185. §. 1. *num.* 2. cum alijs ab eo relatis nouissime acuratissimus, & de vniuersali inquisitione benemerentissimus *Cæsar Carena in suo eruditissimo tractatu de officio SS. Inquisitionis, & modo procedendi in causis fidei, part.* 3. *titul.* 1. *fere per totum*, & ex summistis *in verbo Hæreticus* §. 2. *num.* 1. *vers. septimum &c. Rosella verb. eodem num.* 13, ex Theologis, *Suarez de fide, disp. 20. sect. 4. num. 1. Castropalao 1. part. oper. moral. tract. 4. disput. 7. de modo procedendi Iudicialiter in causis fidei. punct.* 2. 3. & 4. ex quibus aliqui docent, aliquem ex his modis esse magis vsitatum.

9 Et quod in hæresis delicto

licto procedatur etiam per viam exceptionis, indicant *gloſſa in cap. in fidei fauorem verb. Inquiſitionis, de hæreticis, lib. 6. Carrerius de hæreticis num.* 104. prout eos citat, & ſequitur *Pegna in addit. ad Eymericum. 3 part. director. Comment.* 13. quibus adde *Farinaccium §.* 1. *citato num.* 3. *Campeggium cap.* 9. *cit. littera, A, verſ. Addi inſuper poteſt quarta via Paramus de ordine Indiciario loc. cit. Carena vbi ſupra.*

10 Addũt quintum modum procedendi in cauſis fidei per viam notorij *Cãpeggius loc. cit. verſ. quintam viam* addit *ex Gondiſaluo, de hæreticis quæſt.* 10. *num* 1. *Farinaccius de hæreſi quæſt.* 185. *§.* 6. *num.* 1. vbi citat *Vmbertum Locatum,* & *Comens. in lucerna Inquiſitor. in verb. notorium Decian. in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 27. *num.* 4. *Paramus loco proxime citato.*

11 Dico tertio quamuis his omnibus modis poſſit de iure procedi in Sãcto officio tamẽ de cõſuetudine nõ proceditur niſi per Inquiſitionem, & denuntiationem, & ſecundum hanc diſtinctionem conciliantur Authores, qui docent omnibus illis modis procedi. Loquũtur enim de Iure, non de conſuetudine.

12 Et ſic aliqui dicunt Hæreticos eſſe etiam accuſandos *Locat. in iudicial. Inquiſit. verb Denuntiatio. nu.* 1. *Repert. Inquiſitor. eod.* verb. *verſ. An eo ipſo.* Et quod non ſolum ſit obligatio denuntiandi, ſed etiã accuſandi, quando crimen vergit in detrimẽtum Reipublicæ, ſi tamen teſtibus comprobari poſſit, aſſerit generaliter *D. Thom.* 1. 2. *Q.* 68. *art.* 1 in quo loco Caietanus inquit, *Caue ignorantiam illorum qui putant neminem teneri ad accuſationem.* Idem tenet *Alex. de Ales. in.* 3. *p. q.* 42. *& Domi. de ſoto de Iuſt. & iure lib.* 5. *art.* 1. *& in lib de rat. tegen. ſecret. membr.* 2. *q.* 5. *concluſ.* 2. *Simanch. de catholic. inſtitut. cap.* 4: *Brunus*

de hæretic. lib. 4 capit. 7.

13 Sed hunc modum procedendi in Santo Officio in desuetudinem abijsse, tradunt *Pegna comment. 13. in tertiam part. vers. in hoc Sacro Tribunali. Rojas sing. 3. num. 11. Simanch. loc. cit. num. 2. & 5. Castro Palao in oper. moral. par. 1. tract. 4. disp. 8. punct 2. num.* 1. qui alios allegat. Imo vero, hunc modum olim raro fuisse vsurpatum animaduertit, *Eymeric. in 3. par. nu. 67 vers. Et attendat Inquisitor.*

14 Et quia hic modus iã recessit ab aula in supremo Vrbis Tribunali, per nouissimas instructiones institutum est, vt solus fiscus, seu Promotor fiscalis, recepta criminis denuntiatione, aut facta inquisitione in Inquisitionibus Hispaniæ proponat contra reos accusationem, & eam prosequatur, denuntiator vero sit testis *Pegna 3. part. director. comment.* 14. vbi formulam huius accusationis describit. *Farinac. de hæresi. q. 185. num. 42. Castropalao d. punct. 2. num. 1. Param. de orig. S. Inquisit. lib. 3. quæst.* 9. Abundantius cœteris *Carena, de mod. procedend. in caus. Sancti Offi. part. 3. tit. 1. §. 1. num. 11. &* 12. vbi quod in multis etiã prouincijs fiscales subeunt munus accusatoris, & in hoc Siciliensi Tribubunali ita practicatur.

15 Promotor hic fiscalis cum reos accusat, se ad pœnam talionis non subscribit, aut ad alias pœnas, quas falsi accusatores pati solent, vt optime notarũt *Pegna, Decian. Farinacc. Paramus, Scaccia,* relati cũ suis locis *a Castropalao d. punct. 2. num.* 1. Et ratio est quia accusat adstrictus officij necessitate, & nunquam accusat, nisi testes habeat. Quapropter iurat se non ex malitia, sed ex officij obligatione accusationem instituere.

16 Sed notandum est id, quod docet *Castropalao loc. cit. num.* 2. quod si aliquis instaret vt ad accusandum admit-

admitteretur, acquieſcere debet Inquiſitor, & accuſationem in ſcriptis recipere, iuxt. *text. in cap.* 1. 2. *q.* 8. ibi *Accuſatorum perſonæ nunquam recipiantur ſine ſcripto*. Sed hic accuſator non eſt obligatus ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, quia hæc pœna in cœteris criminibus ſublata eſt, *Couarr. lib.* 2. *variar. cap.* 9. *num.* 1. *Simanch. de Cathol. inſtit. tit* 64. *num.* 93. *Rojas ſingul* 6. *Pegna* 3 *par. direċtor comment.* 14. *num.* 61. *verſ. his poſitis*.

17 Sed tamen talis accuſator, ſi in probatione defecerit puniri grauiter debet Inquiſitorum arbitrio, quia habetur, vt calumniator, & tanquam calumniator puniendus eſt. Sic docuit. *Rojas ſingul.* 8. *Pegna* 3. *part. comment.* 14. *verſ. ex his Farinacc.* vbi ſupra *num.* 37. Sed *Caſtropalao loc. cit. num.* 2. addit, quod probabilitate non caret hunc accuſatorem pœna talionis eſſe puniendum, ſi tamen ex malitia probatum fuerit innocentem falſo accuſaſſe iuxta cõſtitutionem *Pii V.* quæ eſt eius V. *in Bullario*: vbi ſtatuit Pontifex denuntiantem per calumniam ad pœnam talionis eſſe ſubiectum, quod a fortiori dicẽdum videtur de accuſatore vt notauit *Farinacc. num.* 39. hæc Caſtropalao. Et ego addo, hæc eſſe intelligenda; dummodo accuſator capax ſit pœnę, quam ſubit perſona accuſata, quia in abiuratione nõ poteſt habere locum pœna talionis ſed alia æquipollẽs arbitraria.

18 Sed qd ſi aliqs eſſet tã infeſtus alicuius pſequtor, vt & vellet accuſare, & ſe ad talionis pœnã ſubſcribere, vt maiorẽ fidem accuſationi tribueret; an ſi hic deficiat in probatione, talionis pœna afficiendus eſſet? Negatiue reſpondet idem *Caſtropalao num.* 3. *ex Pegna in ſup. ad. comment.* 14. *verſ. ſed quid, & Farinaccio num.* 37. mitius enim ait eſſe puniendum, quod probat ex teſtis comparatione,

qui magis nocet reo, quam accusator.

19 Sed hæc ad rem nostram dicta sufficiant, plura vide apud relatos authores & præsertim *Carenam loc. cit.* Interim moneo, vt quisque contentus consueta denuntiatione, non instet ad subeundum graue, & periculosum onus accusãdi. Commissarij vero locorum non debent in consultis Inquisitoribus, si aliquis ad accusandum instaret, accusationem recipere. Ipsi vero Inquisitores, si casus eueniret, liberum nequaquam deberent accusatori relinquere, vt in testium productione, atque oblatione suo arbitrio assisteret; sic enim negotium debito secreto nequaquam perageretur.

20 Dico quarto modus procedendi per Inquisitionem in Santo Officio frequentior est. *Pegna, Castropalao*, cum alijs relatis supra num 8. *Carena loc. cit. §. secundo, de Inquisitione*. Proceditur autem per Inquisitionem tum generalẽ tantum, tum specialẽ tantũ tũ generalẽ, & specialẽ simul; iuxta distinctionem factam supra *cap. 2. num.* 14.

21 Generali, seu generalissima Inquisitione vti solent Inquisitores in primo ingressu alicuius prouincię, cum proponunt edictum Generale, *Paramus de origin. Inquisit. lib. 3. quæst. 4. de ordine Iudiciar. S. Officij num. 9.* Secundo cum suam prouinciam visitantes, generalia edicta promulgant, ad inquirendos occultos, & incertos hæreticos, quãuis nulla neque hæresum, neque hæreticorum infamia præcesserit, & ad eorũ aures peruenerit; vt esse *text. in cap. excommunicamus, 1. §. adijcimus, & §. vltimo, de Hæreticis*, asserit *Pegna ad Eymeric. 3. part. comment. 16. vers. & generalis. Paramus quæst. 6. de Inquisit. in caus. fidei. Castropalao loc. cit. pũct. 4. num. 1.* Tertio vti assolẽt Inquisitores hac generalissima Inquisitione, quotannis cũ generale

nerale edictũ publicè promulgari, ac legi faciunt. *Param. quæst.* 4. *citata num.* 21.

22 Speciali tantum inquisitione procedunt Inquisitores, quando præcedente non solum fama delicti hæresis, aut hæreticalis commissi; sed etiam ipsius committentis rumore peruagato, quem tamen nemo in Santo Officio denuntiauit, inquirunt interrogando in particulari de ea persona, de qua infamia vel rumor diuulgatur *Suarez de fide, disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 1. *Param. locis citatis Pegna*, vbi supra, *vers. specialis vero. Castropalao, num.* 2. *Eliseus Masini in praxi officij Inquisit. part.* 2 *de secundo modo formandi process. per viam inquisit.*

23 Generali, & speciali Inquisitione proceditur in hoc Tribunali, quando est fama hæresis alicuius prolatæ, aut facti hæreticalis patrati nulla autem est infamia, aut sufficiens rumor, qui illud commiserit; tunc enim Inquisitores procedunt interrogando in particulari de delicto, & in generali de persona; *Suarez num.* 1. *cit.*

24 Id vero notatu dignũ est, quod licet in alijs criminibus, vt formetur inquisitio debeant præcedere, aut infamia, aut indicia non qualiacumque, sed perfecta, & quæ vehementem inducant suspicionem, vt late probat. *Fragosus part.* 1. *lib.* 3. *de oblig. moderat. reip. disp.* 12. §. 4. *a num.* 131. tamen in fidei fauorem nulla præuia infamia ad inquirendum in crimine hæresis efflagitatur. *Nauarr. in cap. inter verba.* 11. *quæst.* 3. *concl* 6. *coroll.* 63. *num.* 683. & 693. & *in rubric. de iudic. nu.* 92. & colligitur *ex cap. excõmunicamus* § *adijcimus, de hæreticis*, & *ex l. Apostatarum*, 4. *de apostatis. Salon.* 2. 2. *quæst* 69. *art.* 2. *controuers.* 7 *Less. lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 15. *num* 128. *Sayrus in claui, lib.* 12. *cap.* 11. *num.* 11. & ego docui in *tract. de polyg. lib.* 6. *q.* 6. *a nu.* 21. Dũmodo tamẽ

præ-

præcedat aliqua suspicio: sic *Nauarrus*. Alias nullo modo potest inquiri cõtra aliquem, vt colligit *Aretin. in cap. qualiter, & quando, 2. num. 66. de accusat. Ioan. Andr. & Philipp. Franc. in cap. vt officium inquisitionis, de hæreticis in 6. in princip. Bartol. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, Inquisitionem, Cardin. in Clement. 1. §. penult & in clement. 2. in 2. quæst. de hæretic. Simanchas de hæreticis tit. 22. de inquisitionis ordine num. 6. 7.* quos citat, & sequitur ibidẽ *Fragosus*. quibus adde *Castropalao punct. 4. cit. num. 2. & 3 Carenam l. cit. §. 2. de inquisitione, num. 17. & 18.*

Restat, vt de modo procedendi in S. Officio per denũtiationem differatur, de quo speciale caput constituendum existimaui.

CAPVT V.

Quid sit modus procedendi per denuntiationem in Santo Officio, & ad quam speciem denuntiationis reducatur.

SVMMARIVM.

1 *Modus procedendi per denuntiationẽ in S. Officio est omnium frequentissimus.*

2 *Causæ cur hic modus potius fuerit introductus.*

3 *Facta denuntiatione cessant partes delatoris, succedunt Inquisitoris.*

4 *Denũtiator est merus manifestator criminis; accusator, persequtor.*

5 *Ex consuetudine denuntiator non tenetur denũtiata verificare.*

6 *Denuntians iurare debet de non reuelandis gestis per*

Epi-

Episcopis, in aliqbus Episcopis, vel Inquisitoribus, in aliquibus solis Inquisitorib⁹ denuntiandũ est.

TOtus hic libellus tendit ad explicandum, & præscribendum modũ, quo delicta contra fidem Catholicam perpetrata debeant fidei iudicibus manifestari, & denuntiari; quare in hoc capite aliqua tantum, quę ex suprarelatis inferuntur, declarabimus, cętera per singulas quæstiones, & capita expposituri.

1 Dico primo; quod modus procedendi per denuntiationem in Tribunali Sancti Officij est omnium frequentissimus.

2 Introductus autem fuit talis modus; quia & facilis, & non ita periculosus est denuntianti, sicut esset accusatio. Postquam enim quisque indicauit Inquisitoribus quos sciuit hæreticos, aut de hęresi suspectos. & circumstãtias temporis, loci, & personarum commissi delicti fideliter, ac fincere apud acta enarrauit, iam oneri denuntiandi imposito per edicta Inquisitorum satisfecit, nec amplius in re aliqua se debet ingerere; imo rem omnem inuiolabili silentio supprimere tenetur.

3 Facta igitur tali denũtiatione, tum demum succedunt partes Inquisitoris ad inquirendum, & inuestigandum. Cœterum in accusatione adest etiam ꝓbandi ea, quæ iudici repræsentantur, obligatio. *Pegna comment.* 15. *vers. his peractis. Farinacc. de hær. si. nu.* 71. *Ludouicus a Paramo de denuntiat. in caus. hæres. quæst.* 8. *num.* 22. *&* 59 *Castro Palao* vbi supra, *punct.* 3. *num.* 1. *Sousa lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 9. prout eos citat, & sequitur *Carena d. par.* 3. *tit.* 1. §. 3. *num.* 19.

4 Quare accusator debet instare, apud Iudicem assistere, testes excitare, solicitare, ne deficiat in probatione. Denuntiator est merus criminis delator, & manifestator.

5 Vsu

5 Vſu enim, & conſuetudine introductum eſt, vt denuntiator, non teneatur verificare ea, quæ denuntiauit. *Aegid. Boſſ. in pract. crimin. tit. de denuntiat. num.* 14. *ex doctrina Angeli, & Saliceti in l. ea quidem C. de accuſat. num.* 17. *& Bart. in l. Diuus ff. de cuſtodia, & exhib. reor. Bernard. Diaz in pract. crimin. canon. cap.* 59. *num.* 4. *Grãmat. decis.* 39. *num.* 1. *Iulius Clarus in pract. § final. quæſt.* 7. *vers. vlterius quæro, cap. ſuper his, de accuſat.*

6 Imo vero denuntians ſicut iurare debet coram Inquiſitore, vel eius commiſſario de veritate dicenda; ſic etiam denuntiatione peracta iurare debet de non reuelandis geſtis per ipſum, & Inquiſitorem, vt tradit *Eymericus in* 3. *part. director. tit. de ſecundo modo procedendi in cauſſa fidei per denuntiationem pag.* 445. & ibi *Franciſc. Pegna cõm.* 16. *Simanchas de catholic. inſtit. tit.* 64. *de teſtibus. nu.* 14. *Paramus de orig. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 26. *&* 27. Et nos late dicemus, cum praxim recipiendæ, ac peragendæ denũtiationis deſcribemus,

7 Dico ſecundo; in hac denuntiatione idem eſt denuntiare, quod teſtificari, & denuntiatorem eſſe, ac teſtem: nam denuntiator quoad reum loco teſtis recipitur; quod ex generaliſſima conſuetudine Sanctiſſimæ Inquiſitionis firmatũ eſſe, teſtatur *Simanchas de cathol. inſtit. tit.* 19. *num* 17. *& tit.* 64. *num.* 55. *Caſtropalao lib. oper. moral. tract.* 4. *diſp.* 8. *punct.* 3. *num.* 1. *Carena d. part,* 3. *§.* 3. *num.* 20.

8 Ratio autem cur denuntiator admittatur in teſtem, ea eſt. Quod cum crimen hæreſis non tendat in iniuriam ipſius denuntiantis, ſed ſolum Diuinæ Maieſtatis, & Catholicæ Religionis; inde fit vt denuntiator non debeat eſſe ſuſpectus de falſitate, ac mendacio, cum in huius criminis manifeſtatione,

F nec

nec suam, nec suorum persequatur iniuriam, sed denuntiet tanquam Catholicus, ad quem spectat defendere fidem, quam profitetur. *Castropalao, & Carena loc. cit. ex Simanchas d. num. 17. Albertinus lib. de secreto num. 177. Zanchi. de hæretic. cap. 13.*

9 Quare etiam generaliter in omni denuntiatione iudex denuntiatorem potest in testem recipere, & computatur ille in numero testium, quando agitur ad peccatum impediendũ, secundum *Abb. in cap.* in omni negotio, de testibus, ibi: *Quando ex denuntiatione denuntiator non est reportaturus laudem, præmium, vel vituperium, nec aliqua affectione notatur, tunc non subest aliqua ratio, quare non admittatur in testem*, quam lecturam tenet *Felin. in d. cap. in omni* Faciunt ad hæc, quæ in simili dicit *Bartol. de procuratore causæ*, si in illa possit esse testis, si commodum, vel incommodum non sperat in *l. deferre ff. de iure fisci. Bald. in l. in omnibus C. de testibus*, cum alijs ab *Albertino num.* 178. allegatis.

10 Quare si denuntiator appareat calumniator puniendus est eadem pœna, qua puniri consueuit in S. Officio falsus testis, *Castropalao, & Carena* locis citatis. Quæ vero debet esse pœna, dicemus fuse suo loco, cum de pœnis non denuntiantium, vel falso denuntiantium differemus.

11 Dico tertio, denuntiatio delictorum, qua aut sunt hæreses, aut hæresis suspicionem trahũt est species, & portio denuntiationis iudicialis; ita tamen, vt participet simul commoda denuntiationis Euangelicæ. Vtraque pars ex suprapositis facillime ostenditur.

Et primo quod sit species denuntiationis iudicialis, docet *Suarez disp.* 20. *de fide, sect.* 4. *num.* 3. *fin.* & colligitur ex omnibus Auctoribus, quos *capite* 3. retulimus ad firmandam defini-

finitionem denuntiationis tum generatim acceptæ, tū etiam iudicialis, qui poſt definitionem iudicialis denuntiationis, eam noſtræ denuntiationi accomodarunt. Quampluribus e iam rationibus communibus vtrique manifeſtum redditur.

12 Primo enim; quando aliquod delictum manifeſtandum eſt Iudicibus fidei, ex præcepto expreſſo in eorum edictis contento, ſemper omittenda eſt fraterna correctio, quæ ſemper in Euangelica denuntiatione præmittenda eſt, & in iudiciali prætermittenda.

13 Secundo in hac denuntiatione ſemper ſeruatur, licet ſecretiſſimo modo forma Iudicij, cum & in ſcriptis, & coram ipſis fidei iudicibus à Secretario, quæ reuelantur, recipiantur.

14 Tertio principaliter, quia in hac denuntiatione primo, & per ſe non intenditur vtilitas, & bonum ſpirituale perſonæ denuntiatæ; quod eſt finis Euangelicæ denuntiationis; ſed intenditur vindicta tam ſacrilegi, enormiſque delicti ad fidei orthodoxæ indemnitatem, ac Religionis Catholicæ incolumitatē tuendam, & conſeruandam: Vnde etiam emendati hæretici ſunt denuntiandi, vt cœteri alienis experimentis tanto magis a tam perniciosis criminibus deterreantur, quanto videant ea, nec emendata abire impunita; & ſic Chriſtiana reſpublica, omni timore, ac periculo propulſato in trāquillo, & in tuto collocetur.

15 Quarto, quia in Euāgelica reuelantur delicta Iudici, vt patri; in iudiciali, vt Iudici huiuſmodi vero delicta non poteſt quis Inquiſitor talium criminū manifeſtationem, vt pater poteſt recipere; quia ex hac manifeſtatione debet procedere iudicialiter ad inquirendam vſque ad cōdemnationem. V. Er.

 16 Ne-

16 Neque itidem exciperetur ab Inquisitore denuntiatio criminis extra Tribunali, & iudiciũ facta.

17 Neque si fieret in Tribunal; sed tamen tanquã confessario Sacramentaliter, & in confessione, vt passim quam plurimi per ignorantiam ad Inquisitores accedunt.

18 Imo vero si aliquis sponte aliquod suum crimen hæresis Inquisitori reuelaret, huiusmodi spontaneam reuelationem, vt iudex iudiciaria forma debet Inquisitor excipere; & quamuis talis sponte comparens obtineret, impunitatẽ criminis sponte reuelati; tamen si sponte comparens sit hæreticus minor 25. annis admittendus est ad abiurandum de formali, cum clausula citra pœnam relapsi sed si sit maior 25. annis, sine dicta clausula; vnde si relabitur, & conuincitur punitur pœna relapsi. *Carena part. 2. tit. 18. §. 2. num. 12.* & est praxis quotidiana.

19 Neque obstat quod Inquisitores reorum Patres appellantur, *Simanch. de Catholic. institut. tit 5. nu. 2.* Hæc enim appellatio non eo spectat, quod paternam denuntionem excipere teneantur; sed quod omni Caritatis, ac miserationis officio enixe debẽt inuigilare, ne reorum aliquis aut innocens cõdemnetur, aut vltra delicti grauitatem puniatur. Et sic patet, quod talis denuntiatio sit species propria iudicialis denuntiationis.

20 Dixi ex industria esse speciem, & portionem denuntiationis iudicialis; quia limites denuntiationis in Santo Officio faciendæ nõ tantum se extendunt, quãtum termini, & fines iudicialis.

21 Nã quamuis Inquisitores contra omnes, & quoscunque quauis dignitate illustres procedere possint, & etiam contra Regulares, vt docet *Carena part. 2. tit. de obligat. denuntiandi, in explicatione edicti*

Inqui-

Inquisitoris, & part. 1. *tit.* 5. *§.9.num.* 73. & nos dicemus, cum de personis denunciandis agemus:

22 Et quamuis Inquisitores sint delegati ad vniuersitatem caussarum, vt sentit *Cardinal. in Clem. multorum in* 1. *opposit de hæret.* & expressius *Archidiacon. in cap. ne aliqui de hæretic. lib* 6. *Paramus de Origin. inquisit. lib.* 3. *quæst.* 2. *num.* Tamen eorum iurisdictio non extenditur vltra delicta hæresis; aut hæresim sapientia materies vero iudicialis denuntiationis sunt omnia, & qualibet delicta contra quamlibet personam, ac virtutem perpetrata.

23 Quamuis autem sit iudicialis habet multa cõmoda denũtiationis Euangelicæ. Primo enim fit secretissime, & cum eodem silentio, ac secreto ad recipiendos testes proceditur; cum in iudiciali omnia in aperto, & publico exequantur.

24 Secundo, quia in alijs criminibus facile poterit. Iudex aliquem in carcerẽ mittere; quia custodia momentanea leuis præiudicij, est ita *Simãchas de catholic. instit. tit.* 16. *num.* 2. At in crimine hæresis, vt magis famæ, ac existimationi, ad quod semper spectat Euãgelica denuntiatio, proximi prouideatur, nunquam proceditur ad capturam, nisi sint sufficientia inditia ad torturam, *Cantera in qq. crim. cap.* 1. *de probat. per testes quæst.* 1. *num.* 60. vbi, *quod sic seruatur in Inquisitionibus Hispaniæ.* quod etiam seruari in Inquisitionibus Italiæ testatur. *M. Antonius Genuensis in praxi Archiep cap.* 68. *num.* 1. quos refert *P. Diana oper. moral. part.* 4. *tract.* 8. *de offic. & potest. Inquisitor. resol.* 11.

25 Vbi ex *Instruct. Toletana ann.* 1561. *num.* 3. addit, quod quamuis Inquisitores soli possint ad reorum capturam deuenire; tamen melius esset, vt ex consilio Consultorum procederent quod in causis

sis magni momenti seruatur in praxi.

26 Imo vero *Simanchas loc. cit.* docet *ex instruct. 5. Hispalens. cap.* 4. non esse mittendum in carcerem reum, qui alioquin fuerit homo Religiosus priusquã supremũ Inquisitionis consilium informetur. Tãtum ad delinquentium bonum nomen seruandum hoc sãctissimũ Tribunal intendit.

27 Tertio quia in hoc iustissimo Tribunali, sicut proceditur summa cũ vigilantia, & diligentia; ita etiam cum maxima misericordia, & semper elaboratur ad liberandum potius quam ad condemnandum reum. quod multis exornat. *Simanchas tit.* 47. *num.* 79. *de catholic. instit.* Vbi affert dictum illud celebre *Ammiani Marcellini lib* 19. *rerum gestarum: Quærendæ sunt ignoscendi causæ, non puniendi occasiones, quod iudicis cõsiderati est propriũ*.

28 Dico quarto, ex suprapositis satis patet, quod denuntiatio de qua agimus in hunc modum potest apte, germaneque definiri: Est delatio hæresis, aut criminis de hæresi suspicionem inducentis apud fidei Iudices, vt ex munere suo ad vindictam horum delictorum procedant. Explicatio huius definitionis peti potest ex ijs, quæ diximus tum in explicatione denuntiationis in genere *cap.* 3. *num.* 5. tum denuntiationis iudicialis *num.* 9.

29 Solum exponendum est cur ad ostendendos huiusmodi criminum Iudices competentes dixerimus, fidei Iudices, & non Inquisitores. Ad quod facile respondetur. Nam in aliquibus locis nullum adest Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, & sic in ijs denuntiatio facienda est Ordinarijs illorum locorum. In alijs adsunt Inquisitores; sed simul cum illis possunt concurrere ex æquo Episcopi, vt est in omnibus Inquisitionibus Romanæ ditionis; & in his locis denuntiatio fieri potest vel Inquisitori,

vel

vel Episcopo. In solis Regnis Hispaniæ cognoscunt de talibus criminibus soli Inquisitores, & sic in illis solis Inquisitoribus talia delicta denuntianda sunt: quæ fusius cum de iudicibus, quibus deferenda sunt hæc crimina, pertractabimus.

Finis Quæst. Primæ.

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA.

De Onere, atque Obligatione denuntiandi Hæreticos, & de hæresi suspectos.

CAPVT PRIMVM.

An licitum necessarium, & laudabile sit hæreticos, & suspectos de hæresi denuntiare?

SVMMARIVM.

1 *HAEreticorum denuntiatio licita est.*

2 *Est etiam necessaria.*

3 *Censorum delatio necessaria ad bonam Regni, ac Reipublicæ constitutionem.*

4 *Respublicæ in quibus vigebat, & viget Cēsura.*

5 *Criminum delatio non solum censoribus, sed omnibus ciuibus permissa.*

6 *Quædā crimina sunt publica, quædam priuata.*

7 *Scelestos delatores, tanquā calumniatores Romani Imperatores punierunt.*

8 Neces-

1 Dico primo licitã esse hæreticorũ denuntiationẽ satis aperte patet, ita *Suarez disp.* 20. *de fide sect.* 4. *nu.* 4. & a fortiori omnes Doctores inferius allegandi. Nam in vniuersum loquentes ciuium, & fratrum crimina superioribus manifestare non esse contra iustitiam, neque cõtra charitatem in aperto est. Imo etiam criminum delatio quam pluribus finibus cohonestari potest. Nam per eam Reipublicæ incolumitas conseruatur, bonum commune defenditur, innocentium tutela suscipitur, nocentibus impunitas, qua nihil perniciosius, adimitur. Vnde in hæresis crimine tanto erit honestior denuntiatio, quanto ipsum crimen Christianæ Reipublicæ est periculosius; ac ipsi Veritatis authori iniuriosius.

2 Dico secundo non modo licitum, sed etiam necessarium est tam perfidos, ac pertinaces Religionis Catholicæ hostes suis Iudicibus indicare.

3 Necesse enim est, vt in quauis bene constituta Republica, Regno, & Ciuitate adsint Censores, & criminum delatores, sine quibus scelera omnia luxuriãtur, & homines facinorosi facinorũ impunitate grassantur, ac ipsa denique Respublica corruit, & euertitur. Egregie *Valerius lib.* 2. *cap.* 9. censoriam bellicis laudibus exæquans, ait: *Vt opes populi Romani in tãtam amplitudinem Imperatorum virtutibus excesserũt; ita probitas, & continentia censorio supercilio examinata est, opus effectum par bellicis laudibus. Quid enim prodest foris esse strenuum, si domi male viuitur?* Plutarchus in Catonis vita Cẽsuram dixit *Bonorum omniũ quoddam fastigium fuisse Romæ*. Censoris Officium apud Romanos sicut semper in maximo honore est habitum; ita si ad belli motus, atq; occupationes fuit ali-

aliquando intermissum, statim finito bello reintegratum fuit; vt accidisse testatur *Liuius lib.* 24. tempore belli Punici, Annibale relicta Roma Apuliam recedente. *Cicero oration.* 27. *in Pisonem*. acerbe conquestus est, quod *a Publico Clodio fatali portento, prodigioque Reipublicæ lex Aelia, & Fusia euersa fuisset, & vetus illa lex magistra pudoris, & modestiæ seueritas Censoria sublata esset.*

4 Erant nõ solum apud Romanos censores; apud quos portentosa quadam dignitate Censura habita fuit. sed erãt apud Carthaginienses Præfecti morum. Erat apud Atheniẽses certum genus magistratum, qui ζητηταί dicebantur, vt si qui Rempublicam lœderent, perquirerent; Iudicibus deferrent. Respublica Veneta anno millesimo quingentesimo sexagesimo sesto tres erexit magistratus, eo nomine dictos: *Li Signori sopra il ben viuere della Città* Cum anno proxime præterito librum edidisset, in quo de suæ moderationis statu differens, asseruit, quod in tã magno Officialium numero, eius, qui magis necessarius erat, fuerat oblita, Officij scilicet Censorij. Et apud Lucenses grauis, & matura Censura exercetur. Apud Genuenses etiam munus censorium partim ijs quos Cẽsores appellant partim magistratui S. Georgij datum est. Quamplura ad Officiũ Censuræ, ad dignitatem, necessitatemque censorum legas apud *Ioannem Marquez in suo eruditissimo libro, Christiani Gubernatoris lib.* 1. *cap.* 30. *per totum* Adesse Censores tantum Reipublicę in columitati interest, vt non solum aliqui præficiantur, quorum publicum Officium sit ciuium delicta inuestigare, ac denuntiare; sed etiam ipsi ciues potestatem habeant eos, qui quædam atrocia, ac nefanda committũt, coram magistratibus legitime accusare.

6 Quapropter sanctissimis legibus sancitum est, vt aliquot crimina sint priuata, quorum scilicet iniuria cum personas priuatas attingat, ita eorum denuntiatio ad priuatas personas, quarum agitur iniuria, pertineat: Aliquot vera crimina sint publica, quorũ scilicet offensa cum publicam vtilitatem oppugnet, ita a quolib. populi possit, & debeat Iudicibus manifestari. *Mirãda de ord. Iudic quæst.* 13. *art.* 9. *concl.* 8. & deciditur *in* §. 1. *instit. de public. Iudic. Fulgosius part.* 1. *lib.* 5. *disp.* 121. *num.* 76. 77.

7 Neque obstat, quod aliquando Imperatores aliqui Romani in delatores, & denuntiatores criminum grauiter animaduerterint, prout ex *Martiale lib. de spectaculis* extat quartum Epigramma in Titi laudẽ, quod Sycophantas delatores expulerit

Turba grauis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
Traducta est Gyaris, nec cæpit arena nocentes:
Et delator habet, quod dabat exilium.
Exulat Ausonia profugus delator ab vrbe;
Impensis vitam Principis annumeres.

Puniuit quoque Delatores Domitianus inter initia sui Imperij, vt *Tranquillus memorat. cap.* 9.

8 Nam sicuti iuxta denuntiandi ratio in Republica salutare est incolumitatis, ac libertatis remediũ; ita Calumniæ Occasio perniciosa est. Hi, quos puniẽdos merito iusserunt Imperatores, non delatores, sed calumniatores erant. Crimina quæuis maxima, minima sine discrimine deferentes, omnia perturbabãt. quod adnotat *Tranquillus cap.* 61. *Tiberio. Nemini delatorum*, inquit, *fides abrogata, omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum, simpliciumque verborum.* Quæ ibidem exemplis confirmat indignissimis. *Tacitus*

tus 6. Annalium clarius, & 3. Annal. ait. *Cæterum multitudo periclitantium gliſcebat, cum omnis domus delatorum interpetrationibus ſubuerteretur*. Et Plinius de his exitialibus nuntiatoribus in Panegyrico ait: *Vidimus delatorum iudicium, quaſi latronum, quaſi craſſatorum*.

9 Vnde contra huiuſcemodi Reipublicæ perturbatores etiam iuſtiſſimæ leges decretæ fuerunt vt in hanc ſententiam legere licet *Iacobi Cuiacij notas ad lib. 5. ſentent. recep. Iulij Pauli tit. 13. de delatoribus*, quibus nihil eſt pernicioſius *lib. 4. C. de delatoribus*. Hos Imperatores (*vt eſt l. 1. & 10. C. Theod de pet. & vltro dat.*) Maximum humanæ vitæ malum appellitant. *Syn. epig.* χοινοὺς ἀλάστορας τῆς χώρας *genij mali patriæ, exitia Reipublicæ*.

10 Legibus conformantur ſtatuta, & praxis Inquiſitorum, nam delatores, & teſtes, antequam ad teſtificandum recipiant, admonent diligentiſſime, vt ne prece, pretio, ira, odio, aut qualib. alia illicita, & iniuſta cauſa vllo modo falſam denuntiationem, ac teſtimonium faciant, & dicant. Admonent, quam graue, quam horrendum ſit tanti criminis innocentem aliquem infamare. Monitionibus minas temporalium, & ſpiritualium pœnarum adiungunt. Denique ſi quid peccatum fuerit grauiſſimis pœnis emendant. Vt iam omnibus conſtet; nihil integrius, nihil iuſtius, nihil incorruptus in alio, quam in hoc SS. Tribunali pertractetur.

11 Si igitur neceſſe eſt ad Regnorum, & rerumpublicarum humanã fortunam, fœlicitatemque ſtabiliendam, vt adſint facinorum Cenſores, ac delatores; quanto magis vt adſint hæreticorum denuntiatores?

12 Duo ſunt ſolidiſſima fundamenta Regnorum, publica Religio, quæ fidei, doctrinæque puritate; & Publi-

Publica Iustitia, quæ bonis legibus; integerrimisque Iudicibus consistit. Horum si solidius corruat; quanam ratione Reges, cum Regnis suis, Ciuitates cum populis funditus non euertentur? *Ecclesiastici cap.* 10. dicitur: *Execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.* quid ergo propter communium hostium iniurias? Quid propter Religionis contumelias? *Pegna 2. part. director comment. 26. vers. dicam semel*, hæreseos quā plurima damna recensens, ait: *Denique totius illius Reipublicæ status, & forma, in qua hæreses aut oriri permittuntur, aut ortæ fouetur, nec protinus extirpantur, in peius commutatur, & tandem in totum etiam quandoque subuertitur, & aboletur. Hæc omnia ita esse veterum testantur historiæ præsentia quoque demonstrant tempora, in quibus videmus florentissima Regna, & prouincias ob hæreses in maximas calamitates, & miserrima pericula incidisse.* hæc ille.

13 Sed cur hoc e sacris, Catholicisque Scriptoribus petimus; cum ipsi catholicæ Doctrinæ hostes fateantur? Dicant hoc ipsum fidei hostes; dicant Magistri illi Diabolicę politiæ, qua cum Reges perdiderint, Regna firmasse, ac solidasse crediderunt, Salus ex inimicis, antidotus e veneno comparetur. Quid *Strigel. 2. part. 12.*? *Donec manet in Rebus publicis puritas Doctrinę, & veri cultus Dei: & atrocia delicta non impune grassantur; Deus parcit Regnis, & Ciuitatibus. Quoties autem doctrina, & cultus Dei deprauantur: & disciplina fit laxior & pauci ardentes pro sua, & aliorum incolumitate concipiunt: aut instat iam planè, aut certe appropinquat interitus, omnia tollens atque delens: vt ostendunt historiæ omnium temprorum.* Quid in *Chronic. lib. 2. pag. 312.*? *Cum magi-*

magistratus non punit atrocia scelera: pœnæ publicæ Diuinitus magistratum, & populum opprimunt. Quid Eberus *in Postilla pag.* 962.? *Quando non puniuntur atrocia scelera, euertuntur Totæ gentes, & Respublicæ. Nõ euertuntur Respublicæ tam propter peccata, & lapsus hominum; quam propter impunitatem atrocium scelerum*. Quid Bucholc. in *Chronolog. pag.* 440.? *Semper habeatur pro signo mox ruituræ Reipublicæ, quando turpia exempla nimis latæ vagantur: & neglectio doctrinæ, ac disciplinæ supra modum crescit*. Quid Peucer *de Diuin. pag.* 31.? *Necessario, & immutabili ordine, ex immota iustitiæ Diuinæ regula comitãtur atrocia scelera atroces pœnæ: cumque cessat magistratus, neque in authores animaduertit, Deus ipse legem exequitur suam: & sæpe totas gẽtes perdit ob vnius impunitam licentiam: sicut dicitur in Hesiodi versu præclare*: Πολλάκι καὶ ξυμπᾶσα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. *& testantur hoc euersiones Imperiorum, & Rerumpublicarum*. Quid tandem scelestissimæ Politiæ scelestissimus arbiter Macchiauellus *lib.* 1. *de republ. cap.* 12.? *Quicumque Principes atque Respublicæ semetipsas conseruare cupiunt, in id vnum præ cæteris incumbere debent, vt verum Religionis cultum rectè instituant, & venerentur: nec certius inditium de religionis alicuius ruina, atq; interitu vnquam habere poteris, quam si in ea, Diuinum cultum despectui haberi, ac sperni cognoueris*.

14 Iam receptui canamus. Si Regna sine Religione nequeunt consistere: Si religio cum impunitate delictorũ, præsertim atrocium, stare non potest; quo pacto Christiana Religio radicitus non extirpabitur, si hæresis delatores, ac denuntiatores desint? Sint Inquisitores Sãctissimi, sint ad vindictam paratissimi, quomodo, quæ nesciũt, delicta vindicabunt? Denuntiatio igitur est omnium bono-

sis magni momenti seruatur in praxi.

26 Imo vero *Simanchas loc. cit.* docet *ex instruct.* 5. *Hispalens. cap.* 4. non esse mittendum in carcerem reum, qui alioquin fuerit homo Religiosus priusquã supremũ Inquisitionis consilium informetur. Tãtum ad delinquentium bonum nomen seruandum hoc sãctissimũ Tribunal intendit.

27 Tertio quia in hoc iustissimo Tribunali, sicut proceditur summa cũ vigilantia, & diligentia; ita etiam cum maxima misericordia, & semper elaboratur ad liberandum potius quam ad condemnandum reum. quod multis exornat. *Simanchas tit.* 47. *num.* 79. *de catholic. instit.* Vbi affert dictum illud celebre *Ammiani Marcellini lib* 19. *rerum gestarum: Quærendæ sunt ignoscendi causæ, non puniendi occasiones, quod iudicis cõsiderati est propriũ.*

28 Dico quarto, ex suprapositis satis patet, quod denuntiatio de qua agimus in hunc modũm potest apte, germaneque definiri. Est delatio hæresis, aut criminis de hæresi suspicionem inducentis apud fidei Iudices, vt ex munere suo ad vindictam horum delictorum procedant. Explicatio huius definitionis peti potest ex ijs, quæ diximus tum in explicatione denuntiationis in genere *cap.* 3. *num.* 5. tum denuntiationis iudicialis *num.* 9.

29 Solum exponendum est cur ad ostendendos huiusmodi criminum Iudices competentes dixerimus, fidei Iudices, & non Inquisitores. Ad quod facile respondetur. Nam in aliquibus locis nullum adest Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, & sic in ijs denuntiatio facienda est Ordinarijs illorum locorum. In alijs adsunt Inquisitores, sed simul cum illis possunt concurrere ex æquo Episcopi, vt est in omnibus Inquisitionibus Romanæ ditionis; & in his locis denuntiatio fieri potest vel Inquisitori, vel

vel Episcopo. In solis Regnis Hispaniæ cognoscunt de talibus criminibus soli Inquisitores, & sic in illis solis Inquisitoribus talia delicta denuntianda sunt. quæ fusius cum de iudicibus, quibus deferenda sunt hæc crimina, pertractabimus.

Finis Quæst. Primæ.

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA.

De Onere, atque Obligatione denuntiandi Hæreticos, & de hæresi suspectos.

CAPVT PRIMVM.

An licitum necessarium, & laudabile sit hæreticos, & suspectos de hæresi denuntiare?

SVMMARIVM.

1 *HAEreticorum denuntiatio licita est.*

2 *Est etiam necessaria.*

3 *Censorum delatio necessaria ad bonam Regni, ac Reipublicæ constitutionem.*

4 *Respublicæ in quibus vigebat, & viget Cẽsura.*

5 *Criminum delatio non solum censoribus, sed omnibus ciuibus permissa.*

6 *Quædã crimina sunt publica, quædam priuata.*

7 *Scelestos delatores, tanquã calumniatores Romani Imperatores punierunt.*

8 Neces-

8 *Necessaria est denuntiatio, perniciosa calumniæ occasio.*

9 *Contra tales calumniatores etiam leges latæ.*

10 *Legibus conformia sunt Inquisitorum statuta.*

11 *Multo magis necessariũ est adesse Hæreticorum delatores.*

12 *Publica iustitia, & publica religio duo fundamenta regnorum.*

13 *Ostẽditur hoc ipsum Hæreticorum ipsorum testimonio.*

14 *Inquisitorum Officium absque denuntiatione vanum est.*

15 *Hæreticorum denuntiatio maximopere laudabilis.*

16 *Silentium aliquãdo perniciosum.*

17 *Tres sunt causæ, quæ a denuntiando deterrent.*

18 *Delatores in delati notitiam non posse deuenire, ratione inuiolabilis secreti in Santo Officio.*

19 *Inquisitores violantes secretum peccant mortaliter, & excommunicationem incurrunt ex Decreto generalis Inquisitionis.*

20 *Pœnæ de iure contra violatores secreti, etiam si sint Inquisitores.*

21 *Leges pœnales, quotannis legendæ, ex supremo Inquisitionis Consilio.*

22 *Denuntiantium nomina nunquam in S. Officio manifestantur.*

23 *In Santo Officio semper præsumitur periculum, ne delator in delati cognitionem deueniat.*

24 *Neque cum proceditur contra defunctum delator delati consanguineis publicatur.*

25 *Denuntiatores non debent timere, ne Sancti Officij exploratores dicantur.*

26 *Hæreticos denuntiare, summa in ipsos miseratio, & caritas; occultare, summa impietas.*

1 Dico primo licitã esse hæreticorũ denuntiationẽ satis aperte patet, ita *Suarez disp.* 20. *de fide sect.* 4. *nu.* 4. & a fortiori omnes Doctores inferius allegandi. Nam in vniuersum loquentes ciuium, & fratrum crimina superioribus manifestare non esse contra iustitiam, neque cõtra charitatem in aperto est. Imo etiam criminum delatio quam pluribus finibus cohonestari potest. Nam per eam Reipublicæ incolumitas conseruatur, bonum commune defenditur, innocentium tutela suscipitur, nocentibus impunitas, qua nihil perniciosius, adimitur. Vnde in hæresis crimine tanto erit honestior denuntiatio, quanto ipsum crimen Christianæ Reipublicæ est periculosius; ac ipsi Veritatis authori iniuriosius.

2 Dico secundo non modo licitum, sed etiam necessarium est tam perfidos, ac pertinaces Religionis Catholicæ hostes suis Iudicibus indicare.

3 Necesse enim est, vt in quauis bene constituta Republica, Regno, & Ciuitate adsint Censores, & criminum delatores, sine quibus scelera omnia luxuriãtur, & homines facinorosi facinorũ impunitate grassantur, ac ipsa denique Respublica corruit, & euertitur. Egregie *Valerius lib.* 2. *cap.* 9. censoriam bellicis laudibus exæquans, ait: *Vt opes populi Romani in tãtam amplitudinem Imperatorum virtutibus excesserũt; ita probitas, & continentia censorio supercilio examinata est, opus effectum par bellicis laudibus. Quid enim prodest foris esse strenuum, si domi male viuitur?* Plutarchus in Catonis vita Cẽsuram dixit *Bonorum omniũ quoddam fastigium fuisse Romæ.* Censoris Officium apud Romanos sicut semper in maximo honore est habitum; ita si ad belli motus, atq; occupationes fuit ali-

aliquando intermissum, statim finito bello reintegratum fuit; vt accidisse testatur *Liuius lib.* 24. tempore belli Punici, Annibale relicta Roma Apuliam recedente. *Cicero oration.* 27. *in Pisonem.* acerbe conquestus est, quod *a Publico Clodio fatali portento, prodigioque Reipublicæ lex Aelia, & Fusia euersa fuisset, & vetus illa lex magistra pudoris, & modestiæ seueritas Censoria sublata esset.*

4 Erant nõ solum apud Romanos censores; apud quos portentosa quadam dignitate Censura habita fuit. sed erãt apud Carthaginienses Præfecti morum. Erat apud Atheniẽses certum genus magistratum, qui ζητηταί dicebantur, vt si qui Rempublicam lœderent, perquirerent; Iudicibus deferrent. Respublica Veneta anno millesimo quingentesimo sexagesimo sesto tres erexit magistratus, eo nomine dictos: *Li Signori sopra il ben viuere della Città* Cum anno proxime præterito librum edidisset, in quo de suæ moderationis statu differens, asseruit, quod in tã magno Officialium numero, eius, qui magis necessarius erat, fuerat oblita, Officij scilicet Censorij. Et apud Lucenses grauis, & matura Censura exercetur. Apud Genuenses etiam munus censorium partim ijs quos Cẽsores appellant, partim magistratui S. Georgij datum est. Quamplura ad Officiũ Censuræ, ad dignitatem, necessitatemque censorum legas apud *Ioannem Marquez in suo eruditissimo libro, Christiani Gubernatoris lib. 1. cap. 30. per totum* Adesse Censores tantum Reipublicę in columitati interest, vt non solum aliqui præficiantur, quorum publicum Officium sit ciuium delicta inuestigare, ac denuntiare; sed etiam ipsi ciues potestatem habeant eos, qui quædam atrocia, ac nefanda committũt, coram magistratibus legitime accusare.

6 Quapropter sanctissimis legibus sancitum est, vt aliquot crimina sint priuata, quorum scilicet iniuria cum personas priuatas attingat, ita eorum denuntiatio ad priuatas personas, quarum agitur iniuria, pertineat: Aliquot vera crimina sint publica, quorũ scilicet offensa cum publicam vtilitatem oppugnet, ita a quolib. populi possit, & debeat Iudicibus manifestari. *Mirãda de ord. Iudic quæst.* 13. *art.* 9. *concl.* 8. & deciditur *in* §. 1. *instit. de public. Iudic. Fulgosius part.* 1. *lib.* 5. *disp.* 121. *num.* 76. 77.

7 Neque obstat, quod aliquando Imperatores aliqui Romani in delatores, & denuntiatores criminum grauiter animaduerterint, prout ex *Martiale lib. de spectaculis* extat quartum Epigramma in Titi laudẽ, quod Sycophantas delatores expulerit

Turba grauis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
Traducta est Gyaris, nec cæpit arena nocentes:
Et delator habet, quod dabat exilium.
Exulat Ausonia profugus delator ab vrbe;
Impensis vitam Principis annumeres.

Puniuit quoque Delatores Domitianus inter initia sui Imperij, vt *Tranquillus memorat. cap.* 9.

8 Nam sicuti iuxta denuntiandi ratio in Republica salutare est incolumitatis, ac libertatis remediũ; ita Calumniæ Occasio perniciosa est. Hi, quos puniẽdos merito iusserunt Imperatores, non delatores, sed calumniatores erant. Crimina quæuis maxima, minima sine discrimine deferentes, omnia perturbabãt. quod adnotat *Tranquillus cap.* 61. *Tiberio. Nemini delatorum*, inquit, *fides abrogata, omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum, simpliciumque verborum.* Quæ ibidem exemplis confirmat indignissimis. *Tacitus*

tus 6. Annalium clarius, & 3. *Annal.* ait. *Cæterum multitudo periclitantium gliscebat, cum omnis domus delatorum interpetrationibus subuerteretur*. Et Plinius de his exitialibus nuntiatoribus in Panegyrico ait: *Vidimus delatorum iudicium, quasi latronum, quasi crassatorum*.

9 Vnde contra huiuscemodi Reipublicæ perturbatores etiam iustissimæ leges decretæ fuerunt vt in hanc sententiam legere licet *Iacobi Cuiacij notas ad lib. 5. sentent. recep. Iulij Pauli tit.* 13. *de delatoribus*, quibus nihil est perniciosius *lib.* 4. *C. de delatoribus*. Hos Imperatores (*vt est l.* 1. *&* 10. *C. Theod. de pet. & vltro dat.*) Maximum humanæ vitæ malum appellitant. *Syn. epig.* Χοινοὺς ἀλάστορας τῆς χώρας *genij mali patriæ, exitia Reipublicæ*.

10 Legibus conformantur statuta, & praxis Inquisitorum, nam delatores, & testes, antequam ad testificandum recipiant, admonent diligentissime, vt ne prece, pretio, ira, odio, aut qualib. alia illicita, & iniusta causa vllo modo falsam denuntiationem, ac testimonium faciant, & dicant. Admonent, quam graue, quam horrendum sit tanti criminis innocentem aliquem infamare. Monitionibus minas temporalium, & spiritualium pœnarum adiungunt. Denique si quid peccatum fuerit grauissimis pœnis emendant. Vt iam omnibus constet; nihil integrius, nihil iustius, nihil incorruptus in alio, quam in hoc SS. Tribunali pertractetur.

11 Si igitur necesse est ad Regnorum, & rerumpublicarum humanã fortunam, fœlicitetemque stabiliendam, vt adsint facinorum Censores, ac delatores; quanto magis vt adsint hæreticorum denuntiatores?

12 Duo sunt solidissima fundamenta Regnorum, publica Religio, quæ fidei, doctrinæque puritate; & Publi-

Publica Iustitia, quæ bonis legibus, integerrimisque Iudicibus consistit. Horum si solidius corruat; quanam ratione Reges, cum Regnis suis, Ciuitates cum populis funditus non euertentur? *Ecclesiastici cap.* 10. dicitur: *Execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.* quid ergo propter communium hostium iniurias? Quid propter Religionis contumelias? *Pegna 2. part. director comment.* 26. *vers. dicam semel*, hæreseos quã plurima damna recensens, ait: *Denique totius illius Reipublicæ status, & forma, in qua hæreses aut oriri permittuntur, aut ortæ fouentur, nec protinus extirpantur, in peius commutatur, & tandem in totum etiam quandoque subuertitur, & aboletur. Hæc omnia ita esse veterum testantur historiæ præsentia quoque demonstrant tempora, in quibus videmus florentissima Regna, & prouincias ob hæreses in maximas calamitates, & miserrima pericula incidisse.* hæc ille.

13 Sed cur hoc e sacris, Catholicisque Scriptoribus petimus; cum ipsi catholicæ Doctrinæ hostes fateantur? Dicant hoc ipsum fidei hostes; dicant Magistri illi Diabolicę politiæ, qua cum Reges perdiderint, Regna firmasse, ac solidasse crediderunt, Salus ex inimicis, antidotus e veneno comparetur. Quid *Strigel. 2. part.* 12.? *Donec manet in Rebus publicis puritas Doctrinę, & veri cultus Dei: & atrocia delicta non impune grassantur; Deus parcit Regnis, & Ciuitatibus. Quoties autem doctrina, & cultus Dei deprauantur: & disciplina fit laxior & pauci ardentes pro sua, & aliorum incolumitate concipiunt: aut instat iam planè, aut certe appropinquat interitus, omnia tollens atque delens: vt ostendunt historiæ omnium temprouum.* Quid in *Chronic. lib. 2. pag.* 312.? *Cum*

magiſtratus non punit atrocia ſcelera: pœnæ publicæ Diuinitus magiſtratum, & populum opprimunt. Quid Eberus *in Poſtilla pag.* 962.? *Quando non puniuntur atrocia ſcelera, euertuntur Totæ gentes, & Reſpublicæ. Nõ euertuntur Reſpublicæ tam* a *propter peccata, & lapſus hominum; quam propter impunitatem atrocium ſcelerum*. Quid Bucholc. in *Chronolog. pag.* 440.? *Semper habeatur pro ſigno mox ruituræ Reipublicæ, quando turpia exempla nimis latæ vagantur: & neglectio doctrinæ, ac diſciplinæ ſupra modum creſcit*. Quid Peucer. *de Diuin. pag.* 31.? *Neceſſario, & immutabili ordine, ex immota iuſtitiæ Diuinæ regula comitātur atrocia ſcelera atroces pœnæ: cumque ceſſat magiſtratus, neque in authores animaduertit, Deus ipſe legem exequitur ſuam: & ſæpe totas gẽtes perdit ob vnius impunitam licentiam: ſicut dicitur in Heſiodi* [illegible] *præclare*: Πολλάκι κ[illegible] πᾶσα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς [illegible] *& teſtantur hoc euerſiones Imperiorum, & Rerumpublicarum*. Quid tandem ſceleſtiſſimæ Politiæ ſceleſtiſſimus arbiter Macchiauellus *lib.* 1. *de republ. cap.* 12.? *Quicumque Principes atque Reſpublicæ ſemetipſas conſeruare cupiunt, in id vnum præ cæteris incumbere debent, vt verum Religionis cultum rectè inſtituant, & venerentur: nec certius inditium de religionis alicuius ruina, atq; interitu vnquam habere poteris, quam ſi in ea, Diuinum cultum deſpectui haberi, ac ſperni cognoueris*.

14 Iam receptui canamus. Si Regna ſine Religione nequeunt conſiſtere: Si religio cum impunitate delictorũ, præſertim atrocium, ſtare non poteſt; quo pacto Chriſtiana Religio radicitus non extirpabitur, ſi hæreſis delatores, ac denuntiatores deſint? *Sint* Inquiſitores Sãctiſſimi, ſint ad vindictam paratiſſimi, [illegible]omodo, quæ neſciũt, de[illegible]ta vindicabunt? Denun[illegible]atio igitur eſt omnium bono-

bonorum origo; quæ si cōticescet vacabūt Inquisitores, impunitas excrescet, Regna in discrimen sensim deducentur. Sit igitur firmum, non modo licitam, sed etiam ad temporalem populorum statum feliciter tuendum esse necessariam hæreticorum, ac de hæresi suspectorum delationem.

15 Dico tertio, hæreticos aut suspectos de hæresi statim denuntiare non modo licitum, & necessarium est, sed etiam æterna laude dignissimum, sicut eos cœlare turpissimum. Nam est actus nobilissimus triplicis virtutis. Obedientiæ; si denuntiatio ad Inquisitorum præceptum referatur. Caritatis, & misericordiæ; si fratris denuntiādi vtilitas quàm maxima respiciatur. Iustitiæ; si bonum publicum, cui summopere subuenitur, intendatur. Pernicioso igitur silentio contra triplicem virtutem grauiter peccatur; hostes publici fouentur, fratrum emendatio despicitur, Inquisitorum iussa contemnuntur.

16 Turpe est multoties tacere; silentium quandoque damnabile. Egregie in hanc sententiam *Sotus de rat. tegen. secret. in proœmio: vt arcanum amici, ait, temere effutire non modo vanitas est, sed iniquitas, atque adeo infidelitas; ita contra tunc celare crimen, quando Magistratus id percunctatur, delictum est. Imo vero si crimen in perniciem spectet Reipublicæ, qui non vel sua sponte illud etiam defert, impius est, & patriæ proditor*. Publici sunt hostes hæretici, cum per eos & publica religio, & publica tranquillitas Regnorum perturbetur, atque adeo euertatur. Quapropter *Rex Idelfonsus in pragmatica sāctione contra hæreticos Albigenses*, quæ habetur apud *Param. de orig. Inquisit. lib. 2. tit. 1. cap. 1. in medio*, ait *Inimicos Crucis Christi, Christianæque religionis violatores, & vestros, & Regni publi-*

publicos hostes exire, ac fugere præcipimus. Qui ergo publicos hostes fouet, is patriæ, religionis, & Regnorum perditioni, ac proditioni fauet.

17 Tria sunt, quæ potius stultos, & excordes, quam cordatos, & prudentes à denuntiādo aut impediūt, aut retardant. Primum, ne ipsi delatores in delati notitiam deueniant. Secundum, ne delatorum, & exploratorum infamia, & nota dedecorentur. Tertiū, quædam erga ipsum denūtiandum commiseratio, cū crudelitatis maleficiū putent proximum, ac præsertim familiarem, aut consanguineum, Inquisitoribus tanta ignominia afficiendum tradere. Propellamus ergo ex caliginosis animis eorum timorem, aut beneuolentiam tam perniciosam sibi ipsis, fratribus, & Catholicæ Reipublicæ.

18 Qui deterrentur, ne criminis delatione in delati notitiam perueniant, hi sane ignorant quam sanctū, quam districtum, quam inviolabile sit SS. Inquisitionis, & suorum ministrorum silentium, & secretum. Audiant Bonifacium VIII. in *cap. statuta §. iubemus, de hæreticis in 6. Præsentis constitutionis authoritate permittimus, quod Episcopus, vel Inquisitores secretum possint indicere illis, quibus vt præmissum est processum huiusmodi explicabunt. vt eos si arcana consilii, seu processus sibi sub secreto, ab iisdem Episcopo, vel Inquisitoribus patefacta præter earum licentiam patefecerint, excommunicationis sententiam quā ex secreti violatione ipso facto incurrant (si eis expedire videbitur) promulgare; sic tamen, quod Inquisitores Episcopum, vel Episcopus Inquisitores non excommunicent hac de caussa; sed ipsi ex iniuncto a nobis sub virtute obedientiæ districto præcepto ad secretum huiuscemodi teneantur.* hæc Bonifacius.

19 Et quamuis ex vi

H huius

huius canonis ipsi Inquisitores, vel Episcopi ob secreti violationem non excommunicentur, sed solum peccent mortaliter, vt docet *Eymericus 3. part. director. quaest.* 88. vbi Pegna *comment.* 132. *Zanardus in summ. cap. 6. de Inquisitore q. 42. vers. 6. notandum* & *vers. septimo notandum*; tamē ex decreto S. Congregat. vt ex literis Eminentissimi Cardinalis Arigonij 24. Decēbris 1611. directis Inquisitori Cremonæ, *incurrunt Inquisitores excommunicationem ipso facto*; *ac in Regnis* Hispaniarum habetur etiam Decretum Generalis Inquisitionis, statim referendum.

20 Et in hoc casu de Iure Inquisitores puniri possunt extra ordinem, quia periuri sunt, & cœteras pœnas incurrunt *l. siquis maior C. de transactionibus*. Imo repelli possunt, & priuari officio per text. *in cap. 1. in quib. caus. feud. amittit.* & text. vbi notat Bald. & DD. in *d. cap. 1 vers. credentias de pace constantiæ*. *Prosper Carauita super ritu 3. Magnæ Cur. Neapol. num.* 15. qui docet Inquisitores tunc teneri pœna falsi; *ex l. obseruandum ff. de offic. Præsidis. l. omnes delicti §. exploratores ff. de re militar: Paramus de origin. Inquisit. lib. 1. tit. 2. cap. 4. num. 23.*

21 Præter has pœnas de Iure communi stabilitas, ex mandato Generalis Inquisitionis Hispaniæ dato 16. *Februarij* 1607. præcipitur; vt Inquisitoribus & Officialibus prius quam ad suum officium admittantur, aduertendum sit, quod si secreti violatores extiterint, in periurij, ac infidelitatis pœnam incurrent; & si fuerint conuicti etiam per indicia, ac testes singulares pro prima vice suspendendi erunt ab officio per annum cum solutione quinquaginta aureorum; pro secūda vero perpetuo priuabuntur. Et quamuis hoc crimen non sit in iudicium deductum; tamen non possunt a die commissi delicti in

in cõſcientia facere fructus ſuos, qui ex officio percipiuntur. Et hæc ſecreti ſeruandi ſeueritas intelligenda eſt de omnibus rebus & negotijs, quæ ſecreto in Sancto Officio tractantur, licet ad fidem Catholicam non petineãt. Et ſub eadem pœna tum priuationis officij; tũ excõmunicationis maioris mãdatur, vt ſi aliquis ſciat ſecretum hoc ab aliquo non fuiſſe ſeruatum directe, vel indirecte, eum ſupremo Inquiſitionis Generalis ſenatui, aut Supremo Inquiſitori ſtatim manifeſtet. Et tandem quod hoc decretum in principio cuiuſque anni in loco ſecreti perlegatur.

22 Aliud repagulũ prudentiſſime conſtitutum eſt, ne vnquam denuntiatoris notitia poſſit haberi. Denuntiator enim ſemper ſecretiſſime tenetur. Et cum dicta teſtium, ſeu atteſtationes reo, ad ſe defendendum exhibentur, edi nequeunt nomina, nec cognomina teſtium, nec denuntiatorum, nec aliæ circumſtantiæ delicti, ex quibus poſſit reus venire in cognitionem teſtium, vel accuſatorum, ita expreſſe cauetur *in cap. fin. § iubebemus, de hæretic. in 6.* cuius text. ratio eſt non ſolũ periculum teſtibus imminens, ſed etiam vt facilius teſtes, & delatores in negotiis fidei deponerent, ac denuntiarent, *Farinacc. de hæreſi, q.* 188. §. 1. *num.* 7 *& ſeqq.* vbi alios allegat. *Pegna in tertiam part. director. cõment.* 124 *per totum.* & affert pulcherrimum locum Concilij Biterrenſis *cap.* 30. *Illud autem caueatis*, inquit *Secundum prouidam Sedis Apoſtolicæ voluntatem, ne teſtiũ nomina ſigno, vel verbo aliquo publicentur*. Idem prorſus ijſdem verbis habetur in Cõcilio Narbonẽſi, *cap.* 22. Iuri communi conformantur ſtatuta Hiſpanica; cum idem decernatur in Hiſpalenſi inſtructione data *ann. Domin.* 1484. *cap.* 16. cuius verba a

Pegna loc. cit. referuntur.

23 Et quamuis Bonifacius Octauus in *d. cap. fin. de hæretic. lib. 6. §. cessante*, concedat posse testium, & denuntiatorum nomina in hoc crimine, sicut in alijs, omni periculo cessante, publicari; Hodie tamen a S. Officio reputatur, & præsumitur hoc periculum semper adesse, vt *Pegna Farinacc l. cit. Castropalao p. p tract 4. oper. moral disp. 8. punct. 15. §. 3. num. 7.* insinuant, Et ratio huius perpetuę præsũptionis est, quia semper militat ratio fauoris fidei, cum delatores facilius, ac promptius indicent delicta, si sint certi eorum nomina non esse manifestanda; vt notat *Castropalao* vbi supra, *num. 7. vers. Item est periculum non leuis in religione detrimenti*.

24 Et addit *Carena 3. par. tit. 7 §. 9. nu. 64.* fine, Quod adeo rigorose in hac materia proceditur, vt Inquisitores neque cũ agitur contra defunctum, ad eius memoriam damnandam nomina testium Consanguineis defuncti edere debeãt.

25 Secundũ, quod pertimescere solent qui denũtiare tenentur, est ne infami exploratorum S. Officij nomine dedecorẽtur; Sed hæc vanissima perturbatio locum habere non potest, si delatorum nomina sub tantis secreti perpetui tenebris, ac nocte occultantur. quod in aliquibus Inquisitorum edictis exprimitur, sicut habetur in tract. informat. ad Vic. S. Officij cap. 1. ibi: *Ne stimino d'esser chiamati spie del S. Officio, perche sempre sono tenuti secreti*. Sed esto, manifestentur, prodantur. Ignominiosum est patriæ proditores; vt perfidæ proditionis pœnas luãt, magistratibus prodere? Incendiarios vrbis, vt ipsi potius, quam Ciues comburantur, iudicibus manifestare? Zizaniorum disseminatores, ne messes germanæ corrumpantur, Patrifamilias iudicare? Pulchre

La-

Lazarius de blaſphemia quæſt. 12. *num.* 72. ad denuntiandum audacter, atque animoſe inuitans inquit: *Non debet quis exiſtimare, quod ob hoc Sanctæ Inquiſitionis officij explorator, ſiue delator vocetur; nã præterquam ſemper ſecretus retinebitur; in caſu epidemiæ ſiue temporalis peſtis certe non timeret quis hoc nomen, vbi publicum interueniret periculum.* Eadem verba habet *Eliſeus Maſini in praxi S. Officij in prima part. pag. mihi* 9.

26 Tertio demum aliqui ex quadam impia pietate, ac miſeratione tacent. Diſcant a D. Auguſtino tranſumptiue in 5. *q.* 5. *cap. non vos*, quid inter vmbratilẽ miſericoricordiam, ac veram interſit. *Si frater*, inquit, *vulnus habet in corpore, quod vult occultari, dum timet ſecari; nõne crudeliter a te ſiletur, ac miſericorditer indicatur? quanto ergo potius debes manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde?* Idem ſcribens ad Vincentiũ Donatiſtam, & Rogatiſtam, & habetur ibidem in cap. ſequenti: *Non omnis, qui parcit amicus eſt; nec omnis, qui verberat inimicus eſt, meliora enim ſunt vulnera amici, quam volũtaria oſcula inimici: melius eſt enim cum ſeueritate diligere, quã cum lenitate decipere.* Eleganter D. Ambroſius, & sũt tranſcripta eius verba ibidem in cap. ſequenti. *Nõ oſculatur ſemper pater filiũ: & aliquando caſtigat; ergo quando caſtigatur, qui diligitur: tunc circa eum pietas exercetur. habet enim amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt cum amariſſime inferũtur.* Et ibidem in cap. qui ambulat, audiamus Euſebium docte diſtinguentem. *Aliud eſt ex caritate aliorum crimina deferre, vt quos ſecreta admonitione corrigere non poſſumus conuictos iudicis ſententia corripiat: atque aliud inſidiando falſa obijcere, vel inſultando vera facile exprobare.*

Proponam, quam quiſ-

que

6 Quapropter sanctissimis legibus sancitum est, vt aliquot crimina sint priuata, quorum scilicet iniuria cum personas priuatas attingat, ita eorum denuntiatio ad priuatas personas, quarum agitur iniuria, pertineat: Aliquot vera crimina sint publica, quorũ scilicet offensa cum publicam vtilitatem oppugnet, ita a quolib. populi possit, & debeat Iudicibus manifestari. *Mirãda de ord. Iudic quæst.* 13. *art.* 9. *concl.* 8. & deciditur *in* §. 1. *instit. de public. Iudic. Fulgosius part.* 1. *lib.* 5. *disp.* 121. *num.* 76. 77.

7 Neque obstat, quod aliquando Imperatores aliqui Romani in delatores, & denuntiatores criminum grauiter animaduerterint, prout ex *Martiale lib. de spectaculis* extat quartum Epigramma in Titi laudẽ, quod Sycophantas delatores expulerit

Turba grauis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes,
Traducta est Gyaris, nec cæpit arena nocentes:
Et delator habet, quod dabat exilium.
Exulat Ausonia profugus delator ab vrbe;
Impensis vitam Principis annumeres.

Puniuit quoque Delatores Domitianus inter initia sui Imperij, vt *Tranquillus memorat. cap.* 9.

8 Nam sicuti iuxta denuntiandi ratio in Republica salutare est incolumitatis, ac libertatis remediũ; ita Calumniæ Occasio perniciosa est. Hi, quos puniẽdos merito iusserunt Imperatores, non delatores, sed calumniatores erant. Crimina quæuis maxima, minima sine discrimine deferentes, omnia perturbabãt. quod adnotat *Tranquillus cap.* 61. *Tiberio. Nemini delatorum*, inquit, *fides abrogata, omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum, simpliciumque verborum.* Quæ ibidem exemplis confirmat indignissimis. *Tacitus*

tus 6. *Annalium clarius*, & 3. *Annal.* ait. *Cæterum multitudo periclitantium gliscebat, cum omnis domus delatorum interpetrationibus subuerteretur*. Et Plinius de his exitialibus nuntiatoribus in Panegyrico ait: *Vidimus delatorum iudicium, quasi latronum, quasi crassatorum*.

9 Vnde contra huiuscemodi Reipublicæ perturbatores etiam iustissimæ leges decretæ fuerunt vt in hanc sententiam legere licet *Iacobi Cuiacij notas ad lib.* 5. *sentent. recep. Iulij Pauli tit.* 13. *de delatoribus*, quibus nihil est perniciosius *lib.* 4. *C. de delatoribus*. Hos Imperatores (*vt est l.* 1. & 10. *C. Theod. de pet.* & *vltro dat.*) Maximum humanæ vitæ malum appellitant. *Syn. epig.* χοινοὺς ἀλάστορας τῆς χώρας *genij mali patriæ, exitia Republicæ*.

10 Legibus conformantur statuta, & praxis Inquisitorum, nam delatores, & testes, antequam ad testificandum recipiant, admonent diligentissime, vt neque prece, pretio, ira, odio, aut qualib. alia illicita, & iniusta causa vllo modo falsam denuntiationem, ac testimonium faciant, & dicant. Admonent, quam graue, quam horrendum sit tanti criminis innocentem aliquem infamare. Monitionibus minas temporalium, & spiritualium pœnarum adiungunt. Denique si quid peccatum fuerit grauissimis pœnis emendant. Vt iam omnibus constet; nihil integrius, nihil iustius, nihil incorruptus in alio, quam in hoc SS. Tribunali pertractetur.

11 Si igitur necesse est ad Regnorum, & rerumpublicarum humanã fortunam, fœlicitatemque stabiliendam, vt adsint facinorum Censores, ac delatores; quanto magis vt adsint hæreticorum denuntiatores?

12 Duo sunt solidissima fundamenta Regnorum, publica Religio, quæ fidei, doctrinæque puritate; &

Publi-

Publica Iustitia, quæ bonis legibus; integerrimisque Iudicibus consistit. Horum si solidius corruat; quanam ratione Reges, cum Regnis suis, Ciuitates cum populis funditus non euertentur? *Ecclesiastici cap. 10.* dicitur: *Execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.* quid ergo propter communium hostium iniurias? Quid propter Religionis contumelias? *Pegna 2. part. director. comment. 26. vers. dicam semel,* hæreseos quã plurima damna recensens, ait: *Denique totius illius Reipublicæ status, & forma, in qua hæreses aut oriri permittuntur, aut ortæ fouentur, nec protinus extirpantur, in peius commutatur, & tandem in totum etiam quandoque subuertitur, & aboletur. Hæc omnia ita esse veterum testantur historiæ præsentia quoque demonstrant tempora; in quibus videmus florentissima Regna, & prouincias ob hæreses in maximas calamitates, & miserrima pericula incidisse.* hæc ille.

13 Sed cur hoc e sacris, Catholicisque Scriptoribus petimus; cum ipsi catholicæ Doctrinæ hostes fateantur? Dicant hoc ipsum fidei hostes; dicant Magistri illi Diabolicę politiæ, qua cum Reges perdiderint, Regna firmasse, ac solidasse crediderunt, Salus ex inimicis, antidotus e veneno comparetur. Quid *Strigel. 2. part. 12.*? *Donec manet in Rebus publicis puritas Doctrinę, & veri cultus Dei: & atrocia delicta non impune grassantur; Deus parcit Regnis, & Ciuitatibus. Quoties autem doctrina, & cultus Dei deprauantur: & disciplina fit laxior & pauci ardentes pro sua, & aliorum incolumitate concipiunt: aut instat iam planè, aut certe appropinquat interitus, omnia tollens atque delens: vt ostendunt historiæ omnium temproum.* Quid in *Chronic. lib. 2. pag. 312.*? *Cum*

magi-

magistratus non punit atrocia scelera: pœnæ publicæ Diuinitus magistratum, & populum opprimunt. Quid Eberus *in Postilla pag.* 962.? *Quando non puniuntur atrocia scelera, euertuntur Totæ gentes, & Respublicæ. Nō euertuntur Respublicæ tam* a *propter peccata, & lapsus hominum; quam propter impunitatem atrocium scelerum.* Quid Bucholc. in *Chronolog. pag.* 440.? *Semper habeatur pro signo mox ruituræ Reipublicæ, quando turpia exempla nimis latæ vagantur: & neglectio doctrinæ, ac disciplinæ supra modum crescit.* Quid Peucer. *de Diuin. pag.* 31.? *Necessario, & immutabili ordine, ex immota iustitiæ Diuinæ regula comitātur atrocia scelera atroces pœnæ: cumque cessat magistratus, neque in authores animaduertit, Deus ipse legem exequitur suam, & sæpe totas gētes perdit ob vnius impunitam licentiam: sicut dicitur in Hesiodi versu præclare:* Πολλάκις καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. *& testantur hoc euersiones Imperiorum, & Rerumpublicarum.* Quid tandem scelestissimæ Politiæ scelestissimus arbiter Macchiauellus *lib.* 1. *de republ. cap.* 12.? *Quicumque Principes atque Respublicæ semetipsas conseruare cupiunt, in id vnum præ cæteris incumbere debent, vt verum Religionis cultum rectè instituant, & venerentur: nec certius inditium de religionis alicuius ruina, atq; interitu vnquam habere poteris, quam si in ea, Diuinum cultum despectui haberi, ac sperni cognoueris.*

14 Iam receptui canamus. Si Regna sine Religione nequeunt consistere: Si religio cum impunitate delictorū, præsertim atrocium, stare non potest; quo pacto Christiana Religio radicitus non extirpabitur, si hæresis delatores, ac denuntiatores desint? Sint Inquisitores Sāctissimi, sint ad vindictam paratissimi, quomodo, quæ nesciūt, delicta vindicabunt? Denuntiatio igitur est omnium bono-

bonorum origo; quæ si cõticescet vacabũt Inquisitores, impunitas excrescet, Regna in discrimen sensim deducentur. Sit igitur firmum, non modo licitam, sed etiam ad temporalem populorum statum feliciter tuendum esse necessariam hæreticorum, ac de hæresi suspectorum delationem.

15 Dico tertio, hæreticos, aut suspectos de hæresi statim denuntiare non modo licitum, & necessarium est, sed etiam æterna laude dignissimum, sicut eos cœlare turpissimum. Nam est actus nobilissimus triplicis virtutis. Obedientiæ; si denuntiatio ad Inquisitorum præceptum referatur. Caritatis, & misericordiæ; si fratris denuntiãdi vtilitas quàm maxima respiciatur. Iustitiæ; si bonum publicum, cui summopere subuenitur, intendatur. Pernicioso igitur silentio contra triplicem virtutem grauiter peccatur; hostes publici fouentur, fratrum emendatio despicitur, Inquisitorum iussa contemnuntur.

16 Turpe est multoties tacere; silentium quandoque damnabile. Egregie in hanc sententiam *Sotus de rat. tegen. secret. in proœmio: vt arcanum amici, ait, temere effutire non modo vanitas est, sed iniquitas, atque adeo infidelitas; ita contra tunc celare crimen, quando Magistratus id percunctatur, delictum est. Imo vero si crimen in perniciem spectet Reipublicæ, qui non vel sua sponte illud etiam defert, impius est, & patriæ proditor.* Publici sunt hostes hæretici, cum per eos & publica religio, & publica tranquillitas Regnorum perturbetur, atque adeo euertatur. Quapropter *Rex Idelfonsus in pragmatica sãctione contra hæreticos Albigenses*, quæ habetur apud *Param. de orig. Inquisit. lib. 2. tit. 1. cap. 1. in medio*, ait *Inimicos Crucis Christi, Christianæque religionis violatores, & vestros, & Regni publi-*

publicos hoſtes exire, ac fugere præcipimus. Qui ergo publicos hoſtes fouet, is patriæ, religionis, & Regnorum perditioni, ac proditioni fauet.

17 Tria ſunt, quæ potius ſtultos, & excordes, quam cordatos, & prudentes à denuntiãdo aut impediũt, aut retardant. Primum, ne ipſi delatores in delati notitiam deueniant. Secundum, ne delatorum, & exploratorum infamia, & nota dedecorentur. Tertiũ, quædam erga ipſum denũtiandum commiſeratio, cũ crudelitatis maleficiũ putent proximum, ac præſertim familiarem, aut conſanguineum, Inquiſitoribus tanta ignominia afficiendum tradere. Propellamus ergo ex caliginoſis animis eorum timorem, aut beneuolentiam tam perniciosam ſibi ipſis, fratribus, & Catholicæ Reipublicæ.

18 Qui deterrentur, ne criminis delatione in delati notitiam perueniant, hi ſane ignorant quam ſanctũ, quam diſtrictum, quam inviolabile ſit SS. Inquiſitionis, & ſuorum miniſtrorum ſilentium, & ſecretum. Audiant Bonifacium VIII. in *cap. ſtatuta §. iubemus, de hæreticis in 6. Præſentis conſtitutionis authoritate permittimus, quod Epiſcopus, vel Inquiſitores ſecretum poſſint indicere illis, quibus vt præmiſſum eſt proceſſum huiuſmodi explicabunt. vt eos ſi arcana conſilii, ſeu proceſſus ſibi ſub ſecreto, ab iiſdem Epiſcopo, vel Inquiſitoribus patefacta præter earum licentiam patefecerint, excommunicationis ſententiam quã ex ſecreti violatione ipſo facto incurrant (ſi eis expedire videbitur) promulgare; ſic tamen, quod Inquiſitores Epiſcopum, vel Epiſcopus Inquiſitores non excommunicent hac de cauſa; ſed ipſi ex iniuncto a nobis ſub virtute obedientiæ diſtricto præcepto ad ſecretum huiuſcemodi teneantur.* hæc Bonifacius.

19 Et quamuis ex vi

huius canonis ipsi Inquisitores, vel Episcopi ob secreti violationem non excommunicentur, sed solum peccent mortaliter, vt docet *Eymericus 3. part. direct. quæst.* 88. vbi Pegna *comment.* 132. *Zanardus in summ. cap. 6. de Inquisitore q. 42. vers. 6. notandum* & *vers. septimo notandum*; tamẽ ex decreto S. Congregat. vt ex literis Eminentissimi Cardinalis Arigonij 24. Decẽbris 1611. directis Inquisitori Cremonæ, *incurrunt Inquisitores excommunicationem ipso facto*; *ac in Regnis* Hispaniarum habetur etiam Decretum Generalis Inquisitionis, statim referendum.

20 Et in hoc casu de Iure Inquisitores puniri possunt extra ordinem, quia periuri sunt, & cœteras pœnas incurrunt *l. siquis maior C. de transactionibus*. Imo repelli possunt, & priuari officio per text. *in cap. 1. in quib. caus. feud. amitt.* & text. vbi notat Bald. & DD. in *d. cap.* 1 *vers. credentias de pace constantiæ. Prosper Carauita super ritu 3. Magnæ Cur. Neapol. num.* 15. qui docet Inquisitores tunc teneri pœna falsi; *ex l. obseruandum ff. de offic. Præsidis. l. omnes delicti §. exploratores ff. de re militar: Paramus de origin. Inquisit. lib. 1. tit. 2. cap. 4. num.* 23.

21 Præter has pœnas de Iure communi stabilitas, ex mandato Generalis Inquisitionis Hispaniæ dato 16. *Februarij* 1607. præcipitur; vt Inquisitoribus & Officialibus prius quam ad suum officium admittantur, aduertendum sit, quod si secreti violatores extiterint, in periurij, ac infidelitatis pœnam incurrent; & si fuerint conuicti etiam per indicia, ac testes singulares pro prima vice suspendendi erunt ab officio per annum cum solutione quinquaginta aureorum; pro secũda vero perpetuo priuabuntur. Et quamuis hoc crimen non sit in iudicium deductum; tamen non possunt a die commissi delicti

in cõſcientia facere fructus ſuos, qui ex officio percipiuntur. Et hæc ſecreti ſeruandi ſeueritas intelligenda eſt de omnibus rebus & negotijs, quæ ſecreto in Sancto Officio tractantur, licet ad fidem Catholicam non petineãt. Et ſub eadem pœna tum priuationis officij; tũ excõmunicationis maioris mãdatur, vt ſi aliquis ſciat ſecretum hoc ab aliquo non fuiſſe ſeruatum directe, vel indirecte, eum ſupremo Inquiſitionis Generalis ſenatui, aut Supremo Inquiſitori ſtatim manifeſtet. Et tandem quod hoc decretum in principio cuiuſque anni in loco ſecreti perlegatur.

22 Aliud repagulũ prudentiſſime conſtitutum eſt, ne vnquam denuntiatoris notitia poſſit haberi. Denuntiator enim ſemper ſecretiſſime tenetur. Et cum dicta teſtium, ſeu atteſtationes reo, ad ſe defendendendum exhibentur, edi nequeunt nomina, nec cognomina teſtium, nec denuntiatorum, nec aliæ circumſtantiæ delicti, ex quibus poſſit reus venire in cognitionem teſtium, vel accuſatorum, ita expreſſe cauetur *in cap. fin. § iubebemus, de hæretic. in 6.* cuius text. ratio eſt non ſolũ periculum teſtibus imminens, ſed etiam vt facilius teſtes, & delatores in negotiis fidei deponerent, ac denuntiarent, *Farinacc. de hæreſi, q.* 188. §. 1. *num.* 7 *& ſeqq.* vbi alios allegat. *Pegna in tertiam part. director. cõment.* 124 *per totum.* & affert pulcherrimum locum Concilij Biterrenſis *cap.* 30. *Illud autem caueatis*, inquit *Secundum prouidam Sedis Apoſtolicæ voluntatem, ne teſtiũ nomina ſigno, vel verbo aliquo publicentur*. Idem prorſus iiſdem verbis habetur in Cõcilio Narbonẽſi, *cap.* 22. Iuri communi conformantur ſtatuta Hiſpanica; cum idem decernatur in Hiſpalenſi inſtructione data *ann. Domin.* 1484. *cap.* 16. cuius verba a

Pegna loc. cit. referuntur.

23 Et quamuis Bonifacius Octauus in *d. cap. fin. de hæretic. lib. 6. §. cessante,* concedat posse testium, & denuntiatorum nomina in hoc crimine, sicut in alijs, omni periculo cessante, publicari; Hodie tamen a S. Officio reputatur, & præsumitur hoc periculum semper adesse, vt *Pegna Farinacc l. cit. Cast opalao p. p tract. 4. oper. moral disp. 8. punct. 15. §. 3. num. 7.* insinuant, Et ratio huius perpetuę præsũptionis est, quia semper militat ratio fauoris fidei, cum delatores facilius, ac promptius indicent delicta, si sint certi eorum nomina non esse manifestanda; vt notat *Castropalao* vbi supra, *num. 7. vers. Item est periculum non leuis in religione detrimenti.*

24 Et addit *Carena 3. par. tit. 7 §. 9. nu. 64.* fine, Quod adeo rigorose in hac materia proceditur, vt Inquisitores neque cũ agitur contra defunctum, ad eius memoriam damnandam nomina testium Consanguineis defuncti edere debeãt.

25 Secundũ, quod pertimescere solent qui denũtiare tenentur, est ne infami exploratorum S. Officij nomine dedecorẽtur; Sed hæc vanissima perturbatio locum habere non potest, si delatorum nomina sub tantis secreti perpetui tenebris, ac nocte occultantur. quod in aliquibus Inquisitorum edictis exprimitur, sicut habetur in tract. informat. ad Vic. S. Officij cap. 1. ibi: *Ne stimino d'esser chiamati spie del S. Officio, perche sempre sono tenuti secreti.* Sed esto, manifestentur, prodantur. Ignominiosum est patriæ proditores; vt perfidæ proditionis pœnas luãt, magistratibus prodere? Incendiarios vrbis, vt ipsi potius, quam Ciues comburantur, iudicibus manifestare? Zizaniorum dissem inatores, ne messes germanæ corrumpantur, Patrifamilias indicare? Pulchre

La-

Lazarius de blaſphemia quæſt. 12. *num.* 72. ad denuntiandum audacter, atque animoſe inuitans inquit: *Non debet quis exiſtimare, quod ob hoc Sanctæ Inquiſitionis officij explorator, ſiue delator vocetur; nã præterquam ſemper ſecretus retinebitur; in caſu epidemiæ ſiue temporalis peſtis certe non timeret quis hoc nomen, vbi publicum interueniret periculum.* Eadem verba habet *Eliſeus Maſini in praxi S. Officij in prima part. pag. mihi* 9.

26 Tertio demum aliqui ex quadam impia pietate, ac miſeratione tacent. Diſcant a D. Auguſtino tranſumptiue in 5. *q.* 5. *cap. non vos*, quid inter vmbratilẽ miſericoricordiam, ac veram interſit. *Si frater*, inquit, *vulnus habet in corpore, quod vult occultari, dum timet ſecari; nõne crudeliter a te ſiletur, ac miſericorditer indicatur? quanto ergo potius debes manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde?* Idem ſcribens ad Vincentiũ Donatiſtam, & Rogatiſtam, & habetur ibidem in cap. ſequenti: *Non omnis, qui parcit amicus eſt; nec omnis, qui verberat inimicus eſt, meliora enim ſunt vulnera amici, quam voltũtaria oſcula inimici: melius eſt enim cum ſcueritate diligere, quã cum lenitate decipere.* Eleganter D. Ambroſius, & sũt tranſcripta eius verba ibidem in cap. ſequenti. *Nõ oſculatur ſemper pater filiũ: & aliquando caſtigat; ergo quando caſtigatur, qui diligitur: tunc circa eum pietas exercetur. habet enim amor plagas ſuas, quæ dulciores ſunt cum amariſſime inferũtur.* Et ibidem in cap. qui ambulat, audiamus Euſebium docte diſtinguentem. *Aliud eſt ex caritate aliorum crimina deferre, vt quos ſecreta admonitione corrigere non poſſumus conuictos iudicis ſententia corripiat: atque aliud inſidiando falſa obijcere, vel inſultando vera facile exprobare.*

Proponam, quam quiſ-

que

que imitari debeat in hæreticis denuntiandis ipsam diuini pectoris miserationem. *Quis potest* (sunt verba D. Augustini in eodem cap. non omnis) *nos amplius amare, quam Deus? & tamen nos non solùm docere suauiter, verum etiam salubriter docere non cessat. Fomentis leuibus, quibus Deus omnes consolatur, sæpe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungit. exercet fame Patriarchas etiam pios, & religiosos: populum contumacem pœnis grauioribus agitat.*

Hanc ipsam doctrinam è Gentilium fontibus hauriamus, & tandem addiscamus, aliquos effeminato aliquos virili quodam amore feruescere. Seneca de diuina poruidentia cap. 2. sic scribit: *Non vides quanto aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi exercitari iubent liberos ad studia obeũda mature, sudorem illis, & interdum lachrymas excutiunt. At matres fouere in sinu, continere in vmbra volunt; nunquam flere, nunquam contristari, nunquam laborare. Paternum Deus habet aduersus bonos viros animũ, & illos fortius amat; & operibus, doloribus, ac dãnis exagitat, vt verum colligant robur.*

Igitur ad tam salubrem, ac honestã vindictã omnes alacri animo accingantur, timoris, aut pudoris repagula iniqua, & vana prosternant, religioni, ac fidei obsequium præstent, publicæ vtilitati, proximorũ saluti animose, ac per æternam gloriam deseruiant, Diuino Zelo, vt par est, exardescant cõtra Dei Opt. Max: rebelles, ac hostes sceleftissimos. Proditoris fidei notam euitent, maleuoli infamiam non pertimescant. Hortentur Confessarij, atque animent pænitentes, vt & pænas excommunicationis effugiãt & Sanctissimi operis præmia consequantur.

CA-

CAPVT II.

An denuntiare Hæreticos, aut ſuſpectos de hæreſi ſit obligatorium? & an ſub mortali? & ex quo Iure talis obligatio deſcendat.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiare tenemur hæreticos ex obligatione de mortali.*
2 *Eadē obligatione etiam ſuſpectos de hæreſi*
3 *Certum eſt hanc obligationem oriri ex edictis Inquiſitorum.*
4 *Lex Eccleſiaſtica præcipiens, vel prohibens aliquid in virtute Sanctæ Obedientiæ, intelligitur obligare ſub mortali.*
Quod eſt intelligendum in materia graui.
Idem eſt cum præcipitur ſub pœna excommunicationis, ſaltem latæ ſententiæ.
5 *Præcipiunt Inquiſitores denuntiationem in virtute ſanctæ Obedientię, & ſub pœna excommunicationis.*
6 *Obligatio denūtiandi hęreticos oritur etiam ex Iure Canonico, & Bullis Pontificis.*
7 *Ex eodem iure deriuatur obligatio denuntiandi ſuſpectos de hæreſi.*
8 *Hæc obligatio proficiſcitur etiam de Iure Diuino.*
9 *Oritur pariter ex Iure naturæ obligatio denūtiandi hæreticos.*
10 *Et eodem naturæ dictamine obligamur ad reuelandos ſuſpectos de hæreſi.*

1 Poſita in præcedenti capite ante oculos Catholicorū honeſtate, atque neceſſitate denuntiationis hæreticorum; ſequitur vt ad eam amplectendam, etiam obligationem denunciandi proponamus. Quapropter in præſenti capite

pite primo ostendemus, adesse obligationẽ sub mortali Secundo, eam ex omni Iure naturali, Diuino, positiuo deriuari.

1 Quodad primum igitur spectat; Dico, quod hæreticos denuntiare obligatorium est, & hæc obligatio cadit sub mortali. ita *Suarez de fide disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 5. *&* 6. *Paramus de origin. Inquisit. lib.* 3. *quæst.* 5. *num.* 39. nulli dubium esse potest, quin hæreticos denuntiare quilibet teneatur sub mortali, & citat. *cap.* 2. vbi *glossæ, & DD. de hæreticis Innocent. in cap.* 1. *de testibus Archidiacon. in cap. si peccauerit num.* 29. 2. *quæst* 1. *Alphonsus a Castro de iust. hæreticor punit. lib.* 2. *cap.* 25. *Dominic. soto de Iustit. & iure lib.* 5 *quæst.* 5. *art.* 2. *Ioann: Rojas sing.* 5 *& sing.* 46. *num.* 2. *& in tract. de hæret. part.* 2. *num.* 55. *Simanchas de Catholicis instit. tit.* 4. *num.* 1. *&* 2. *& tit* 19. *num.* 10 *& tit.* 42. *num.* 12. vbi ait. *hanc esse constantem Theologorum, & Iurisperitorum sententiam. Auila de censuris part.* 2. *cap.* 5. *disp.* 4. *dub.* 3. vbi citat *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. *Nauarr. c. inter verba, concl.* 6. *num.* 157. & testatur de communi doctorum. *Pegna* 2. *part. direcstor. comment.* 18. *Farinacius de hæresi quæst.* 197. *nu.* 35. vbi præter supracitatos citat *Iacobum de Graffis lib.* 4. *suarum decisionum cap.* 18. *num.* 14. *Cardinalem in tract. de hæretic. rubrica de pœnis receptatorum num.* 11: *Repertor. Inquisit. in verb. hæreticus, vers. nota, quod in crimine læsæ maiestatis, & in verb. Accusatio, vers. sed vtrum quilib. homo.* vbi amplius, quod quilibet tenetur accusare de crimine hæresis, & ibi *in addition. Quintilianus Mandos. littera C. & in verbo, Crimen, vers an teneatur quis, & in verb. deferre*, & ibi etiam *Mandos. littera, A. Vmbertum Locatum in Iudiciali Inquisitor. in verb fautor. nu.* 5. Idem docent *Campegius ad Zanchinum in tract. de hære-*

hæretic. cap. 9. littera A. sub vers. habent Cruce signatos. Sanctarellus de hæresi cap. 9. dub. vnico num. 1. vbi citat in numeros, *Thomas Triuisanus decis. 51. num. 6. & 7. Conrad. Brunum tract. de hæretic. lib. 1. cap. 7. Deciā. in tract. crimin. lib. 5. cap. 30. num. 7. Toletum lib. 4. cap. 5. num. 1. Nauarrū cōs. 5. de hæretic. Castro volumine 3. consil. 25. colum. 3. vers. cum igitur* Idē sentiunt *Rodericus a Cuna de Confessariis sollicitantibus. quæst. 18. num. 16. Vega in summa cap. 82. Medin. in instruction. Confessar. cap. 14. §. 2. & 36. Victorellus in addition. ad Toletum lib. 5. cap. 57. Aragon. 2. 2. quæst. 33. art. 7. vers. dico quarto. Guttierrez lib. 1. quæst. Canonic. cap. 21. num. 53. Viguerius cap. 12. institut. §. 2. vers.* 10. *Bannes 2. 2. quæst. 11. art. 4 Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 32. in fin. Valent. 2. 2. disp. 3. quæst. 10. punct. 5. §. atque huiusmodi. Bonacina de onere, atque obligat. denuntiandi tom. 1. punct. 2. proposit. 1. num. 1. Carena part. 2. tit. 9. §. 1.*

2 Nec solum hæreticos, sed etiam suspectos de hæresi sub eadem obligatione esse denuntiandos, tradidere communiter doctores, *Farinacc. loc. cit. Martinus Delrius disquisit. magicarum, lib 5. sect. 4 vers. 6. tenetur*, vbi habet hæc verba: Ex his infero in magiæ crimine (quia lamiæ semper sūt valde pertinaces, & vix fieri potest, vt ex ignorantia peccent, & sēper mora est damnosa aliis) ideo semper sub mortali vnumquemque teneri confestim eas denuntiare, etiam si cum hæresi non sit coniunctum earum crimen; & ideo qui non reuelant hoc crimen extra confessionem Sacramentalem, acceptum indicium contra se, saltem ad Inquisitionem etiam specialem præbere, quod miror, DD. non obseruasse. Hæc Delrius. *Lælius Zecchius in sūma, in tract. de fide, Rubric. de hæresi, cap.* 11. *num.* 12.

vbi de obligatione denuntiandi fautores hæreticorũ, retinẽtes libros prohibitos, & sortilegos, *Binsfeld.latissime probauit in comment. l. quicumque, C. de malef. & mathem Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 2. cap. 32. num. vlt. Laz.ius de blasphemia quæst.* 12. fere per totum, vbi loquuntur de obligatione denũtiandi hęreticaliter blasphæmantes, *Genuens.in prax. cap.* 18. *nu.* 10. *Carena part.* 2. *tit.* 9. §. 2. *Valerius de differentia vtriusque fori in verb.hæresis diff.* 2. Quibus addẽdi sunt omnes illi, qui docent Cõfessarios sollicitãtes esse denuntiandos, *Sayrus in claui regia lib* 12. *cap.* 14. *num.* 33. *Portell. in addit. ad dub. regul verb. sollicitare, num.* 22. *in fine, Fagundez præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31. *Rodriquez tom.* 2. *qq. regul. q.* 6. *art.* 7. & alij innumeri, quos videre potes apud authores de hac materia tractantes, & præsertim apud *Trimarchũ de confess. abutent. Sacram. pœnit. disput.* 6. per totum. Addendi etiã sunt authores, qui in vniuersum docent, quod denũciãdi sũt, qui ex ioco, vel iracundia hæreses, aut hæreticalia verba protulerũt, de quibus suis locis.

3 Pro 2. dubitationis, q̃ pro sequentibus maxime facit, solutione; Dico primo, quod certum est obligationem denuntiandi & hæreticos, & de hæresi suspectos oriri ex edictis Inquisitorum, Ita *Carena loc. cit. num.* 6. *Penna, Suarez,* & alij in supracitatis locis. Hanc conclusionem sicut omnes sustinent, ita nemo probatione confirmat. Sic autem probare possumus.

4 Quoties lex, aliqua Ecclesiastica pręcipit, vel prohibet aliquid in virtute Sãctæ Obedientiæ, toties intelligitur lex illa obligare sub mortali; *Sayrus in claui Regia lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 24. cum alijs ab eo citatis. quod tamen intelligẽdum est, cum lex vtitur his verbis in materia graui ita *Sayrus ibidem ex Salone*;

Castro

Castro, & alijs. Idem est cũ præcipitur aliquid ab eadẽ lege sub pœna excommunicationis, saltem latæ sententiæ, vt multi volunt, & ipso Iure, ac de facto incurrendæ.

5 At Inquisitores in edicto fidei (quod quidem cũ procedat a personis Ecclesiasticis, & de crimine Ecclesiastico, quale est hæresis sine dubio lex Ecclesiastica reputandum est) hæreticorum denũtiationem præcipiunt in Regnis Hispaniarum his verbis: *Porende per el tenor de la presente amonestamos exortamos y requerimos, y en virtud de la Santa Ouediencia, y sopena de excommunion mayor latæ sententiæ, trina canonica monitione præmissa; mandamos a todos, y qualquier de vos, que si supieredes ouuieredes visto, o oydo decir &c.* Eodem verborum tenore in edictis publicatis per Italiam a Romana Inquisitione: *In virtù di S. Obedienza, e sotto pena di scommunica di lata sentenza &c.* Ergo hanc obligationem cadere sub mortali ex vi edictorum Inquisitorũ, manifestum est.

6 Dico secundo; certum itidem est obligationem denuntiandi hæreticos sub mortali oriri ex Iure communi Canonico, seu Pontificio. ita *Suarez de fide disput.* 20. *sect.* 4. *num.* 5. vbi ait *hoc esse certius, quã certum sit, an oriatur ex Iure Diuino, & naturali. Bonacin. tom.* 1. *de oner. atq; obligat. denuntiandi disp.* 6. *punct.* 2. *proposit.* 1. *num.* 1. *Sanctarellus de hæresi cap.* 9. *dub. vnico num.* 2. *fin.* vbi habet: *Quamuis vero per edicta Inquisitorum præcipiatur, vt quilibet teneatur hæreticum denuntiare, siue fuerit publicus, siue occultus, hæc edicta a Constitutionibus Pontificijs originem habuerunt.* Probatur; quia *Innocentius IV. in constit.* incipiente, *Nouerit Vniuersitas, edita ann. Dom:* 1254. *vers. si quis hæreticos,* ita præcipit. *Item si quis hæreticos sciuerit, eos studeat indicare confessori suo*

vel alij per quem credat ad Prelati sui, & Inquisitorum heretice prauitatis notitiam posse peruenire, alioquin excommunicationis sententia percellatur. Idem habetur in *constit. Nicolai III. Nouerit Vniuersitas edita ann. Dom.* 1251. *vers. Item si qui.* Vtramque refert *Penna post Directorium inter litteras Apostolicas*; priorem quidẽ *fol.* mihi 17. aliam *fol.* mihi 52. Idem constat *ex cap.* 2. *de hereticis*, & *cap. quapropter* 2. *q.* 7. & *cap. nonnullis, de Iudeis, & Saracenis*, vbi dicitur: *Contra hostes publicos*, vt sunt hæretici, *omnes vigilare debent*.

7 Idem dicẽdum est de obligatione denũtiandi suspectos de hæresi: Nam de blasphemantibus sic præcipit *Cõcilium Lateranẽse sess.* 9. §. *ad abolendam. Eum denique deferre, vel notificare apud Iudicem Ecclesiasticũ, seu secularem intra triduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audierint, singuli eum accusare teneantur nisi forte omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali officio fungatur.* & *Iulius III. in sua constitutione Pontificia*, quæ incipit, *in multis*, imperat, vt audientes denuntient intra triduum, alioquin easdem blasphemi pœnas incurrãt. Et *cap. si quis per capillum* 22. *q.* 1. *Pius I.* constituerat, Diuina condemnatione coercendos non denuntiantes.

Idem statuitur de Cõfessarijs sollicitantibus in Confessione Sacramentali per tot Pontifices. *Pium IV. Clement. VIII. Paulum V. Gregorium XV. Vrbanum VIII.* quarum bullarum tenorem legere potes apud *Trimarcum de confess. abut. Sacram. pœnit. disp.* 1.

Idem decernitur de celebrantibus cum Sacerdotes non sint, & administrãtibus Pœnitentiæ Sacramentum ex constitutione *Gregorij XIII.* Incipiente *Officij nostri*, quæ habetur impressa apud *Rodriquez quest. Reg. tom.* 2. *quest.* 28, *art.* 2.

Ex

Ex quibus bullis videtur etiam iniuncta denuntiatio abuſus aliorum Sacramentorum, cũ regulariter abutens Sacramẽtis reddatur, de hæreſi ſuſpectus, vt infra latius dicetur.

Idẽ ſtatuitur de miſcẽtibus ſacra prophanis ꝑ *Concil. Tridẽt. ſeſſ.* 4. & a *Clemente VIII. in Pontificia inſtructione ann.* 1595.

Contra Aſtrologos, & ſuperſtitioſos latæ sũt Bullæ *Pauli VIII.* & *Siſti V.* quas citat *Lęlius Zecch. in ſumm. tom.* 1. *de hęreſi cap.* 11. *num.* 13. *verſ. ſciens tamen aliquos prędicta.* Et generaliter ſuſpectos de hęreſi eſſe denũtiandos probat *Lęlius Zecch l. cit. num.* 12. *ex Bulla Siſti V.* 9. *Ianuarij* 1588.

8 Dico tertio; hæc obligatio etiam oritur ex Iure diuino ita in terminis *Suarez loc. & num. cit.* Carena *part.* 2. *tit.* 9. *§.* 1. *num.* 1. *Sanctarellus dub. vnico cit. num.* 1. *Simanchas de Catholic. Inſtitut. tit.* 19. *num.* 3. *Rojas ſingul.* 5. *num.* 5. *Alphonſus a Caſtro de iuſta hæretic. punit. cap.* 25. Probant ex pluribus locis Sacræ Scripturæ, in quibus hæreticorum denuntiatio præcipitur, præſertim *ex cap.* 13. *verſ.* 6. *& cap.* 7. *in princip. Deuteronomij*, vbi iubentur hæretici ſtatim denuntiari, vt luculenter infra loco ſuo oſtendemus.

9 Dico quarto; hęc obligatio proficiſcitur etiam ex Iure naturæ; ita in terminis *Suarez loc. & num. cit.* vbi ait. *Hæc obligatio cadit ſub præceptum non tãtum Eccleſiaſticum; quod manifeſtius eſt; ſed etiam diuinum & naturale ex obligatione Caritatis*. Ita etiam *Rojas ſing.* 5. *num.* 5. dicens *Quod præceptum* (loquitur de præcepto lato in antiqua lege in *Deuteronom. loc.* proxime citato) *quia morale eſt, manet in noua lege, tanquam de Iure naturæ. Ita etiam Genuenſis in praxi Archiepiſcopali cap.* 18. *num.* 1. *Naturali*, ait, *ratione quælibet perſona, cum ſit pars Reipublicæ, tenetur, quaſi*

pars

pars toti ei succurrere, vbi viderit eam contagione infici, vel sceleribus corrumpi, adeundo publicam potestatem, vt metu pœnarum homines bene viuant, & bonum commune nõ perturbetur citat *D. Thom.* 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. & *q.* 68. *art.* 1. & ibi *Salonem Vannes, Petrum de Aragonia. Sotum de iust. & Iure lib.* 5. *q.* 5. *art.* 1. *& de ration. tegendi memb*: 2. *q.* 6. Hos sequitur doctissimus *Carena part.* 2. *tit.* 9. *§.* 1. *num* 3. Et quamuis alij Doctores hoc expresse non dicant, satis tamen aperte colligitur eos hoc ipsum sentire, cum hanc obligationem deducant ex naturali lege Caritatis, & iustitię. Conclusio probatur primo, quia lex ipsa naturalis caritatis dictat, vt quoties nõ possumus in grauiori miseria proximo succurrere, nisi dãnum in miseria minus graui patiatur; præsertim cum excessus alterius miseriæ sit enormis, toties neglecto minori dãno ad maius damnum euitandum, siue propellendũ intendere debemus: Sed per denuntiationem succurritur fratri hęretico, aut de hæresi suspecto, vt a tam nefando crimine eripiatur quo non est grauior miseria, etiam spiritualis; Ergo licet per denuntiationem aliquod damnum in fama, & bonis hæretico inferatur, tamen cum hoc illius comparatione sit nullũ aut minimum, Caritate naturali iubente eum prodere, ac deferre debemus.

Probatur secũdo ex naturali regula iustitiæ. Damnum publicum, præsertim graue pręferendum est priuato, & euitari debet remedio, quo potest: sed crimen hæresis vergit in maximum Reipublicæ, ac Christianæ Religionis detrimentum, ergo ipsa regula naturalis iustitiæ præscribit, vt, ad religionem, fidẽ. Catholicam, statumque temporalẽ Regnorum feliciter, tranquilleque conseruandum, hæretici, publici scilicet hostes, denuntientur

tur

tur, extirpentur, eradicentur.

10 Et quod eadem vi naturalis legis obligemur ad denuntiandos etiam suspectos de hæresi; quamuis Doctores expresse non dicant, tamen ijsdem rationibus satis comprobatur Nam cum huiusmodi delicta nullis alijs remedijs, quã pœnis curentur, præsertim quia aut ab illis hæreses oriuntur, aut ipsa in hæreses tandem decidant; inde fit, vt charitatis lex præscribat, vt eos denuntiemus ijs medicis, a quibus possunt solummodo sanari. Præterea, publicæ vtilitati, saluti, tranquillitati hæc crimina maxime aduersantur; blasphemi, publicam religionẽ oppugnant, Sacramentis abutẽtes salutis æternę media peruertunt, magi, malefici, incantatores aut animos deludunt, aut corpora destruunt polygami naturalia iura confundunt. Vnde omnis iustitiæ naturalis æquitas suadet, vt bonum publicum etiam cum priuatorum damno conseruetur. Hæc tetigisse pro præsentibus sit satis, quia fusior sermo redibit, cum nec corrigendos prius, quã denuntiandos ostẽdemus.

CAPVT III.

Quid veniat nomine, edicti fidei; quotuplicia edicta ad denũtiandũ obligantia soleant ab Inquisitoribus promulgari, & in quibus differant a monitorijs ab Episcopis ad reuelandũ aliquid promulgatis.

SVMMARIVM.

1 *Edicti appellatione venit aut præceptum priuati hominis, aut lex & statutum magistratuũ.*

2 *Edictum magistratuum est multiplex, & propriesignificat Principis con-*

constitutionem:

3 *Sed etiam Iudices inferiores dicuntur ponere edicta.*

4 *Edicta Prætorum apud Romanos annua primũ, deinde facta sunt perpetua.*

5 *Edictorum quædam sunt perpetua.*

6 *Edicta perpetua dicuntur monitoria.*

7 *Causa perpetui edicti ferendi debet esse perpetua vtilitas publica.*

8 *Edictorum quædam sunt pecularia, quæ, prout res incidit, publicantur.*

9 *Edicti nostri nomine venit lex, & constitutio Inquisitorum.*

10 *Inquisitorum edictum, seu lex dicitur, fidei, ob triplicem rationem.*

11 *Quadruplicia edicta solent ab Inquisitoribus constitui, ac promulgari.*

12 *Differentiæ inter has species edictorum*

13 *Edicta Inquisitorum sũt leges. & præmonitiones quædam loco fraternæ monitionis succedentes.*

14 *Edicta Inquisitorum differunt in multis a monitorijs latis ab Episcopis ad reuelandum res, aut scripturas subreptas.*

15 *Prima differentia, quod hæc publicantur ad instantiam partis; illa, promotoris fiscalis.*

16 *Secunda est, quia edictis Inquisitorum res spiritualis, Episcoporum tẽporalis præcipitur reuelari.*

17 *Tertia; monitoria non conceduntur pro re omnino occulta; edicta vero, de occultissima.*

18 *Quarta vi monitorij peccator emẽdandus nõ debet denũtiari, vi edicti debet etiam emendatus hæreticus reuelari.*

19 *Quinta vi monitorij raro consanguinei obligantur; ex edicto Inquisitorum semper.*

20 *Secta Ordinarij possunt aliquos eximere ab obligatione monitorij, etiã*

Papa-

Papalis, Inquiſitores neminem.

21 *Septima: obligatio orta ex monitorijs multoties extinguitur: obligatio ex edicto fidei nunquã expirat.*

QVamuis, vt oſtenſum eſt capite præcedenti obligatio denuntiandi hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos oriatur ex iure naturali, diuino, & canonico, tamen præcipue proficiſcitur ex edictis Inquiſitorum, in quibus forma, & rithus traditur faciẽdæ denuntiationis. Quare ſi non explicemus aliqua ad eorum edicta pertinentia, obſcure ſemper ac titubanter in hoc toto opuſculo procedetur. Tres ergo habes in capitis huius titulo propoſitas quæſtiones. Prima, quid veniat nomine edicti fidei.

1 Edicti appellatione duæ ſpecies continentur. Alterum enim edictum eſt priuati hominis: Alterum publicæ perſonæ, ac magiſtratuum de priori *Terent. in Heauton. Primum hoc te oro, ne quid credas, me aduerſum edictum tuum facere eſſe auſum* Significat autẽ præceptum. *Plaut Trucul.* edicere, pro denuntiare, & præmonere: *Edico prius ne dupplices habeatis linguas. Terent. in Hecyr. Edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſinant.*

2 De poſteriori multiplex eſt acceptio in Iure, vt legere licet *Paramum de orig. Inquiſit. lib. 3. de edicto fidei. quæſt. 5. a num. 1. vſque ad* 4. vbi ad ſaturitatem. Cæterum proprie edictum eſt conſtitutio Regis, vel Principis *cap. conſtitutio diſt. 2. §. Sed & quod Principi, verſ. quandocumque, inſtit. de iure natur. Andr. ab exea in repetit. rubric. de conſtitut. num.* 90. Et ſecundum hanc proprietatem ſumitur in Euangelio Lucæ *capite ſecundo Exijt edictum a Ceſare Auguſto.*

3 Verum eſt, quod etiã Iudices inferiores apponũt Edicta, vt in *cap. 1. de ſupplen.*

plen. negligen. Prælator. Secundum Archidiac. Ioann. Andr. & Dominic. in cap. vt circa, de electione in 6. Quandoque etiam sumitur pro præcepto, quod faciũt Iudices iurisdictionem habentes, vt *l. 1. & fin. ff. de offic. assessorum.*

4 Quamuis autem ab initio edicta, quæ propria erant Prætorum, annua fuissent; tamen postea lege Cornelia perpetua facta sunt, ac deinde in ordinem a Saluio Iuliano, Hadriani Imperatoris tẽporibus ex Senatus authoritate redacta, & composita. vt Eutropius in Hadrian. & Iustinianus *l. 2. §. sed quia diuinæ C. de veteri iure enucl. & l. penult. C. de condict. in deb* scribunt.

5 Vnde orta est edictorum distinctio; vt alia dicantur perpetua, quia scilicet perpetuo durant, neque eorum obligatio vnquam cessat. *Petrus Vendramenus in addit. ad Repert. Inquisitor. in verb. edictum.*

6 Hæc autem edicta, quæ perpetua sunt, monitoria appellata quidem autumant, quod sic Ciues admonerentur, qua forma ius dicturi essent magistratus. Vnde veteres dicebãt edicto admonere *l. Diui fratres ff. de religios. & sumpt. funer.*

7 Causa vero perpetui edicti eiusmodi semper extitit, vt nihil vnquam proposuerit Prætor, quod non euidentem haberet vtilitatem in publicum, Secundũ naturalem æquitatem, quæ & hodie perdurat, & nunquam cessabit. *Bartol. in l. factum num. 1. ff. de action. & obligat.*

8 Quædam vero edicta sunt peculiaria de singulari negotio, quod exoritur, & prout res incidit publicantur, & ad singulas causas è re nata accomodantur; qualia erant, quibus aliquẽ Prætor vocabat, & adesse iubebat, vt illud Verris, *vt Calen. Decembris adsit Sthenius*, item *ne quis frumentum ex area tolleret*, & alia,

quæ

quæ legi poſſunt apud *Petrum Vendramenum*, & *Paramum* vbi ſupra.

9 Ex quibus facile eſt explicare, quid veniat nomine, Edicti Fidei. Per edictum enim intelligimus cõſtitutionem quamdam, ſeu legem perpetuam ab Inquiſitoribus authoritate Apoſtolica promulgatam, in qua, & præcipitur ſub pœna excommunicationis denuntiatio delictorum, in ea expreſſorum, & denuntiãdi quidam ordo, rithuſque præſcribitur.

10 Dicitur autem hoc Inquiſitorum edictum, fidei edictum, primo; quia ipſi Inquiſitores, ex quorũ mandato proponitur fidei, ac violatæ Religionis iudices paſſim appellantur. Secundo, quia promulgatur, vt crimina, quæ fidem oppugnant, reuelentur; quæ abſque hoc præcepto in occulto remanerent; Tertio, quia publicatur vt magis in dies efflorefcat, & in altum feratur Catholica noſtra fides in ſui maius incrementum, vt in ipſo edicti ingreſſu declaratur.

11 Ad ſecundam dubitationem deueniẽtes; quãplures edictorum ſpecies ſecundum materiarum diuerſitatem ab officio SS. Inquiſitionis ſolent expediri. Sed tractando ſolum de edictis, quibus obligatur quis ad hæreticos denuntiandos; dico, quod quatuor edictorum ſpecies in vniuerſum ab Inquiſitoribus ſolent conſtitui.

Primo cum Inquiſitionis Officium in aliqua Prouincia, in qua non dum erat introductum, de nouo cõſtituitur, in primo ingreſſu publicare tenentur edictũ generale, quod vulgo, De gratia, dicitur, in quo aſſignatur terminus 30. vel 40. vel plurium dierum, prout Inquiſitori viſum fuerit, intra quod temporis ſpatium quiſque poteſt proprios errores coram Inquiſitoribus confiteri, & ad pœnitentiã ſalutarem, reconciliationẽque admitti, mortem, & vincula, & bonorum publica-

publicationem effugere, & solum aliquam pecuniariã pœnam sustinere, vt disponitur in 1. *instruct. Hispalens. cap.* 3.& 7. & refert *Simanch. de Cathol. institut. tit.* 94: *num.* 3. *Eymeric. in 3. part. director.* & ibi *Pegna comment.* 12. *§. tertium*, *quod habet faeere, littera, D,* vbi forma huius edicti recitatur. *Param. de ordin. iudiciar. a num.* 9.

Secundo, cum iam Inquisitionis Tribunal in aliqua prouincia stabilitum, ac firmatum fuit, Inquisitores singulis annis ad instantiam Promotoris fiscalis edictum generale promulgant, vt quiuis reuelet sub pœna excommunicationis quidquid sciat factũ, aut dictum contra fidem, quam Mater Ecclesia docet.

Tertio, cum aliquis Inquisitorum prouinciam sibi demãdatam visitat, edictum generale eiusdem tenoris cum præcedẽte proponit, illudque publicis locis affigi iubet. *Tabiens. verb. Inquisitor §.* 10. *num.* 11. *Simanch. de catholic. instit. tit.* 44. *num.* 4. *quinta instructio Hispalensis cap.* 2. *Param. ibidem num.* 18.

Quarto Inquisitores multoties edictum promulgãt, prout res incidit, VG. cum delictum aliquod commissum est, quod hæresim præseferre videtur, vt si deletæ sint sanctorum imagines, combusta Ecclesia, & similia. Tunc enim Inquisitores edictis propositis sub pœna anathematis, & fautoriæ hæreticorum monebunt vniuersos, vt id delictum, vel delicta reuelent, *Pegna in addit. ad Eymeric. in 3. part. director. c mm t.* 135. *vers. huius autem priuilegij*.

In his multoties criminis reo & complicibus impunitas promittitur, cœteris vero delicti solum conscijs certa pecuniæ quantitas, & officia a Tribunali solita prouideri. Iuxta quam formam multoties Matriti, ac Granatę processum fuit, cum libelli publici apparuerunt

ruerunt, in quibus Moſayca lex approbabatur. Et in hac Vrbe Panormi, cum ſacræ imagines deturpatæ, ac mutilatæ fuerunt per ſacrilegam impietatem. Et nouiſſime in eo tam nefando, quã luctuoſo caſu Cũ in Ciuitate Alicatæ e Carmelitarum Eccleſia quinquaginta circiter Sacroſanctæ Euchariſtiæ formulas, ſacra pyxide relicta, improbæ, ac temeratę manus ſurripere auſę ſunt. quod factum eleganter deſcriptũ lege in erudito Apologetico D. D. Ioannis a Torreſiglia, huius Tribunalis Decani honorificentiſſimi, *fol.* 205. *a num.* 216.

12 Differunt autem hę quatuor edictorum ſpecies inter ſe; quod primę tres, cum nullam pręſupponant infamiam, & rumorem delicti alicuius, aut ſpecialis delinquentis, pręcedunt generaliſſimam Inquiſitionem, de qua loquuti ſumus ſuperiori quęſtione, *cap.* 4. *num.* 21.

Quarta vero ſpecies edicti, cum publicetur tempore, quo conſtat de delicto; & non conſtat de delicti authore pręcedit Inquiſitionem generalem, & ſpecialem tantum, vt diximus ibidem *num.* 23. Quapropter prima tria dicũtur edicta generalia; quartum vero ſpeciale, ſeu peculiare.

13 Illud vero notandum volo, quod hę edictorum ſpecies licet ſint aut leges, aut pręcepta, ſunt etiam pręmonitiones quędam, quibus, & delinquents, vt a delictis emendentur; & delicti conſcij, vt ad denuntiandum properent, excitantur, & commouentur. Quibus generalibus pręmonitionibus habitis, ad bonum publicũ nulla alia fraterna monitio adhibenda eſt. vt bene aduertit *Trimarchus de confeſſ. abutent. Sacram. Pœnit. diſput.* 12. *ſect.* 2. *num.* 19. *fine; Edicta Inquiſitorum nihil aliud ſunt niſi admonitiones, atque adeo ad bonum publicum non eſt præmittenda alia corre-*

correctio fraterna. Hæc habet ille meus tam intimus in cõsuetudine, quam in doctrina familiaris. idem notat *Lazarius Canonic. & pract. quæst. sect.* 1. *quæst.* 2. *num.* 9. vbi loquens de generalibus monitorijs, & excommunicationibus, ait. *litteræ monitoriales in locum Euangelicæ denuntiationis, quæ hodie fere in desuetudinem abijt, successerunt ex Rimin. iun. cons.* 357. *nu.* 32. *volum.* 4. *& ex Fr. Marc. part.* 2 *decis.* 853.

14 Verũ ne quis putet, edicta Inquisitorũ, quia ea monitoria appellauimus, eadem esse cum monitorijs, quę ab Episcopis solent promulgari, pro restitutione, aut denuntiatione rerum ablatarum, & scripturarum, videamus in quibus inter se differant, & in quibus conueniant.

15 Differunt ergo primo; quia monitoriales litterę Episcoporum conceduntur ad instantiam partis, cuius ciuiliter interest, *iuxta constit. Pij. V. Santissimus in Christo. praxis Archiepiscop. Neapolit. cap.* 1. *notat.* 7. Edicta vero Inquisitorum publicantur ad instantiam Promotoris fiscalis, qui solum intendit fidei defensionem; vt habetur expresse in principio edicti ibi: *Ante nos parecio el Promotor Fiscal del Santo Officio, y nos hyze relacion &c.*

16 Secundo differunt, quia litterarium monitorialium vigore coguntur aut principales restituere, aut conscij reuelare rem subreptam, scripturas occultas, quę sunt res temporales: Materies vero edicti fidei est tota spiritualis, cũ sit hęresis, vt extirpetur, & hæreticorum vt puniãtur, manifestatio.

17 Tertio quia non cõceditur monitorium, quãdo res, quæ petitur est omnino occulta, *Praxis Archiep. Neapolit. cap.* 2. *not.* 5. *ex Soto in* 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 2. *Lazarius Canonic. quæst. sect.* 1. *quæst.* 10. *num.* 6. *& sect.* 2. *quæst.* 7. *num.* 1. At vero hęretici etiam occultis-

cultis-

cultissimi, ita vt non nisi a reuelante sciantur, reuelandi omnino sunt vt suo loco vbertim.

18 Quarto quia, quando peccator se correxit, & emẽdauit, aut fraterna correctione probabiliter creditur se emendaturum, tũc non est parendum litteris monitorialibus ante fraternam correctionem, etiam si sub pena excommunicationis denũtiatio esset præcepta, *D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. ad 3. Sot. de rat. teg. secret. membr. 2. q. 6. post D. Antoninum in summa 2. par. tit, 9. cap. 6. §. 4. Nauarr. in manual. cap. 25. nu. 46. P. Nauarr. lib. 2. de restit cap. 4. par. 2. dub 9. nu. 217. & seqq. Tolet. in summa lib. 1. cap. 8. nu. 7. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 5. cap. 30. num. 5. prax. Archiep. Neapolit. in cap. 2. not.* 5. quos refert, & sequitur *Lazarius canon. quæst. sect. 2. quæst. 7. num. 2.*

At hæretici, & suspecti de hęresi, etiam emendati nedum emendandi debent ex vi edicti statim denuntiari; quia hęc denuntiatio non est pręcepta ob emendationem delinquẽtium, sed ob vindictã criminum in aliorum exemplar, & fidei Catholicę indemnitatem.

19 Quinto, quia consanguinei pręsertim in primo gradu vt pater, mater, vxor, fratres, & sorores raro possunt obligari vi harũ litterarum monitorialium, vt vnus contra alium testificetur, quia non solum iure ciuili, sed etiam naturę videntur exclusi a ferendo huiusmodi testimonio, *Sayrus in claui lib. 12. cap. 20. num. 22. Suarez tom. 5. disp. 2. num. 10. Hortens. Caualc. tract. de testibus p. 2. sec. part. a num. 42.* cum alijs citatis a Lazario *canonic. quæst. sect. 3. quæst. 11. num. 8.* At vero in causa fidei nullus testis eximitur, nulla persona est priuilegiata, nulla sanguinis coniunctio excusat, vt infra ostẽdetur.

20 Sexta differentia est, quod dubitari non potest, quin

-quin ordinarius vbi ei expedire videbitur, possit eximere aliquos a denuntiatiationis obligatione eorũ quę in montiorio ab eodẽ concesso continentur pręsertim vbi aliqua legitima existat causa vt in puncto probat *D. Marc. Antonin. lib.* 1.*variar. resol.in resolut. vltima. casu* 75.*in princ.ex Nau. lib.* 5.*consil.* 7. *de sent. excommun.* & alijs ab eo citatis, & faciunt adducta per *Rot. Rom. decis.*383. *par.* 1.*in nouiss. num.*9. *vers. non obstat, quod ordin.*

Quod estendit *Lazarius canon. quæst, sect.* 2. *quæst.* 2.*num.* 2. etiam ad monitorium ex Papa concessum cuius exequtio ad Ordinarium dirigitur, ad quod citat quamplures.

At Inquisitores non habent potestatem aliquem eximendi ab obligatione hæreticorum, aut suspectorum de hæresi denuntiandorum, quia obligatio hęc inducta est Iure ipso naturæ, ac Diuino, vt firmauimus *cap.* 2. num. 9.

21 *Septima*, & principalis differentia est, quod monitoriorũ obligatio in aliquibus casibus expirat; quando scilicet intercedit aliqua ratio, ob quam mãdatum extinguatur, vt si mandans illud publicari moriatur, nam hę excommunicationes sunt ab homine, & sic non ligant eos, qui post finitam mandantis iurisdictionem mandatum transgrediuntur, *glos. in cap. a nobis el.* 1. *de. sent. excomm.* vbi *Host. Pan. Felyn: Palud. in* 4. *dist.* 18.*q.* 5. *art.* 2. *num.* 11. *Syluester verb. excommunicatio* 2. *§.* 2. *vers.*15. quos fere omnes refert, & probat *Henriquez part.* 1.*in summ. lib.* 13. *cap.* 18 *Lazarius can. quæst sect.* 1. *num.* 10.

At vero obligatio denũrandi hęreticos, cum proueniat a lege perpetua, perpetuo durat.

Et hæ sunt principales differentiæ, quibus, satis dignoscitur edictum fidei ab hisce monitorijs.

Atque

CAPVT IIII.

An ſoli Inquiſitores habeant poteſtatem, & iuriſditionẽ obligãdi per edicta ad reuelandos hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos, an etiam Epiſcopi, & quid de Principibus ſæcularibus, & an Inquiſitores poſſint authoritatiue reſoluere dubia circa edictorum intelligentiam occurrentia?

SVMMARIVM.

1 *INquiſitores hãbẽt poteſtatem edicta ferẽdi. & publicandi.*

2 *Hæc poteſtas deriuata eſt Iure Diuino, Canonico, Ciuili, & conſuetudine roborata eſt. Et quod ex Iure diuino probatur num. 3. & 4.*

3 *Deus ipſe videtur normam dediſſe publicandi edicti Ab Adam vſque ad Chriſtum Dominum conſtituti fuerunt ſucceſſiue Inquiſitores*

4 *Quamplura ſacræ ſcripturæ loca ſunt edicta contra hæreticos, & apoſtatas.*

5 *Eamdem poteſtatem oriri ex Iure Canonico probatur.*

6 *Probatur etiam oriri ex Iure ciuili.*

7 *Hæc omnia conſuetudine ſequuta cõfirmãtur.*

8 *Conſuetudo legitime preſcripta obtinet vim legis, & Iuri canonico, ciuilique præponitur.*

9 *Eadem poteſtas exoritur ex ipſo Inquiſitionis Officio, cum delegata iuriſdictione, omnia intelligantur delegata, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt.*

10 *Inquiſitoribus delegata eſt iuriſdictio in cauſis fidei.*

L 11 *In-*

torum Italiæ, quia non habent speciale priuilegium, standum est Iuri communi.

25 *Inquisitores Italiæ sine Episcopis, & Episcopi sine Inquisitoribus quid possint.*

26 *Pontifex Sixtus IV. auocauit ab Episcopis Regnorum Hispaniæ cognitionē in rebus fidei, eamque totam priuatiue ad Inquisitores concessit.*

27 *In Regnis Hispaniæ soli Inquisitores procedunt in causis fidei, ad quos tenentur transmittere Episcopi denuntiationes forte receptas ad S. Officium spectantes.*

28 *Episcopi in locis Italiæ possunt inconsultis Inquisitoribus edicta contra hæticos promulgare.*

29 *Sed de facto promulgant edicta coniunctim Episcopi, & Inquisitores per Italiam.*

30 *In Regnis Hispaniæ Episcopi possunt edicta publicare, iubendo, vt hæretici aut absolute, aut Inquisitoribus denuntientur.*

31 *Si Episcopi in Regnis Hispaniæ edicerent, vt hæretici sibi denuntiētur, possent Inquisitores talia edicta reuocare;*

32 *Conciliantur ex supradictis Authores.*

33 *Inquisitores possunt interpretari dubia circa edictum occurrentia.*

EXplicauimus in capite superiori etymō, vim, & species edicti fidei, sequitur, vt videamus de potestate edicendi, seu ferendi, & publicandi huiusmodi edicta. Quod vt plene cognoscatur, quatuor primo de Inquisitorib⁹ quœramus, an possint quo Iure an etiam teneantur edicta fidei condere, ac publicare. quarto denique an possint inconsulto, & in requisito Ordinario.

1 Dico primo. certum est, quod Inquisitores habeant

 beant

beant poteſtatem edicta ferendi, ac promulgandi. *Rojas in tract. de hæretic. part 2. de priuilegijs Inquiſitorum num* 15. *verſ item ſoli Inquiſitores. Penna in addit. ad Eymericum* 3. *part. director. comment.* 135. *verſ. rurſus non modo. Paramus, de edicto fidei num.*4 *& ſeqq.* & clarius ex ſequentibus apparebit.

2 Dico 2. poteſtas edicta condendi deriuata eſt ad Inqſitores ex lege Diuina, Ciuili, Canonica, & conſtituſtitionibus Pontificijs, ac demum ipſa conſuetudine roborata, & confirmata.

3 Quod ad legem Diuinam ſpectat, ſic oſtendi poteſt. Deus ipſe fuit primus, qui edictum contra Adam, eiuſq; poſteros promulgauit, vt erudite probat Paramus *de origin. Inquiſit. lib.* 3. *de edicto fidei, ſub titulo, præludia edicti fidei quæſt.* 5. *num.* 4. Eadẽque poteſtas ab ipſo Deo fuit iudicibus illius temporis ad hereſis, & Idololatriȩ extirpationem delegata: Vnde ab Adam vſque ad Chriſtum Dominum longa ſerie ſuccedentes enumerat Inquiſitores idem *Paramus lib.* 1. *a tit.* 1. *vſque ad* 6, excluſiue, & *frater Eliſeus Maſini in pract. S. Officij part.* 5. *cap.* 1. *a princip.*

4 Et ſecundũ hæc, quãplura legimus ſacrarum litterarũ loca, quæ nihil aliud ſunt, quam contra Apoſtatas, & hæreticos illius temporis edicta. *Geneſ. cap.* 35. *Exodi* 32. 7. 8. 9. *&* 20. ibi. *Non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi ſculptile. Leuit.* 18. *De ſemine tuo non dabis, vt conſecretur Idolo Moloc.* Similia ſunt *in numer. cap.* 5 *Ioſue cap.* 6. *&* 7. Adſunt etiã non modo prohibitoria, ſed etiam iniunctoria edicta, quibus præcipitur, vt Apoſtatæ, & hæretici ſtatim Iudicibus prodantur, vt morte afficiantur. Sic præcipitur *Deuteron. cap.* 13. *verſ.* 6. *& cap.* 7. *in princip.* de quibus locis infra plane differemus. Cum

ergo

ergo Inquisitores nostræ ętatis successerint in munere, & officio inquisitionis Inquisitoribus illius temporis, eadem potestas edicendi eodem iure Diuino videtur illis concessa, & delegata.

5 Possunt etiam edicere Inquisitores ex legibus Canonicis, & Pontificijs constitutionibus. manifestum est *ex cap. vt cõmissi §. conuocandi, de hæreticis lib. 6.* vbi Bonifacius VIII. sic ait: *Cõuocandi etiam clerum, & populum Ciuitatum Castrorum, aliorumque locorum (prout dicto negotio fidei videritis expedire) & contra illos, quos in prouincia (in qua vobis Inquisitionis Officium est commissum) hæreseos crimen constiterit commisisse (licet ad alias partes se transferendos duxerint) procedendi, nec non faciendi a quibuslib. assignari vobis libros seu quaternos, & alia scripta, in quibus Inquisitionis facta, ac processus per quoscũque authoritate sedis Apostolicæ, vel legatorum eius habiti. contra hæreticos continentur, & illorum, qui vestris mandatis obedientes similiter stant, propter hæresim in carcere, vel muro reclusi, pœnam vna cum Prælatis, quorum iurisdictioni subsunt mitigandi, vel mutandi, cum videritis expedire* Ita Bonifacius. Ex quibus patet Inquisitores edicta posse constituere, generaliter admonendo, atque in causis fidei publice pręscribendo, vt si quos sciuerint errare ad se deferant, *text. in cap. excommunicamus, §. adijcimus de hæreticis cap. cum in tua, & facit cap. fin. qui matrimon. accus. possunt.*

6 Et quod etiam possint edicta constituere Iure ciuili probatur; quia quamplures Imperatores contra hæreticos, & Apostatas edixerunt, vt Gratianus Valẽtinian⁹, Theodosius, quorum edicta infra referemus. Vnde sicut a Principibus Sæcularibus ad Ecclesiam punitio hæreticorum fuit translata; ita etiam & potestas edicendi ad eos, quibus

bus in Hæreticos animaduertendi iurisdictionē concessit Ecclesia.

7 Quę omnia subsequuta consuetudo confirmauit atque stabiliuit. Cuiuscumque enim Tribunalis SS. Inquisitionis cōsuetudo ꝑpetuo stylo obtinet, vt ad Inquisitionem hæreticorū præuio edicto publico, & generali procedatur. cuius consuetudinis testimonium vniusquisque sibi ipsi præstare potest, cum quotannis edicta Inquisitorum tanta cum solemnitate in tot vrbibus publicentur.

8 Cōsuetudo autem rationabiliter, legitimeque præscripta non modo vim legis obtinet, sed etiam Iuri canonico, Ciuiliquæ præponitur. *cap. vltimo, de consuetudine cap. pastoralis verb. dissona de fid. instrument. Aymon Crauet in tit. de antiquitate temporum.* 1. *part.* §. 1. *num.* 42. *Barbosa in cap. vlt. de consuet. num.* 34. vbi quod *de Iure simpliciter fieri dicitur id, quod per consuetudinem fit* vt per *Tiraquell. in tract. le mort decl.* 7. *in præf. num.* 5.

9 Quin imo potestas edicendi suboritur necessario ex Officio Inquisitoribus commisso. Delegata enim alicui iurisdictione ea omnia concessa, & demandata intelliguntur, sine quibus iurisdictio delegata exerceri non potest. *c. præterea, de offic. delegati* in fine, ibi: *ex eo, quod caussa tibi committitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipis potestatem. l.* 2. *ff. de iurisd. omn. iudic.* ibi: *Cui iurisdictio data est, ea quoque concessa videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potest. Sanchez de matrim. lib.* 3. *disp.* 19. *nu.* 4.

10 Inquisitoribus autem delegata fuit iurisdictio in causis fidei; ita vt sint Iudices delegati ad vniuersitatem causarum ad fidei cognitionem pertinentium, vt per *Spin. in specula testam glos* 12. *rub. num.* 37. *Emman, de Valle de incant & exsalm sect.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. *quos*

6. quos refert, & sequitur *Barbosa d. cap super hoc, nu. 2.* ita vt eādē habeant in fidei negotio, quam habent Ipsi Pontifices, vt probatur *in cap. per hoc.* de hæret. in *6.*

11 Negotium autem fidei, ac generalis Inquisitio delictorum contra fidem commissorum exerceri nō potest nisi præcedente edicto, quo qui scriuerint huiusmodi crimina, & criminosos obligētur, & adstringantur ad eos denuntiandos, & deferendos.

Atque hæc omnia confirmantur primo; quia cum heresis crimen occultissime committatur, & tanto periculosius serpat, quanto occultius delitescit, irremediabiliter per Ecclesiæ corpus diffunderetur, nisi ex publicis, perpetuisque edictis adesset perpetua denuntiandi obligatio, seuerissimis pœnis obarmata.

Secundo, quia si sæculares magistratus, vt occulta crimina, & incertos delinquentes inuestigent, vtuntur publicis edictis; multo magis ad Inquisitores talis potestas pertinebit, vt occultissima crimina pquirāt.

12 Dico 3. Inquisitores non solum possunt, sed etiā tenentur edicta fidei constituere, ac publicare; quod etiam asseruit *Paramus de orig. Inquisit. lib. 3. sub tit. de edicto fidei, quæst. 5. nu. 4. & num. 13. edicta publicare*, ait, *possunt, & debent ad puniendum hoc delictum publicum. & num. 21.* ait: *Necessario, & iuste possunt, & tenentur edictum non solum publicare, sed etiam constituere.* Ratio huius obligationis ea est. Quod Inquisitores tenentur ex officio quibuslibet iustis, ac legitimis vijs pvenire ad cognitionem hæreticorum, ac de hæresi suspectorum, vt seuere puniantur, & fidelium Ecclesia apeste tā execranda expurgetur. At vero ad hanc cognitionē, & notitiam habēdam nullum est aptius remedium, quam edictorum publicatio, qua homines ad denū-

tiandum

tiandum adstringuntur, & incitantur.

13 Dico quarto sol⁹ Inquisitor in requisito, & inconsulto ordinario potest edicta contra hereticos cōdere, ac publicare. ita *Ioann. Rojas in tract. de haeretic. part. 2. de priuilegijs Inquisitorum num. 425. vers. Item soli Inquisitores, & non Ordinarij. Eymericus 3. part. director. num. 52. in forma admonit. de haereticis reuelandis*, in qua forma edicti nulla est Episcopi mentio, vt bene notat *Penna in addit. 3. part. director. comm. 135. vers. rursus non modo solus*, vbi ait hanc formam iam esse vsu comprobatam idem docet *Zanchinus de haeretic. cap. 11. num. 2.* huius assertionis reddit rationem *Penna loc. cit.* quia scilicet Inquisitor cum sit a Sede Apostolica delegatus in causis fidei, Ordinario videtur praeferendus.

14 Pro secunda dubitatione, in titulo capitis proposita an alij praeter Inquisitores possint edicta fidei condere, ac publicare, cum distinctione respondēdum est.

Nam si loquimur de criminibus mixti fori, magistratus, ad quos pertinet cum alijs communiter cognitio talium delictorum, possunt condere, ac proponere edicta, quibus iubeant sibi huiusmodi delicta deferri, licet non possint dicere in edictis vt sibi tantum deferantur.

15 Et i a in puncto de delicto blasphemiae, quae cū haereticalis nō est pertinet ad Ecclesiasticos, & saeculares Iudices, decidit *Sanchez in summa lib. 2. cap. 32. num. vltimo* dicens: *Inquisitores quotannis edicta promulgant. & Episcopi in suis edictis iubent sub pena excommunicationis latae sententiae blasphemos denuntiari. Quare prorumpentes in blasphemias haereticales, de quibus soli Inquisitores cognoscunt, sunt ipsis denuntiandi. Blasphemiae autem non haereticales sunt denuntiandae Iudici Ecclesiastico, aut saeculari*

culari. *Quippe solum illi de his cognoscunt, iuxta dicta num. 37. Nec edicta iudicũ Ecclesiasticorum præcipientia sibi denuntiari, impediũt denuntiationem fieri alteri Iudici potenti de illis cognoscere, vt pote quæ eius iurisdictionem non minuunt; Sed id solum intendunt, vt blasphemi denuntientur, ne impuniti remaneant.* Hæc Sanchez.

16 Si vero loquimur de crimine hæresis, & de delictis, quæ pertinent ad Inquisitorum iudiciũ ratione suspicionis hæresis, in eo casu diuersa ratio habenda est de sœcularibus Principibus, ac de Episcopis.

Igitur de Principibus sęcularibus primum loquendo, certum est, quod non possunt edicta statuere, ac promulgare, quibus iubeãt huiusmodi delicta sibi denuntiari, tum quia talia crimina sunt mere Ecclesiastica, in quibus laici nec directè, nec indirectè, se possunt immiscere *cap. vt Inquisitionis de hæretic. lib. 6.* & ibi *Barbosa cum in numeris ab eodem citatis num. 1. 7. & 8.* tum etiam quia talia edicta tenderent in impedimentum Sancti Officij, quo casu statuta & præcepta sunt inualida, & nulla *ex cap. statutum, de hæretic. lib. 6.* & plane consuluit *Paulus Parisius consil. 2. incipit: Et si esse Iudæum. volum. 4. num 104. & seq:* quem refert, & sequitur *Penna in addit. ad Eymeric. 3. part. director. comment. 135. vers. tum autem.*

17 Et Inquisitores possunt cogere Dominos, & magistratus, qui fecerunt aliqua statuta, & decreta impedientia eorum iurisdictionem, vt illa reuocent. *ex eodem cap. statutum* & *ex Bullis Alexandri IV Innocent. IV. & Vrbani IV.* Ad quod peragendum possunt adhibere pœnas excõmunicationis, & alias decretas contra fautores hæreticorum, vt docent *Zanardus director. Theolog. part. 1. præc. ... c. 6. q. 28. Barbosa in collect. tom. 3. lib. 5.*

tit. 2. *cap.* 10. *Zanchinus de hæretic. c.* 31. *n.* 6. *Eymericus in director. part.* 3. *q.* 34. & ibi *Pegna comm.* 83. *Vmbertus Locatus in praxi Inquisit. verb. Domini temporales, n.* 5. *& in verb. Ordinatio n.* 1. & alij.

18 Si vero in suis edictis aut expresse iuberent, vt hæretici & suspecti de hæresi suis Iudicibus competentibus denuntiarentur, aut simpliciter præciperēt, quod denuntiarentur hæretici, licita, imo laudabilia essēt huiusmodi edicta; quia in his viderentur obsequium fidei præstare, & Inquisitorum, aut Episcoporum iurisdictioni deseruire.

19 Atque ita plures Imperatores, varijs exortis hæreticorum sectis, edicta contra hæreticos statuerūt, publicarunt. huiusmodi fuit edictū Gratiani, Valentiniani, & Theodosij Imp. vrbis Cōstātinopolitanæ editum ann. Dom. 382. habetur etiam edictum Valentiniani, & Martiani Imperatorum, quæ cum alijs referuntur ab *Eymerico* 1. *part. director. sub titulo Ex codice Theodosiano tit. de summa Trinitate &c.*

20 Quas quidem leges, & edicta Romani Pontifices non solum non sustulerunt, aut abrogarunt; imo vero confirmarunt, & inuiolabiliter seruari iusserūt, vt testatur *Penna loc. cit. vers. Postremo Romani Pontifices*. vbi ait: *Idem proculdubio facturos cęteros Romanos Pontifices quoties vel Catholici Principes nunc, aut futuris temporibus, vel insignis aliqua Respublica, vel Ciuitas vel minores Reguli in suis dominijs leges nouas contra hæreticos conderent, quibus commode hæreses, aut nasci impedirentur, aut iam natæ facilius extirparentur*, Sic Penna, qui *vers. sequenti* refert statutum huiusmodi Ciuitatis Brixiæ, relatum ab eo inter literas Apostolicas, a Clemente septimo 1528. laudatum, & confirmatum, cuius initium est, *placuit intelligere*. Idem etiā

Penna

Penna in fine directorij in sua disputatione, de authoritate Extrauagantium num. 4. refert quoddam rescriptum Innocentij IV. quod incipit. *Orthodoxæ fidei*, in quo præcipit, vt leges latæ a Principibus sæcularibus, contra hæreticos inuiolabiliter seruentur, relatu digna sunt verba Pontificis. *Considerantes attente, quod Iurisdictio eorum* (scilicet Inquisitorum, *quo fuerit plenior in hac parte, eo magis esse poterit fructuosa, volumus & nostris sibi damus litteris in mandatis, vt vos monere procurent, & inducere diligenter, vt statuta ipsorum & alia Ecclesiastica, & sæcularia, & constitutiones etiam quōdam Frederici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione Ecclesiæ persistentis, edicta contra hæreticos, fautores receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta, & bulla nostra munita transmittimus, conscribi in statuarijs vestris, eaque obseruetis, & faciatis irrefragabiliter obseruari*. Hactenus Innocentius.

21 Vnde ex his idem Penna *loc. cit. vers possent ergo*, docet posse Sæculares magistratus, & Domini terrarum condere tale statutum, quod Iudæi, vel alij Infideles in suis terris commorantes, teneantur hæreticos accusare, seu denuntiare, aut alia huiusmodi multa. Commendanda igitur est in his, Principum pietas, ac religio, qua fidei incrementa, nō suæ iurisdictionis indebitam extētionem procurant.

22 Deueniamus ad Episcopos. de his authores indistinctè loquentes maximam perturbationem cōmoueant in legentium animos, necesse est. Penna enim *loc. cit. vers sed quid si ordinarius*, sic habet: *Sed quid si Ordinarius edicta huiusmodi publicauerit, poterit ne Inquisitor ea reuocare? & Ioannes Rojas merito reuocanda tradit. Sed is fortasse nimis libere loquitur, quasi nullæ sint partes Episcoporum in hac causa, cum tamen om-*

nia iura clament per concessionem procedendi Inquisitoribus factam, non esse ablatam Ordinarijs procedendi potestatem, cap per hoc de hæretic. lib. 6. Quare multum illis tribuendum censeo; nec approbo eorum sententiam, qui plus sibi tribuentes, quam a Iure habent, Episcopos fere spernunt in hac causa. meminisse ergo oportet eos Iudices fidei esse in sua diœcesi Ordinarios, quodsi ea edicta in fidei propagationem referantur, nullo modo mihi videntur reuocanda sed confirmanda potius. Sic enim Episcopus, & Inquisitores quasi vnus fortius pugnabunt contra Religionis hostes. Hæc Penna.

23 Verum ad conciliationem multarum controuersiarum inter authores sciendum in vniuersum est quod cum agitur de conpetentia, & concursu inter Episcopos, & Inquisitores diuersimode discurrendũ est de Inquisitoribus Romanæ Inquisitionis per Italiam constitutis, ac de Inquisitoribus a Generali Inquisitione Hispana per Hispaniæ Regna delegatis.

24 Cum enim Inquisitoribus Italiæ nullum speciale priuilegium circa cognitionem causarum fidei a Sede Apostolica concessum fuerit, standum est dispositioni iuris communis, in quo per Bonifaciũ octauum *cap. per hoc, de hæreticis, in 6.* decisa est antiqua illa controuersia, an per commissionem causarum heresis Inquisitoribus intelligeretur ablata iurisdictio Episcopis. Declarauit ergo Pontifex, Episcopos in causis fidei, tam coniunctim, cum Inquisitoribus, quam disiunctim posse procedere ita tamen, vt tenerentur inter se communicare processus, in cuius meritis si conuenirent per vtrosque sententia pronuntiaretur; sin minus, causa ad Sedem Apostolicam deferretur. Et pro faciliori terminatione istarum causarum varia iura etiam emanarũt per *Benedictum XI. & Clement. V.*

quæ

quæ habentur in *extrauaganti ex eo de hæretic.* & *in Clem. prima eodem titulo.*

25 Virtute harum conſtitutionum iam firmatum, & ſtabilitum eſt, vt Inquiſitores Italiæ ſine Epiſcopis, & Epiſcopi ſine Inquiſitoribus poſſint citare, capere, tutæ cuſtodiæ mancipare, captos in compedibus ponere, & contra illos inquirere, prout eis ſecundum Deum videbitur expedire. de quibus vide latius *Carenam de mod. proced. in cauſ. fidei tit.* 4. §. 2. *per totum* & abundantius in fine libri in annotationibus ad primam quæſtionem D. Guidonis fulcodij, vbi diſerte, ac erudite diſcurrit ſucceſſiue per tempora, in quibus cognitio hæreſis ab Epiſcopis ad alios fuerit translata.

26 In Regnis vero Hiſpaniarum tam ex conſuetudine, quam ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ diuerſa eſt ratio poteſtatis. Nam *Siſtus IV. in Bulla data ann. Dom.* 1483. directa D. ſemper meo D. Petro Gonzales de Mendoza S.R.E. Cardinali, fatetur auocaſſe ab Epiſcopis ad ſe omnes tam præſentes, quam futuras hæreſis cauſas Regnorum Hiſpaniæ, & harum cognitionem, atque deciſionem totam penitus D. Generali Inquiſitori Hiſpaniæ, & Inquiſitoribus per ipsũ creatis, & creandis delegaſſe, ſicut in meo *tract. de polygam. lib.* 3. *q.* 18. *a nu.* 3. fuſius diſſerui & idæ fecerunt Clem. 7. Iulius 3. & Sixtus 4.

27 Quapropter vigore huius priuilegij, & cõſuetudine ſubſequta receptum, ac firmatum eſt in Hiſpania, vt Epiſcopi, & Ordinarij non poſſint diuiſim ab Inquiſitoribus procedere ſed ibi ſolum Inquiſitores procedũt. Quinimmo Epiſcopi tenentur tranſmittere ſtatim omnes, & quaſcũque denuntiationes in criminibus ad Sanctum Officium ſpectãtibus ad Inquiſitores. *Sanctarellus tract. de hæreſi cap.* 49. *dub.* 2. *num.* 15. & ante illum *Molina de iuſt.*

iust. tract. 5. *disp.* 28. *num.* 12. & 13. *Acugna tract. de Confess. sollicitant. quæst.* 2. *num.* 10. *Io: Valerius in different. vtr. fori vers. hæresis. diff.* 3. *num.* 1. & nouissime *Barbosa in collect. tom.* 3. *lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. *Sousa in aphorism. Inquisit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. *Pegna in director part.* 3. *quæst.* 52. *comment.* 101. & alij penes ipsos. Vide etiam *Riccium part.* 3. *decis.* 279. *num.* 1. & *Bobadillam in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 72. quos citat, & sequitur *P. Dian. oper. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 2. quibus adde *Castropalao in oper. moral. p. p. tract.* 4. *disp* 8 *punct.* 13. *num.* 16. *vers. Aduerte tamen in Hispania Carenam in additionib⁹ citatis nu.* 13.

28 Qua posita distinctione potestatis facillimum erit has, pluresque alias cõtrouersias ad concordiam reuocare. Nam certum est Episcopos in locis Italiæ posse inconsultis Inquisitoribus edicta fidei statuere, ac promulgare, in quibus præcipiant sibi hæreses, ac suspiciones de hæresi denuntiari; dummodo tamen non iubeant sibi solis, & priuatiue ad Inquisitores reuelari. Patet vtrũque ex supradictis; quia ex vna parte Episcopi per Italiam possunt procedere in his causis disiunctim ab Inquisitoribus vsque ad certos limites, ergo multomagis possunt edicta condere, ac publicare. Ex altera vero, quia etiam Inquisitores possunt hoc idem, quod Episcopi, ergo non possunt iubere priuatiue ad Inquisitores.

29 Verum est, quod de facto in publicatione edicti generalis, quod ex præscripto S. C. S. Officij per Italiam publicatur coniunctim procedunt Episcopi cum Inquisitoribus, Ita habetur in edicto Cremonæ publicato, quod per extensum refertur a *Carena part.* 2. *tit.* 9. §. 7. cuius inscriptio est.

Noi Pietro Campori Cardinale, & Vescouo

di

di Cremona . &c. & Noi fra Vincenzo &c. Inquisitore Generale di Cremona, e sua Diocesi dalla Sede Apostolica. &c.

30 In Regnis vero Hispaniarum possent Episcopi publicare edicta, in quibus aut absolute iuberent, quod huiusmodi crimina reuelentur, aut expresse declararent, quod Inquisitoribus deferantur, multo enim potiori Iure competit Episcopis in hac causa, quod sæcularibus Principibus non denegatur.

31 Si vero in edicto præciperent, vt sibi denuntiationem facerent, huiusmodi edictum posset, ac deberet per Inquisitores Hispaniæ reuocari. Et in his terminis loqutus est *Rojas de Priuilegijs Inquisitorum nu.* 415. dum dixit, quod Soli Inquisitores, & non ordinarij edicta contra hæreticos publicare possunt. Et quod fuisset merito reuocatum quoddam edictum tempore quadragesimæ iussu Ordinarij publicatum. Idem docet *Molina de iust. tom.* 5. *disp.* 28. *num.* 13. quem refert, & sequitur P. Diana *oper. moral. part.* 4. *tract.* 8. *resolut.* 126. vbi punctum in terminis tractat & refert per extensum verba Molinæ, ea vero faciunt ad rem nostram. *Quin audio neque ordinarijs permitti* (loquitur de Inquisitionib⁹ Hispaniæ) *vt edicta proferant, quæ ad fidei negotium pertinent, quoniam expedit eiusmodi denuntiationes fieri solis Inquisitoribus, & Commissarijs ab ipsis deputatis Postquam vero hæc ita scripsi a fide dignis accepi litteras Apostolicas esse in Hispanijs, quibus præcipitur, vt hæc Episcopi, & alij Ordinarij Inquisitoribus relinquant. neque in eis se intromittant. Si quæ vero Ordinarij reperiant, efficere debent illis de rebus summariam informationem, eamque ad Inquisitores debent trasmittere*. Sic Molina.

32 De qua reuocatione licet mentionem fecerim *in lib.*

in lib. de polyg. loc. cit. num. 7. mihi tamen videtur hic esse narranda. Ann: Dom. 1565. Archiepiscopus Valentinus in suæ diœcesis generali visitatione, generale edictum edidit pro causis concubinatus, vsurarum, & similium, & in eo crimen hæresis sibi denuntiari præcepit. Fuit statim per litteras Regias ei iniunctum, vt edictum illud emendaret. Vidi ego litteras, & actus super his factos seruatos in Archiuio Valentinæ Inquisitionis,

33 Penna igitur tã acriter contra Rojas inuectus est, quod animum induxit eum non de solis Inquisitoribus Hispanis, sed etiam de Romanis loquutũ fuisse. nam eumdem Pennam iam citauimus num. 27. pro defẽsione amplitudinis potestatis Inquisitorũ in Regnis Hispaniæ.

34 Pro tertiæ quæstionis solutione Dico; quod si aliquid occurrat dubitari circa intelligentiã edicti, possunt ipsi Inquisitores authoritatiue interpetrari. ita in terminis *Paramus lib. 3. origin. Inquisit. de edicto fidei, sub titulo præludia edicti fidei num. 38.* Ratio est; quia Inquisitores possunt condere edicta, & illius est interpetrari, cuius est condere *cap. quoniam constitutio, de constitution. Barbos.* ibi n. 5.

Imo vero, ex Apostolico priuilegio Inquisitores per se ac soli possunt leges dubias contra hæreticos latas sine Episcopo interpetrari, ita *Eymericus in 3. part. director. quæst.* 86. & ibi *Pegna comment.* 135. *Campegg. ad Zanchinum cap. 16 vers. rursus arbitrium iudicis.* & alij, quos adducit *Pegna ibidem comment.* 134. ergo multo magis possunt interpetrari edicta, quæ ipsi Inquisitores condiderunt.

CA-

CAPVT V.

An edicta Inquisitorum habeant vim legis perpetuæ, an vero sint sententiæ ab homine?

SVMMARIVM.

1 *Differētia inter præceptum, & excōmunicationem ab homine, & ea, quæ sunt lata a Iure.*

2 *Aliqui putant edicta Inquisitorum non esse leges perpetuas.*

Iteratio publicationis videtur signum sententiæ ab homine.

Hi vero putant obligationem denuntiandi durare vsque ad nouam publicationem.

3 *Edicta Inquisitorum esse leges perpetuas pro certo tenendum est.*

4 *Quattuor prerogatiue edicti Inquisitorum recensentur.*

5 *Edicta Inquisitorum habent omnes conditiones legis perpetuæ.*

6 *Primo; procedunt a Tribunalibus potestatē edicendi habentibus.*

7 *Lex debet ferri ab habente potestatem obligandi.*

8 *Etiam Inquisitores particulares in suis prouincijs possunt condere noua statuta.*

9 *Hæc statuta non obligarent extra Prouincias Inquisitorum, qui ea tulerunt.*

10 *Ad legem ferendam requiritur etiam intentio obligandi.*

11 *Inquisitores habent intentionem obligandi per edicta, tanquam per legem.*

12 *Præceptum potest imponi personæ particulari; lex consueuit imponi communitati.*

13 *Edicta Inquisitorum generaliter omnes obligāt.*

14 *Edictum Inquisitorum habent causam perpetuam.*

N 15 *Ite-*

15 *Iteratio publicationis nõ obstat edicti perpetuitati.*

16 *Causæ, ob quas edictum fidei quotannis publicetur.*

17 *Edicta in visitatione ab Inquisitoribus promulgata, non videntur esse leges perpetuæ.*

18 *Edicta promulgata in visitatione durant pro tempore visitationis.*

19 *Edicta promulgata ab Inquisitoribus in sua visitatione obligant ad longius tempus, quam sit tempus visitationis.*

20 *Edicta ab Inquisitoribus promulgata, ad inuestigandum authorem criminis recens patrati, nõ habent vim legis perpetuæ.*

21 *Hæc edicta obligabunt aut pro tempore in illis expresso, aut per tres mẽses, sicut edicta Episcoporum.*

22 *Expirãte obligatione horum edictorum, remanet obligatio denuntiãdi ex perpetuo generali edicto, cuius excommunicationem incurrit nõ reuelans.*

1 AD primi quæsiti solutionem prænotandum est, quod est magna differentia inter præceptum, & excommunicationem latam ab homine, & ea, quæ sunt lata a Iure per modum legis perpetuæ. Nam præceptum, & excommunicatio lata ab homine expirant mortuo, vel amoto ab officio, qui ea tulit: præceptum vero, & excommunicatio lata a Iure durant etiam post mortem, seu amotionem statuentis. *Syluester verb. excommunicatio* 1.*num*. 3 *Nauarr. cap*. 27. *num*. 2. vbi dicit esse communem, quos refert, & sequitur *Aula de censuris part*. 2. *cap*. 1. *disp*. 1. *dub. vnico vers. tertio diuiditur*. Vnde consequenter si edicta Inquisitorum essent sententiæ ab homine nõ obligarẽt ampli⁹ remoto, aut

to, aut mortuo Inquisitore.

2 Aliqui igitur putant esse sententias ab homine. ita *Auila de censuris 2. par. cap. 5. disp. 5. dub. 5.* vbi loquens de edictis Ordinariorum, & Inquisitorum sic ait: *Hæc edicta generalia nõ dantur per modum legis, & statuti, sed sunt sententiæ ab homine, ita Nauarr. cap. 27. num. 2. & probatur, nam alias non iterarentur singulis annis.* hæc Auila.

Quo vero ad duratione obligationis denuntiandi sustinet perseuerare vsque ad nouam edicti publicationem; sic enim subdit. *Edicta Inquisitorum durant per totum annum, donec iterum publicentur, itaque in quocũque tẽpore anni si sciã aliquem esse hæreticum, teneor denuntiare. Probatur, nam hæc videtur intentio Inquisitorum, cum hæc delicta sint contra bonum commune, & ita practicatur per fideles in quocumque tempore anni denuntiare huiusmodi delicta. vide P. Enriquez lib. 13. cap. 18. num. 4 litt. M.* Sic prosequitur Auila; Eũ, & Enriquez sequitur *Thomas Sanchez consil. moral. lib. 6. cap. 3. num. 3.* cuius verba sunt: *Edicta Inquisitorum durant vsque ad promulgationẽ aliorum edictorum, quia sic declaratum est ab ipsis Inquisitoribus qa cũ sẽper ipsi sint exercẽtes inquisitionem delictorum contra fidem, & ad eum finem his edictis vtantur, iuste volunt, vt semper suam vim habeãt.* Ita Sancius, qui in huius consilij principio ait, consuluisse viros Salmantinos admodum doctos, inter quos etiam Enriquez.

3 His tamen minime refragantibus pro certo, & indubitato tenendum est, edicta Inquisitorum esse leges perpetuas. Atque ita hanc sententiam, & sustinẽt Authores grauissimi, & validissimis rationibus possumus comprobare. *Suarez de fide disput. 20. sect. 4. num. 11.* ait: *Obligatio hæc vniuersalis immediate oritur ex præcepto imposito per edi-*

cta Inquisitorum, quod non minorem vim habent, quam lex Canonica: Nã Apostolica authoritate fertur; & quamuis videatur praeceptum ab homine; tamen quia Tribunal, a quo procedit perpetuũ est, ideo per modum legis perpetuo durat; sicut de bulla Coenae alias dixi. Hæc Suarez.

4 Ex quibus habes quattuor prærogatiuas, ac singulares excellentias edicti DD. Inquisitorum. primo, esse legem perpetuam. Secũdo Iuri Canonico ęquiparari. Tertio, eius originem trahi ex Apostolica Authoritate. Quarto, iterationem annuæ publicationis, quæ alioquin perpetuæ legis rationem destrueret, non obstare huic legis perpetuitati; cum hoc non obstet Bullæ cęne Domini.

Iisdem fere verbis vtitur *Trimarchus de confess. abutent. Sacram. Poenit. disp. 12. sect. 2. num. 17.* vbi, *quod hoc specialius intelligendum est de edicto Eminentissimorum Cardinalium Inquisitorum Generalium Sanctę Romanę & Vniuersalis Inquisitionis hæreticae prauitatis, facto ex ordine SS. Domini nostri Papae Vrbani Octaui.* Idem docet *Baptista Fragosus de regim. Reip. parte 1. lib. 5. disput. 12. num. 151. vers. probatur ex periculo. Edictales letterae Inquisitorum,* inquit, *habent vim legis, & perpetuo durant, quia Tribunal à quo procedunt perpetuũ est.* Omnium nouissime *Carena part. 2. tit. 9. §. 7. nu.* 34. vbi præter Suarez citat etiam *Portell. in dub. regul. in verbo, denuntiatio, num. 5. vers. Hoc tamen.* & *in verbo, sollicitare num. 17. Fagundez in secundum praeceptum Ecclesiae, lib. 4. cap. 3. num. 31. & Io. Angelum Bossium de Iubileo in appendice de Confess. sollicit. num. 77. & seq.*

5 Rationibus etiam euidentissimis ostenditur. nam edicta Inquisitorum habẽt omnes conditiones verę legis, & nihil obstat, quin leges sint, & dicantur.

6 Primo enim procedunt

dunt a Tribunalibus habẽtibus poteſtatem legum ferendarum in negotijs ad fidem ſpectantibus. Vt patet de Generali Inquiſitione Eminẽtiſſimorum Cardinalium, & de ſupremo Hiſpàniæ Inquiſitore, ex quorum preſcripto generalia edicta publicantur. *Penna in fine director in diſputat.de authoritate extrauag. nu. 7. verſ. de generalium autem Inquiſitionum ſtatutis.*

7 Lex autẽ debet procedere ab habẽte poteſtatem obligãdi, *l. 1. §. poteſt ff. de iuriſd. omn. iud. D. Thom. par. 2. quæſt. 90. art. 1. Valentia par. 2. tom. 2. diſp. 7. quæſt. 1. punct. 2. Azorius Becanus, Sotus, Caietanus, & alij apud Salas de legibus diſp. 1. ſect. 9. num. 17. & apud Suarez de legibus, lib. 1. cap. 5. num. 1.* quos citat, & ſequitur. *Bonacina tom. 2. de legibus diſp. 1. quæſt. 1. punct. 1. propoſit. vnica num. 1. verſ. dicitur ab eo.*

8 Imo vero *Ioann. Rojas in tract. de hæretic. par. 2. de priuilegijs Inquiſitorum nu. 440.* docent Inquiſitores particulares prouinciarum poſſe contra hæreticos noua condere ſtatuta in ſuis diœceſibus, augendo pęnas aduerſus eos, & addit ita tenere *Lapum, & Geminianum in cap. fin. §. ſtatuto de hæretic. lib. 6.* & optime explicari a *Gondiſaluo tract. de hæreticis q. 23. nu. 6.* Ioãnẽ Rojas citat, & ſequitur Penna *ad 3. part. director quæſt. 86. comment. 135. a verſ. ſed maior difficultas eſt.* Quod probat exẽplo Epiſcoporũ, qui aut minorẽ, aut ſaltem non maiorem Inquiſitoribus habentes iuriſdictionem, poſſint in ſuis diœceſibus condere ſtatuta. licet dicat decipi Rojas, qui pro hac ſententia Lapum, Geminianum, & Gõdiſaluum citauit, cum doceant contrariam. Idem docet *in fine directorij in diſputat. de authorit. Extrauagant. a num. 9.*

9 Quamuis hæc ſtatuta inferiorum Inquiſitorum non obligẽt extra ſuas prouin-

uincias; quia & si Iudices inferiores potestatem habeant condendi leges; tamē vbi eas cōdiderint, vniuersales non sunt, neque extra suum territorium earum virtus egreditur, *cap. 2. de const. lib. 6.* & ibi *Lap. Abb. Archid. Gemin. Ioan. Andr.* & alij, quos citat *Barbosa num. 1. d. cap. 2.*

10 Secundò, quia ad legem ferendam non solum requiritur potestas legum ferendarum, sed etiam intentio legislatoris ad obligandum ex vi perpetuæ legis, *Bonacin. num. 1. cit: vers. ex quo patet*, cum alijs ab ipso citatis.

11 Hanc autem intentionem habere in suis edictis Inquisitores, tum Authores supra relati *num 3.* docent, tum legenti edicta Inquisitionis Hispaniæ, ac Italiæ satis manifestum apparebit.

12 Tertio, quia hæc est differētia inter legē proprie acceptā, & præceptū. quod pceptū imponi potest psonæ particulari, lex vero communitati cōsueuit imponi, *Bonacina tom. 2. de legib⁹ dis. 1. q. 1. pūct. 1. propos. vnica nu. 3.* vbi citat *Suarez lib. 1. de legibus cap. 6. nu. 2.*

13 At obligatio denuntiandi per edicta Inquisitorum semper, ac perpetuo adeo generalis est, vt etiam ipsos Reges, atq; Imperatores, personas etiam quacumque authoritate, aut dignitate Ecclesiastica fulgentes, atque etiam ipsos Regulares liget, & adstringat, vt suis locis planum fiet.

14 Quarto, quia in eo differt edictum perpetuū, & quod habeat vim legis ab edicto temporali, quod illud debet habere causam, ob quam publicatur, constantem, ac perpetuo duraturam, scilicet bonum, & vtilitatem publicam, vt *cap. 4.* huius quæstionis *num. 7.* docuimus; at edictum Inquisitorum perpetuam habet causam, nimirum fidei integritatem tuendam, ac eius hostes puniēdos, atque abolendos.

15 Ne-

15 Neque obstat, quod edicta Inquisitorum singulis annis publicentur; nam hæc iteratio publicationis non fit ad iterandam obligationem denuntiandi extinctam, vt bene notant citati Authores num. 3. & ostendunt exemplo bullæ Cœnæ Domini, quæ licet quotannis publicetur, tamen habet vim legis perpetuæ, vt se docuisse testatur Suarez loco citato, & docet Bonacina.

16 Sed fit tum vt fideles semper magis, & magis incitentur ad satisfaciendum obligationi, qua perpetuo tenentur; tum etiam ne longo tractu temporis intercedente, fideles eorum, quæ denuntiare tenentur, obliuiscantur, vt bene notatur in notatiuncula quadam, quæ in instructionibus Sancti Officij præcedit instructionem formæ seruandæ in edictis publicandis, cuius verba sunt. *Como el distrito desta Inquisicion es tan grãde es fuerça, que nuestras occupaciones lo sean, y la assistencia en el Tribunal muy precisa, cõ la qual las visitas que acostũbramos hazer leyendo los editos de la Fè, por los Obispados, no pueden ser tan continuas, que no temamos, que muchos de los fieles Christianos esten en ignorançia de las cosas, que extan prohibidas por el Sancto Officio, y de la obligaçion, che tienen en manifestar en el qualesquiera dellas, &c.*

17 Hæc autem licet clara, & perspicua sint si referantur ad edicta vel gratiç, vel quæ singulis annis publicantur; quæ veræ legis cõditiones participare certo videntur; tamen non parum difficultatis continent, si ad edicta, quæ vel in visitatione suæ prouinciæ, vel ex quodam enormi crimine nouiter incidẽti (de quibus edictis dictũ est *cap. 3. num.* 11. huius quæstionis) ab Inquisitoribus promulgantur accomodare conemur.

18 Nam edicta quæ publicantur tempore visitationis durare pro tempore visita-

visitationis cõmuniter docent Doctores, *Auila, loc. citat. Enriquez* vbi supra, qui citat *Armill. tract. excom.* §. 34. Pennam consultum, & quendam recentiorem suppresso nomine, *quia non æquiparantur*, ait, *excommunicationi iuris, vt durent toto anno, & per totam vitam*.

19 *At dũ Inquisitor (*prosequitur Enriquez*) visitat pro causa fauorabili fidei, vt habet maius territorium, ita obligatio denuntiandi longiori tempore durat, sed nouo præcepto edicti non intendit obligare pro toto anno, & prudens perpendet quanto tempore duret noua obligatio, dũ promulgat edictũ per præcipuas parochias. Penna, & recentior quidam negant obligationem pro toto anno.* Hæc Enriquez. Idem docet *Suarez tom. 5. de censuris disp. 20. sect. 3. num.* 14.

20 Multo minus videntur habere posse vim legis perpetuæ edicta, quæ in aliquo speciali casu publicantur ad reuelandum authorem peculiarem criminis recens commissi, cum, vt supra diximus num. 12. leges vniuersales esse debent, vt a præcepto distinguantur.

21 Vnde huiusmodi edicta aut obligabunt pro tẽpore in ipsis expresso, & statuto ad reuelandum; aut ad summum per duos, aut tres menses. pro quanto solent obligare edicta Ordinariorũ generalia lata per modum præcepti, non legis, & statuti vt docent supra relati Authores locis citatis. Vnde edicta, quæ leguntur in quadragesima, cum legantur per modum visitationis, tantum durant pro tempore, quo durat præceptum cõfessionis, scilicet vsque ad Dominicam de Quasimodo, vel saltem vsque ad Pentecosten; quapropter qui post hoc tempus transactum nouit aliquem esse concubinarium, non tenetur denuntiare, & consequenter ad supradicta qui sciret post tempus, pro quo obligabant huius-

modi

modi edicta Inquisitorum, aliquem esse hereticum nõ teneretur ex præcepto horum edictorum reuelare, neque in excommunicationem incurreret.

22 Sed hæc omnia breuiter diluuntur. Nam licet concedamus hæc edicta non habere vim legis, sed solum præcepti, & eorum obligationem expirare; tamen semper remanet obligatio denuntiandi ex vi edicti generalis, quod singulis annis publicatur, cuius excommunicationẽ incurrerent sciẽtes in quouis tempore, ac non reuelantes.

Edicta enim, quæ aut in visitatione, aut pro vt res incidit publicantur non extinguunt obligationem ex edicto perpetuo deriuantem, sed nouam temporaneam inducũt & non reuelantes dupplici excõmunicationis vinculo innodantur, vt ostendemus in sequenti quæstione. Aggrauant vero Inquisitores idem crimen nouis censuris tum vt seueritate pœnæ magis territi, & confusi nõ non obtemperãtes facilius obtemperent, tum quia in his edictis preter pœnarum terrorem solent etiam proponere criminis impunitatem; & præmia denuntiationis, vt diximus *cap.* 3. *huius quæstionis num.* 11.

CAPVT VI.

An edictũ fidei sit necessario publicandũ, qua forma præsertim a Commissarijs debeat publicari, quo inter se ordine debent assistere publicationi ministri, & familiares, & an Inquisitores possint pręcipere sub pœna excommunicationis, vt Clerus, & populus assistant publicationi.

O SVM-

SVMMARIVM.

1 Promulgatio est de ratione legis, vnde fidei edictum promulgandum est.
2 Edictum fidei promulgari debet in Ciuitatibus, etiam Commissariorum, & in Conuentibus Religiosorum, ac Religiosarum.
3 Lex debet publicari in locis ab ipsa lege præscriptis.
4 Edictum Inquisitorum comparari potest legibus Imperialibus.
5 Commissarii, & ministri debent assistere publicationi edicti.
6 El Alguazil maior vulgo dictus Capitaneo debet assidere proximus Commissario in publicatione edicti.
7 Hūc sequi debet Notarius, seu Cancellarius.
8 Rõnes, ob quas Personæ honestæ debeāt præcedere familiaribus in cōsessu publicationis edicti.
9 Inquisitores possunt cogere Clerum, & populum sub pæna excommunicationis, vt assistat edicti publicationi.

1 Dico primo edictū, quod singulis annis promulgatur, cum habeat vim perpetuæ legis, vt capite superiori probauimus, necessario publicandum est, cum de ratione legis sit promulgatio. *D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4, Syluester verb. lex quæst. 6. Nauarr. in manuali cap. 23. num. 44. Vasquez 1. 2. disp. 155. cap. 2. Azorius p. 1. lib. 5. cap. 3. quæst. 1. Molina tract. 5. iurisdit. disp. 70. nu. 1.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Bonacina de legibus tom. 5. disp. 1. quæst. 1. pūct. 4. proposit. vnica num. 6.*

2 Publicatio autem edicti facienda est non solum in singulis ciuitatibus, in quibus Inquisitores degūt; sed etiam in omnibus locis, in quibus præsunt Inquisitorum Commissarij, Imo vero etiā per singulos Cōuentus

uentus Religioſorũ, ac Religioſarum, vt præſcribitur in inſtructione edicti publicandi, quæ habetur in inſtructionibus S. Officij.

3 Quamuis enim leges, ſeu conſtitutiones, quæ feruntur ab aliqua ciuitate, Epiſcopo, vel prælato, aut Principe inferiore, promulgandæ ſint ſolum in ipſo populo, vel Ciuitate, vel curia Principis, vel Epiſcopi, vt ex Doctoribus ſtatim citandis docet Bonacina *loc. cit. num.* 16. Et legum Imperialium publicatio facienda ſit ſolum in ſingulis prouincijs; tamẽ hæc procedunt, niſi aliter in ipſamet lege præſcribatur, vt docent *Sotus* 1. *de iuſtitia, quæſt.* 1. *art.* 4. *poſt tertiam conclusionem, Syluester verb. lex quæſt.* 3. *Azorius lib.* 5. *cap.* 3. *dub.* 2. *Salas de legibus, diſp.* 12. *ſect.* 2. *num.* 11. *Clauis regia lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. *verſ. ſecundo requiritur. Suarez lib.* 3. *de legibus cap.* 16. *num.* 7. & 8. vbi teſtatur hanc eſſe communem ſententiam.

4 Et ſic, licet edictum fidei cum feratur vel a Sacra Congregatione Eminẽtiſſimorum Cardinaliũ, vel a ſupremo Hiſpanicæ Inquiſitionis Inquiſitore, quorum imperijs ſubſunt tot Orbis Prouinciæ, deberet promulgari ad inſtar Imperialium legum promulgationis, tamen ſeruãda eſt forma in ipſo edicto præſcripta, & determinata.

Formam vero, rithus, & cerimonias ſeruandas in edicti publicatione per prouincias Hiſpaniæ habes expreſſas in inſtructione ſuprarelata, & in ea, quæ cõmiſſarijs ſolet tradi.

Formam itidem obſeruandam in Ciuitatibus Italiæ habes determiatam, & præſcriptam in calce ipſius edicti, quod e præſcripto S. C. ſupremæ Inquiſitionis per Italiam promulgatur. quod per extenſum ponit *Carena* 2. *par. tit.* 9. *§.* 7.

5 Dico ſecundo. Quæ perſonæ, & quo inter ſe ordine debent aſſiſtere edicti publicationi in eadem

 inſtru-

SVMMARIVM.

1 Promulgatio est de ratione legis, vnde fidei edictum promulgandum est.
2 Edictum fidei promulgari debet in Ciuitatibus, etiam Commissariorum, & in Conuentibus Religiosorum, ac Religiosarum.
3 Lex debet publicari in locis ab ipsa lege praescriptis.
4 Edictum Inquisitorum comparari potest legibus Imperialibus.
5 Commissarii, & ministri debent assistere publicationi edicti.
6 El Alguazil maior vulgo dictus Capitaneo debet assidere proximus Commissario in publicatione edicti.
7 Hũc sequi debet Notarius, seu Cancellarius.
8 Rõnes, ob quas Personae honestae debeãt praecedere familiaribus in cõsessu publicationis edicti.
9 Inquisitores possunt cogere Clerum, & populum sub poena excommunicationis, vt assistat edicti publicationi.

1 Dico primo edictũ, quod singulis annis promulgatur, cum habeat vim perpetuae legis, vt capite superiori probauimus, necessario publicandum est, cum de ratione legis sit promulgatio. *D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4, Syluester verb. lex quaest. 6. Nauarr. in manuali cap. 23. num. 44. Vasquez 1. 2. disp. 155. cap. 2. Azorius p. 1. lib. 5. cap. 3. quaest. 1. Molina tract. 5. iurisdit. disp. 70. nu. 1.* cum alijs, quos refert, & sequitur *Bonacina de legibus tom. 5. disp. 1. quaest. 1. pũct. 4. proposit. vnica num. 6.*

2 Publicatio autem edicti facienda est non solum in singulis ciuitatibus, in quibus Inquisitores degũt; sed etiam in omnibus locis, in quibus praesunt Inquisitorum Commissarij. Imo vero etiã per singulos Cõuentus

tientus Religioforũ, ac Religiofarum, vt præfcribitur in inftructione edicti publicandi, quæ habetur in inftructionibus S. Officij.

3 Quamuis enim leges, feu conftitutiones, quæ feruntur ab aliqua ciuitate, Epifcopo, vel prælato, aut Principe inferiore, promulgandæ fint folum in ipfo populo, vel Ciuitate, vel curia Principis, vel Epifcopi, vt ex Doctoribus ftatim citandis docet Bonacina *loc. cit. num.* 16. Et legum Imperialium publicatio facienda fit folum in fingulis prouincijs; tamẽ hæc procedunt, nifi aliter in ipfamet lege præfcribatur, vt docent *Sotus* 1. *de iuftitia, quæſt.* 1. *art.* 4. *poſt tertiam concluſionem, Sylueſter verb. lex quæſt.* 3. *Azorius lib.* 5. *cap.* 3. *dub.* 2. *Salas de legibus, diſp.* 12. *ſect.* 2. *num.* 11. *Clauis regia lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. *verſ. ſecundo requiritur. Suarez lib.* 3. *de legibus cap.* 16. *num.* 7. *&* 8. vbi teftatur hanc effe communem fententiam.

4 Et fic, licet edictum fidei cum feratur vel a Sacra Congregatione Eminẽtiffimorum Cardinaliũ, vel a fupremo Hifpanicæ Inquifitionis Inquifitore, quorum imperijs fubfunt tot Orbis Prouinciæ, deberet promulgari ad inftar Imperialium legum promulgationis, tamen feruãda eft forma in ipfo edicto præfcripta, & determinata.

Formam vero, rithus, & cerimonias feruandas in edicti publicatione per prouincias Hifpaniæ habes expreffas in inftructione fuprarelata, & in ea, quæ cõmiffarijs folet tradi.

Formam itidem obferuandam in Ciuitatibus Italiæ habes determinatam, & præfcriptam in calce ipfius edicti, quod e præfcripto S. C. fupremæ Inquifitionis per Italiam promulgatur. quod per extenfum ponit *Carena* 2. *par. tit.* 9. *§.* 7.

5 Dico fecundo. Quæ perfonæ, & quo inter fe ordine debent affiftere edicti publicationi in eadem

instructione Hispana declaratur ibi, *Assistiran a la solennydad, y hara cabeça el Commissario, sin que se consienta, que ninguno que no sea Ministro tenga assiento*. Primum igitur locum occupabit Commissarius penes quem sedebunt Ministri. Ministrorum nomine veniunt el Alguazin mayor vulgo in hoc regno dictus, el Capitano, Notarius, Personæ honestæ Familiares.

6 Hinc orta est competentia inter hasce porsonas quis debeat proximior Cõmissario assidere, quis sequi. Et ꝙ Alguazirius maior vulgo dictus, el Capitanio, o luogo tenẽte di Capitanio debeat cœteris præcedere non dubitatur, cum virgam, quæ insignia est Iurisdictionis Santi Officij ferat; & in tribunalis post aduocatum fiscalem, & Iudicem bonorum confiscatorum primum locum obtinet.

7 Neque itidem dubitandum videtur, quod immediate sequi debeãt Notarij, siue Cancellarij. Nam hi ex priuilegijs expressis Pontificum. *Pij IV. & Iulij III.* fuerunt constituti, vt ostendit *Carena par. 1. tit. 12. §. vnico, num. 2* & licet in aliquibus locis sint personæ sæculares, tamen possunt eligi Ecclesiastici, vel Regulares, *Penna comment. 67. p. 3. vers. Cæterum hodie. Farinaccius* cum ijs, quos cumulat, *de hæresi q. 185. num.* 10. & alij citati *a Carena* ibidem. Ad hæc Notarij non solum assistunt Cõmissario prima denuntiatione, ac testium receptione; Sed etiam in ratificatione: Personæ vero honestæ solũ in ratificatione.

8 Difficultas est inter familiares, & personas honestas. Hi enim multo habẽt pro se præcedentiæ cõgruitates. Nam primo, Personæ honestæ, sunt expressim a Iure nominatæ a *Clemente Papa IV. in cap. vt officiũ de hæreticis, §. verum quia,* ibi: *Volumus, & mandamus, vt in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto*

dicto, ipſumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religioſas, & diſcretas perſonas, in quarum præſentia per publicam (ſi commodè poteſtis habere) perſonam, aut per duos viros idoneos fideliter depoſitiones teſtium recipiatis.

De quibus Perſonis honeſtis tractant *Simãchas de catholic. tit. 63. num. 9. 21. & 22. Gundiſaluus in tract. de hæretic. q. 13. num. 18. Eymeric. in director Inquiſitor. par. 3 tit. quot perſonæ eſſe debent in examine teſtiũ &c. a num.* 81. vbi *Penna comment.* 20. *Rojas ſingul.* 187. *Menoch. conſil.* 149. *nu.* 18. *Decian. in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 4. *& cap.* 24. *num.* 26. *Farinacc. de hæreſi q.* 188. *§.* 1. *num.* 33. quos cumulat *Barboſa in d. cap. vt officium num. 6.*

Secundo quia cum ſint conſcij ſecretarum depoſitionũ videtur magis accedere ad Inquiſitorum officium. Et poſſunt eſſe Religioſi, aut Clerici, & etiam laici, vt putat Diana *p.* 4. *Tract.* 8. *Reſol.* IV. Vnde fulgorem quodam alicuius dignitatis præ familiaribus magis effulgent. Regula autem a DD traditur, quod vbi certa conſuetudo non adeſt, tunc præcedentia debetur habenti maiorem dignitatem, *Bald. l. obſeruare §. Antequam, ff. de officio Proconſulis, Auend. de exequendis mandatis Regis p. p. cap.* 19. *num.* 16. *Anna conſil.* 40. *num.* 1. *cum alijs relatis a Carena p. par. tit.* 8. *§.* 3. *num.* 17.

9 Dico tertio. Inquiſitores poſſunt precipere ſub pæna excommunicationis, vt Clerus, & populus aſſiſtat edicti publicationi, & concioni, quæ fit in ipſius promulgatione. ita *Simanchas de catholic. inſtitut. tit.* 34. *num.* 24. *Ioann. Rojas de hæretic. par.* 2. *num.* 425. & habetur *in cap. vt commiſſi, de hæreticis in 6.* & ita ſeruari de conſuetudine Tribunalis teſtatur *Repertor. Inquiſitor. verb prædicare, num.* 2. & nouiſſime hanc ſententiam tenet *Alphonſus*

phonsus Narbona in recopil. lib. 4. tit. 2. leg. 20 gloss. 22. num. 65. Vnde in terminis recte a fortiori concludit *Auila de censuris part. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 3.* quod præceptum Inquisitorum sub excõmunicatione, vt omnes confluant in templum ad audiendum edictum fidei, obligat sub mortali, quia est ad exaltationẽ ipsi⁹ fidei, & vt sciant homines quæ sint denuntianda Inquisitoribus, quos omnes citat, & sequitur *P. Diana part. 4. tract. 8. resolut. 89.* contra *Angelum in summ. tom. 1. verb. Inquisitor nu. 9.* immo ex priuilegio Apostolico indulgentias dictis functionibus assistẽtibus cõcedere possunt dierum 40. vt ex *Eymerico, Penna, & Zanardo notat Carena p. p. tit. 5. §. 13. num. 49.*

CAPVT VII.

Quot præcæpta in edictis Inquisitorũ continetur, & eorum perbreuis declaratio proponitur.

SVMMARIVM.

1 *Qvattuor mãdantur obseruari in edicto Generalis Inquisitionis* Hispaniæ.

2 *Primum est, denuntiatio delictorum quæ contra fidem Catholicam committuntur.*

3 *Hui⁹ præcepti explicatio*

4 *Secundo prohibetur correctio fraterna ante denuntiationem.*

5 *Probibitio correctionis intelligenda est, non vt sit omnino correctio omittenda, sed vt non omittatur denuntiatio prætextu correctionis factæ aut faciendæ.*

6 Ra-

denuntiationem esse diuersa a præcepto denuntiandi non satis clarum est.

22 *Probabilius tamen est, quod sint diuersa, suadetur.*

PRæsens quęstio sicut pręcedentibus satis est cohœrens, ita est omnium vtilllima, ac necessaria. Plura enim in suis edictis Inquisitores pręcipiũt, quorum singula sint nec ne pręcepta inter se distincta, nec satis liquet, nec ab aliquo (quod memoria teneam) pertractatur. Singulorum etiam mens non bene percepta multorum animos agitat, & turbat.

1 Quamobrem attentis ijs, quę in edicto Generalis Inquisitionis Hispanię continentur, quattuor obseruanda mandantur.

2 Primum est; quod denuntientur, & reuelentur tum omnia delicta speciatim in edicto expressa, & signata; tum quęlibet alia his similia contra fidem Catholicam commissa. patet ex sequentibus verbis paragraphi ipsius edicti supracitati, ibi: *Mandamos a todos, y qualquier de vos, que si supieredes o vieredes visto, o oydo dezir, que alguna persona aya dicho, tenido, o afirmado algunas cosas de las arriba dichas y declaradas, o otra qualquier, que sea contra nuestra Santa fè Catholica, y lo que tiene predica y enseña nuestra Sãta madre Iglesia de Roma, assi de viuos, præsentes, o ausentes, come de defunctos, sin communicarlo con persona alguna (porque assi conuiene) vengays, y parezcays ante nos personalmente a dezirlo, y manifestar lo dentro de seys dias prime os siguentes, despues que esta nuestra carta fuere leyda, y publicada, o como della parte supieredes en qualquier manera, con apercibimiento que vos hazemos, que passando il dicho termino, lo suso dicho no cũpliendo. Demas que aueis incurrido en las dichas penas y censuras, procederemos contra*

tra los que rebeldes, e inobedientes fuerdes, como contra perſonas, que maliciosamente callan, y encubren las dichas coſas, y ſienten mal de las coſas de nueſtra Santa fe Catholica, y Cenſuras de la Igleſia.

3 Ad cuius pręcepti intelligentiam notanda ſunt hęc.

Primo generaliter pręcipitur de omnibus delictis patratis contra fidem Catholicam, ſiue ea in edicto contineantur, ſiue non. Secundo generaliter omnibus quibuſlibet perſonis dirigitur pręceptum hoc; ibi: *a todos, y qualquier de vos*. Tertio, generaliter pręcipitur de omnibus quibuſcumque perſonis denuntiandis, ibi *aſſi de viuos, praſentes, o auſentes, como de difunctos*. Quarto, mandatur vt reuelatio fiat perſonalis, ſcilicet non per aliam perſonam, aut per litteras, ibi: *parez cays ante nos perſonalmente*. Quinto, præſcribitur tẽpus, intra quod obligationi denuntiandi ſatis fieri debet, ſcilicet intra ſex dies, ibi: *dentro de ſeys dias primeros ſiguientes*. Quę omnia pertinent ad primũ pręceptum, quod eſt denũtiandi ſimpliciter. Vltimo cauetur huiuſmodi pręceptum pœnarum temporalium, ac ſpiritualium comminatione, ibi: *Demas que aureys, &c.*

Cœterũ de perſonis, quę denuntiare tenentur, aut quas denuntiare tenemur, de modo, ac tempore faciendę denuntiationis, in ſuis proprijs quęſtionibus, & capitibus dicetur.

4 Secundo prohibetur, ne quis priuſquam denuntiet Inquiſitoribus aliquod crimen, ſecreto, ac fraterne reum criminis audeat corripere, ſed ſtatim illud ad Tribunal Sancti Officij deferat. Continetur hoc præceptum in illis verbis *Sin comunicarlo con perſona alguna (per que aſſi conuiene) vengays, y parezcays ante nos*. Eadem prohibitio exprimitur in inſtructione quadam Inquiſitionis, quæ

posita est subsequenter ad edictum fidei, ibi: *Y assimismo se aduertira, que los que tuuieren que dezir alguna cosa de las contenidas en los edictos, han de yr a declararlas ante el Commissario, sin communicarlas con persona alguna, antes ni despues de hauerlas declarado.*

5 De hoc præcepto celeberrima quæstio instituta a nobis est in postrema parte huius operis: sed hic ad eius intelligentiam rectè, clareque obtinendam, aliquid est dicēdum, & singulæ eius particulæ, obseruatione dignissimæ explicandæ, ac ponderandæ sunt.

Notandū igitur est Primo quod cum Inquisitores aut Ordinarij præcipiunt denuntiationem prohibita premissione correctionis fraternæ, hoc non debet intelligi, vt omnino sit prætermittenda fraterna correctio, & absolute prohibita sit, sed vt ne titulo faciēdæ, aut factæ correctionis denuntiatio prætermittatur. Atque adeo si quis ante quam hæreticum, aut suspectum de hæresi denuntiaret, secreto, fraterneque corrigeret ea intentione, ac voluntate, vt etiam correctum denuntiaturus sit satisfaceret obligationi huius præcepti. Et talē esse huius præcepti mentē docet *Sāchez in selectis disp.* 11. *num.* 58. quem sequitur *Trimarchus de confessat. abut. Sacram. pœnit. disp.* 12 *sect.* 2. *num.* 21.

6 Ratio est; quia & si Inquisitores intendunt vindictam criminis, tamen emēdationem non solum non contemnunt, imo vero diligenter procurant, ipsamque vindicem pœnam ad emendandū dirigunt. Quapropter si conscius criminis sperat fore, vt suasionibus, atque præmonitionibus frater & si emendandus omnino non sit, commouendus saltem erit, atq; animandus, & excitandus quandoque, vt sponte, ac voluntarie, denuntiationē præueniendo, ad Inquisitorum pedes sese proijciat, & ob-

& obuoluat, eaque promptitudine tum aptiorem se ad gratiam cœlitus suscipiendam reddat, tum pœnas suo crimini debitas diminuat, hoc sane, & præcepto Caritatis satis consonum, ac conforme videtur & Inquisitorum mandatis nequaquam aduersatur.

7 Et in hoc casu non solum adesset facultas, sed etiam obligatio corrigendi fratrem. Quia quoties stãte præcepto Inquisitorum, habet etiam locum, & vrget præceptum Caritatis, toties instat obligatio vtrique præcepto obediendi: At in hoc casu viget obligatio naturalis, ac Diuinæ Caritatis, cum fraterna correctio coadiuuet finem faciendæ denũtiationis, ergo ex obligatione esset præmittenda, vt ijdem citati Authores significant.

8 Verum hæc intelligẽda sunt, dummodo ex correctione non sit timẽda fuga delinquentis, aut aliud nocumentum. Tunc enim correctio esset & fratri inutilis, & Reipublicæ damnosa. Quare in hoc casu omnino omittenda est fraterna correctio, & statim delinquens reuelãdus, & peccaret si quis illum præmoneret, etiã cum firmo proposito eum denuntiandi. vt recte etiam aduertit Trimarchus ex Sanchez loc. cit.

9 Addo ego etiam, vt nullo pacto totus ordo fraternę correctionis ante denuntiationem præmittendus sit, sed solum aliqua præmonitio adhibenda; alioquin, vt suo loco fuse ostendendum est, ex longa temporis mora, quæ ad ordinem hunc seruandum necessario consumenda esset, Reipublicæ periculum pararetur.

10 Secundo notandum est; quod huius pręcepti conuenientia in edicto obscure assignatur. ibi: *sin comunicalo con persona alguna (porque assi conuiene) vengayis. &c.* Conuenientia igitur huius pręcepti statuendi, ac fundandi in

his fundamentis stabilita est. Primo, quia de hęreticis, ac suspectis de hęresi nulla omnino concipienda est spes emendationis, ac proinde non est immorandum in vana, atque otiosa correctione. Secũdo; quia experiẽtia satis docet, quod pręmoniti delinquẽtes potius pręmuniuntur ad fugam, quam ad se sponte prodendos excitantur. Cũ igitur de tam graui Reipublicę periculo dubitetur superiorum munus, & officium est, vt hoc negotium pleniori potius cautione, quam minori prudentia moderentur.

11 Tertio ab Inquisitobus prohibetur omnis consultatio, & communicatio cum alia persona, quam cum Inquisitore, ad petẽdum consilium, antequam fiat denuntiatio. Quę prohibitio continetur in ijsdẽ verbis in quibus prohibetur fraterna correctio. Sed in versione italica exp̃ssiora quędam verba apponũtur, cum addatur: *Et allora, che lo manifestarete, & reuelarete nel Santo Officio della Inquisitione, si vedrà se è caso pertinente a quello.* Sed circa germanum sensum huius pręcepti aliqua sunt dicenda.

12 Nota igitur primo, quod quando Inquisitores mandant denũtiationẽ sibi fieri delictorum in suis edictis expressorum, absque eo, quod cum alio communicetur, hoc intelligi debet de delictis, quę tibi certo constat in edictis contineri, quęque tibi mãdantur denuntiari. Nam si dubius es, an peccata, quę scis, sint contenta in edictis, vel non, poteris absque dubio consulere confessarium, vel virum doctũ; neque hanc communicationem intendunt Inquisitores prohibere. *Ita Castropalao p. par. oper. moral. tract. 6. disp. 3. punct. 14. num. 11.* & citat *Sanchez Select. disput. disput. 11. num. 57. Bannez 2. 2. q. 33. art. 8. dub. 2. ad 7. argum. Bernardin. de Areualo de correct.*

fra-

fraterna fol. 188.

13 Sed vt rem hanc, quã nimis ieiune tetigit Caſtropalao, ad euellendos quãplures ſcrupulos, quibus aliquorum animi ex rerum ignoratione grauiter quandoque exagitantur, aduertendum eſt; quod quadruplex dubium poteſt in vniuerſum in hac materia occurrere. Primum eſt, poſito quod ego ſciã aliquod delictum eſſe ab aliquo cõmiſſum, quod etiam ſcio expreſſe in edicto contineri, & dubito tamẽ an priuſquam illud reuelem debeã, ad procedendum cautius, illud cum Confeſſario, vel viro quodam docto communicare. Et in hoc caſu prohibetur ab Inquiſitoribus communicatio; quia non eſt amplius cõſilio locus eorum, quę ſunt in edicto pro deciſis expreſſa.

14 Secundum dubium eſt; cum ſcio commiſſum delictum, quod ſcio non eſſe ex contentis in edicto, ſed dubitari tamen rationabiliter poteſt, an ſit ad ea reducibile, cum videatur quamdam hęreſis ſuſpicionem pręſeferre. Qualis eſſet fractio ſigilli Sacramentalis, aut abuſus aliorum Sacramentorum, quam Sacramenti pœnitentię. Et in hoc caſu videtur etiam prohibita conſultatio ex verbis edicti, ex Hiſpano Idiomate in Italum ſermonem verſi, ibi: *Et allora, che lo manifeſtarete, & reuelarete nel S. Officio della Inquiſitione, ſi vederà, ſe è caſo pertinente a quello*. Quare verba non poſſunt intelligi de delictis in edicto expreſſatis, & contentis, quia de his non eſt dubium ad Sanctũ Officium pertinere; quapropter, vt aliquid operentur, deberent intelligi de alijs delictis, quę in edicto non continentur, & de quibus dubitari poteſt, an ad Inquiſitorum iuriſdictionẽ pertineant.

Sed reuera licitum eſſe in hoc caſu Confeſſarium, vel viri alicuius docti ſapientiam conſulere, dubitandum non videtur. Eo enim

enim ipso, quod delictum non continetur in edictis, & adsit ratio dubitandi, an ad delicta in ipsis contenta reduci debeat; videtur necessaria, ne dum licita cōsultatio. Et de facto videmus, quod aliqua delicta, de quibus merito dubitatio cadere potest, ad Inquisitores non spectant, vt est fractio sigilli Sacramētalis. Neq; in hoc verba edicti refragari censenda sunt, possunt enim etiam referri, ad crimina in ipso edicto comprehensa. Sunt enim aliqua, de quibus dubitatur, an pertineant ad Inquisitorum cognitionem priuatiue ad alios.

15 Tertium dubiū oriri potest in hac materia; cum quis scit alicuius crimen, quod etiam scit ad iurisdictionem S. Officij spectare; sed dubitat; an delinquens delictum illud commiserit eo animo, vt in suspicionē hæresis ex delicto possit peruenire. Nam sunt quædam delicta, quæ ex animo committentis, non ex sui natura habent coniunctam hæresis suspicionem; & si ex sui natura suspicionem traherent, tamen ex defectu plenæ cognitionis, aut deliberationis in committente, suspicio hæresis arguenda non esset. Vt si quis lubrico linguæ, feruore subitæ iracundię etiam hæreses proferret. Et in his casibus, quomodo segerere debeat denūtiator non est huius loci, sed in præcipua quæstione docebimus.

16 Quartum dubium est facti non iuris. quando scilicet certo non constat mihi, an delictum huiusmodi quis commiserit: aut enim non bene audiui, aut non satis recordor. Et in hoc dubio nulla est obligatio denuntiandi, quia oportet certo constare de delicto, quod denuntiari debet, vt suo loco plenius.

Verum est, quod si recordetur alios fuisse præsētes delicto, de quo ipse dubitat, an certo fuerit patratum; posset tunc eos prudenter interrogare, vt certus

tus

tus reddatur, & non ſtatim Inquiſitoribus nulla diligẽtia adhibita nomen illius denuntietur.

17 Quartum præceptũ eſt, quo prohibẽtur Cõfeſſarij abſoluere eos, qui vel huiuſmodi delicta commiſerunt, vel ſciunt alios cõmiſiſſe, & eos adhuc non denuntiarunt. Quapropter iniunguntur Confeſſarij eos ante abſolutionem ad Inquiſitores remittere vt denuntient eas perſonas quas ſciunt talia commiſiſſe; tale præceptum continetur expreſſe in illis verbis. *Y porquanto la abſolucion del crimen y delicto de la heregia, nos eſta eſpecialmente reſeruada, mandamos, y prohibimos ſola dicha pena a todos, y qualeſquier Confeſſores, Clerigos, o Religioſos, que no abſueluā a perſona alguna, che cerca de lo ſuſo dicho eſte culpada, o no huuiere dicho, o manifeſtado en el Santo officio, lo que dello ſupiere, o huuiere oydo dezir, antes la remittan ante nos, para que ſabida, y auerigua-da la verdad, los malos ſean caſtigados, y los buenos, y fieles Chriſtianos conoçidos, y honrados, y nueſtra Santa fe Catholica augmentada, y enſalçada.*

Ampliora verba habentur in edicto generali, quod ſolet in Italia publicari ex præſcripto Sacrę Congregationis Santi Officij de Vrbe. & refertur a *Carena part.2.tit.9.§.7.* ea vero hęc ſunt: *Et perche dall'opera de Confeſſori in queſti particolari dipende grandemente il ſeruitio di Dio, & il bene priuato, & publico, Comandamo a tutti li Reuerendi Confeſſori, che nel miniſtrare il Santiſſ. Sacramento della penitenza, vſino con gli loro penitenti quella diligenza d'interrogationi ſopra tutti li ſudetti capi, che ſtimaranno reſpettiuamente neceſſaria alle perſone coſi de principali delinquenti, come de partecipi, & conſapeuoli in qualſiuoglia modo di eſſi delitti; & ſotto la detta pena di ſcommun.ca di lata sẽtenza come di ſopra, alli me-*

deſimi

desimi Confessori comandiamo, che non ardiscano d'assoluere quelli, che trouaranno delinquenti, o partecipi, ouero consapeuoli come sopra, ne sopra detti capi, essendo, che sono incorsi nelle censure della S. Sede a suoi delegati reseruate.

18 Idem pręceptum, & quidem acerbiori quadam seueritate, atque grauitate sermonis inculcatur *a Gregorio Papa XV. in constitutione edita contra sollicitantes in confessionibus. Mãdantes,* inquit, *omnibus Confessarijs, vt suos pœnitentes, quos nouerint fuisse ab alijs, vt supra sollicitatos, moneãt de obligatione denuntiandi sollicitantes, seu vt præfertur tractantes, Inquisitoribus, seu locorũ Ordinarijs prædictis, quod si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint non teneri ad denuntiandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, vt supra, ijdem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant.* hęc Gregorius.

19 Reliquum est, vt videamus, an hęc quattuor, quę pręcipiũtur, sint quattuor pręcepta inter se distincta, & seiuncta, ita, vt quis eorum singulis cõtraueniens, preceptum diuersorum transgressor constituatur, & singulas culpas mortales committat.

20 Perspicuũ est, quod pręceptum latum Confessarijs sit distinctum, ac diuersũ a cœteris, cũ & personę, & materia, & finis pręcepti sint longe diuersa, ac separata. In illis enim pręcipitur omnibus generaliter, in hoc solis Confessarijs: in illis pręcipitur denuntiatio, & prohibetur pręmonitio, ac consultatio; in hoc prohibetur ante denuntiationem, (modo suo loco explicando) a peccatis absolutio.

21 Cœterum difficultas est circa prohibitionem corrigendi. atque consultandi respectu pręcepti denuntiandi. Nam quod nõ communices, neque consultes ante denũtiationem viden-

videntur potius pręcepti de denuntiando circũstantię, quam noua, diuersaque pręcepta.

22 Verum non immerito arbitror dicendum, nouam in his verbis esse duorum pręceptorum cõstitutionem. Primo, quia Authores de vtrisque, differentes, tanquam de diuersis, ac distinctis pręceptis differere videntur, vt attente legenti manifestum fiet. Secundo, quia circũstantię pręcepti quando mutant speciem actus moralis, tunc multiplicant pręcepta, & transgressiones pręceptorũ, *vt Suarez docet tom, 5, de censuris, disp. 5. sect. 8. num. 13.* Quod vero hę circumstantię faciant huiusmodi mutationem exinde manifestum redditur, quod præceptum denuntiandi affirmatiuum est, & ei per omissionem contrauenitur; præcepta vero de non consultando, nec corrigẽdo prius, quam denuntietur sunt prohibitoria, & negatiua, eorumq; transgressio per commissionem exercetur.

CAPVT VIII.

Quãdo incipiat, quamdiu duret, & quando cesset obligatio denuntiãdi hæreticos, & de hæresi suspectos.

SVMMARIVM.

1 *IN locis, vbi nec est Tribunal S. Officij, nec ab Ordinarijs publicata sũt edicta de reuelandis hęreticis, adest obligatio ex Iure naturæ, & Diuino.*

2 *In his locis habita scientia criminum contra fidem, adest obligatio quantocyus denuntiãdi.*

3 *Hęc obligatio nunquam extinguitur, etiam si hæretici emendentur.*

4 *Temporis determinatio a legislatore apposita debet obseruari.*

Q 5 Sex

5 *Sex dies in edicto fidei conceduntur pro præmissione trinæ canonicæ monitionis.*

6 *Ante sex hos dies elapsos non incurritur excommunicatio, non denuntiando.*

7 *Aliqui putant numerum dierum computandum esse a die, & hora publicationis edicti.*

8 *Diē promulgationis edicti non esse numerandū in termino temporis assignati, probabilius est.*

9 *Vltimam diem in tempore in edicto statuto numerandam esse, certum est.*

Limitatur, nisi fuerit dies feriatus, vel non fuerit copia Inquisitoris, vel Commissarij.

10 *Dies intelligēdi sunt naturales, scilicet 24. horarum, non artificiales.*

11 *Terminus dierum incipit currere a die notitię.*

12 *An qui intra sex dies præuideret sibi defuturam potestatem denuntiādi, deberet pręuenire?*

13 *In hoc casu certum est adesse obligationem pręueniendi, ortam ex naturali, & Diuino præcepto denuntiandi Hæreticos.*

14 *Nullam adesse obligationem præueniēdi ex pręcepto Ecclesiastico in tali casu, docent plures de monitorijs ad reuelādum obligantibus.*

15 *Pro dubitationis satisfactione distinguendū est.*

16 *Pro obligatione præueniendi, vel non, nihil refert preceptum, & excommunicationem latam esse ab homine, vel a Iure.*

17 *Is qui præuidet ante anni finem sibi defuturam facultatem confitendi peccata, debet confessionem præuenire.*

Idem de eo, qui habens casum reseruatum per statutum, & præuidet defuturum esse in Paschate, qui habeat iurisdictionem absoluēdi.

Idem de præoccupatione auditionis sacri in die festo

feſto, ſi præſciatur impedimentum.

18 *Ex monitorijs latis ad reuelandum res ſurreptas, nunquam oritur obligatio præueniendi.*

19 *Adeſſe obligationem præueniendi denuntiationẽ ex edictis Inquiſitorũ; ſatis probabile eſt.*

20 *Obligatio denũtiandi hereticos ex edictis Inquiſitorum perpetuo durat.*

21 *In quocumque tempore poſt edictum publicatum quis habeat notitiam hæreticorum, aut de hæreſi ſuſpectorum poteſt per ſex dies denũtiationem differre. limita niſi adſit periculũ in mora, & ob impotẽtiã nõ ob ignorãtiã diſtulerit.*

22 *Deſinit hæc obligatio denuntiandi in ijs caſibus in quibus quis a denuntiando excuſatur.*

1 AD huius quæſtionis complementũ remanet, vt differamus de inceptione, duratione, ac deſitione obligationis denuntiandi.

Dico primo, in eo loco, & prouincia, in qua introductum non eſt Tribunal Sãctiſſimæ Inquiſitionis, neque ab Epiſcopo, aut loci Ordinario publicatum eſt edictum obligans ad reuelandum crimina contra fidem commiſſa, non habetur alia obligatio denuntiandi, quam ea, quæ oritur ex lege naturali, Diuina, & Canonica. hanc autem obligationem ex his iuribus proficiſci, oſtendimus. *cap. 2. quæſt. 2. a num. 6. vſq; ad finem.*

2 In his autem legibus cum certum tempus, intra quod denuntiatio fieri debeat, non præſcribatur; dicendum eſt, quod ſtatim ac quis ſciuit aliquem eſſe hæreticum, aut ſuſpectum de hæreſi, debet illum denuntiare. probatur primo; quia hæretici ſicut ſunt efficaciſſimi, ita ſunt velociſſimi ad corrumpendum, & ad errores diſſeminandos; vnde dilatio, & mora denuntiãdi ſemper reputanda eſt,

Reipublicæ perniciosa. Secundo, quia in lege diuina *Deuteronomij cap.* 13. *vers.* 6. præcipitur vt statim Apostatæ a fide, atque hæretici denuntientur. Dictio vero, statim, omnem moram, ac dilationem excludit, vt suo loco abunde.

3 Dico secundo. Hæc obligatio ex his legibus orta nunquam extinguitur, etiã si hæretici essent emẽdati. Probatur; quia finis huius denuntiationis non est hæreticorum emendatio, Sed punitio, vt & cœteri timeant, & Catholica fides in tuto reponatur. Quapropter lex ipsa naturalis iustitiæ dictat, vt prœferentes commune bonum priuato; tantum malum, vt euitetur, Iudicibus deferatur.

4 Dico tertio. Cum in edictis Inquisitorum, quæ quotannis publicari solent, terminus dierum sex apponatur, ibi: *vengays, y parezcays ante nos personalmẽte a dezirlo, y manifestarlo, dẽtro de seys dias primeros siguientes*: denuntiatio peragi potest intra terminum horum sex dierum.

Probatur: quia si legislator apponit certam temporis determinationem, illi standum est. sic *Syluester in verb. lex q.* 6. *vers. Tertio Nauarr. in Manuali, cap.* 23. *num.* 44. *Mar. Ant. Cucchus in lib.* 1. *instit. maiorum tit.* 3. *num.* 30. *Greg. de Valentia tom.* 2. *disp.* 8. *quæst.* 5. *punct.* 5. *dub.* 3. *post Panor. in cap. cognoscentes, nu.* 7. *Decium, & Felin. ibi, de constit. & Felin. in cap. licet causam. vers. Nota sexto. de probat. & glos in clem.* 2. *in verb. & nunc de hæreticis.* quos citat, & sequitur *Sayrus in Claui Regia lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 6.

5 Hoc autẽ tempus cõceditur, vt duo dies pro primo; duo pro secundo, reliqui duo pro tertio, & vltimo peremptorio termino, ac trina Canonica monitione designentur ad incurrendam excommunicationem, sub cuius pœna denuntiatio præcipitur,

vt bene explicat *Tuschus tom. 3. pract. concl. iuris cōcl. 447. num. 2.* Raynaudus de *monitorijs Ecclesiasticis par. 1. cap. 1. quæsito 14. in princip.*

6 Vnde ante sex hosce dies elapsos non incurritur excõmunicatio, vt Graff. bene infert & ibidem *Raynaudus, & Lazarius canonic. quæst. sect. 2. q. 1. num. 2. vers. Neque incurretur.* dũmodo non adsit obligatio præueniendi, vt infra explicabimus *num. 15.*

7 Sed difficultas est, vnde numerādi sint dies præfixi in edicto. Et quidem *Suarez tom. 5. 3. p. disp. 20. sect. 3. num. 3. Filiuccius tract. 14. cap. 2. num. 41.* pro vt eos refert *Raynaudus loc. cit. vers. At difficultas primo est*, volunt dies in monitorijs, seu edictis designatos numerari debere ab eadẽ hora, qua edictum publicatur. Ratio est, quia potestas plena, si velit illico est efficax, & operatur quod potest. Atqui potestas Ecclesiastica habet plenam potestatem ad infligendam excommunicationem, & ipsa verba edicti satis declarant, mentem edicentis esse, vt terminus incipiat ab ea hora, in qua præfinitur, ergo nulla videtur esse ratio, cur fiant nouæ dilationes, atq; procrastinationes.

8 Sed plerique Authores, quibus assentiendum est, negant diem, quo promulgatur edictum, seu monitorium, concludi intra numerum dierum pro termino assignatum, nisi verba edicti aliud expresse ferant. Ita *Henriquez, l. 13. cap. 18. num 6. Lazarius canonic. quæst. sect. 2. quæst. 1. num. 4. Barbosa de potestate Episcopi, allegat. 96. num. 75. Bonacina tract. 6. ex varijs p. 1. § 7. num. 2. Diana part. 3. tract. 5. resol. 95.* Cui sententiæ se subscribit *Raynaudus loc. cit.* vbi testatur de communi Iurisperitorũ, apud quos primus dies termini non computatur in termino, & citat *Iason. & Bartol. ad l. 1. ff. si quis caut. & Tiraquell. de vtroque retract.*

tract.p. 1. §. 1. *num.*41. quibus adde *gloss. in cap. statutum, paulo ante fin.* vbi *DD. de proeb. lib.* 6. & plures, quos cumulat *Tiraquell. l. cit. Gomes in quæst.* 73. *de infirm. resign. Nauarr. cons.* 18. *de præbendis*. qui etiam testantur de praxi.

9 Vltimam vero diem numerandam esse inter dies in edicto, aut monitorio designatos nulli dubium est, quia vltima dies termini computatur in termino, vt de monitorijs docet *Lazarius num.*4. *cit. vers. quæ quidem*.

Quod tamen limitandū est, nisi dies vltimus esset feriatus, vel non possit haberi copia Inquisitorum, aut commissarij. nā in primo casu differi potest in diē nō feriatū *l.*2.§. 2. *in fin. & l. & si post tres ff. si quis caut. l. vbi lex ff. de vsucap. Abb. in prax. cap.* 14. *num.* 17. In secundo casu, dicas esse restituendum, cum ei quicquam imputari non possit, vt probatur *per l. sedet si per Prætorem.* §. *si magistratum, ff. ex quibus caus. mai.*

Ex quo patet, quod quādiu terminus ille non est elapsus, nō potest talis persona vere dici contumax, *Lazarius loc. cit. num.* 5.

10 Dies vero intelligendi sunt naturales, non artificiales, & sic spatium horarum viginti quattuor; nam diei nomine cōtinetur nox, quia deseruit diei tanquam nobiliori; *Bald. in cap. cum in cunctis. nu.*3 *&* 4. *de elect.* & de multiplici diei acceptione scripsit abunde *Polydo. Ripa in tract. de nocturno tempore cap.*3 *& Graff. par.*2. *decis. lib.*2. *cap.*13. *num.* 21. Atque ita si edictum Inquisitorum publicetur hora Decima festa matutina die Dominico, terminus sex dierum præstitutus cōsumabitur die Dominico sequenti ad horam decimā sextam, quia primus dies Dominicus numerandus non est.

11 Sed quod diximus, quod terminus incipit currere post diem elapsū publicationis, intelligendum est

est, si modo notitiam habuerit edicti publicati. Nã terminus assignatus currere non incipit nisi adie scientiæ; V.G. si quis post tres dies a publicatione habuerit notitiam, quod edictum fuerit publicatum, sex dies non sunt numerandi a tẽpore lati edicti, sed a tempore, quo is, quem edictum tangit, conscius fuerit edictum esse latum. Nam priusquam talem notitiam habuerit, non potest censeri contumax, per omissionem illius, quod, præcipitur.

Itaque qui habet iustam in vincibilis ignorãtiæ causam, cum non debeat esse peioris conditionis, tantũdem spatij concedendum est ei a punico comparatæ notitiæ, quantum in monitorio concessum est ijs, qui ab initio promulgationis notitiam edicti consequti sunt ita rectè *Henriquez l. 13. c. 18. cum. 6. Suarez t. 5. 3. p. d. 20. sect. 3. in fine. Filiuccius tract. 14 c. 2. num. 42. Bonacina tract. 6. ex varijs p. 1. §. 7. num. 1.* prout eos laudat, & sequitur. *Raynaudus loc. cit. in princip.* idem docet *Lazarius d. quæst. 1. num. 2.* & citat *Graff. cons. 6. nu. 17. de sentent. excomm.*

12 Sed difficultas est in casu qui sœpius potest cõtingere. An si quis intra sex dies in edicto concessos cognoscat sibi defuturam potestatem denũtiandi intra ipsos met sex dies, an inquam teneatur præuenire, prius quam incidat in impotentiam denuntiandi VG. Si quis est infirmus ad mortem, & cognoscit se moriturum, antequam sex dies statuti prætereant; aut si quis cognoscat se iter facturum intra sex ipsos dies; & de facto aut moriatur, aut iter faciat. Peccauit ne, & excommunicationem in edicto latam iucurrit; quia non præuenit?

13 Pro cuius solutione, certum est, quod quando vltra obligationẽ præcepti Ecclesiastici adest obligatio descẽdẽs ex Iure naturali, seu Diuino, in hoc casu non præueniẽdo peccare-

tur

tur mortaliter contra huiusmodi præcepta, vt omnes Doctores statim citandi docent. quia obligatio ex præcepto naturæ, siue diuino non procedit cum temporum limitatione. Atque ita, cum teneamur ex præcepto Naturali, & Diuino hæreticos, & suspectos de hæresi reuelare; vt ostẽdimus *cap. 2. huius quæstionis a num. 1.* peccaremus mortaliter in his casibus nõ præueniendo

14 Verũ difficultas est, an peccaretur mortaliter contra præceptum Inquisitorum, & excõmunicatio incurreretur. *Suarez tom. 5. de censuris disp. 5. sect. 1. num. 12. Sajrus tract. de cẽs. lib. 5. cap. 8. num. 11.* & eos sequitur *Lazarius loc. cit. n. 19. & 20.* Loquentes generaliter de monitorijs, ac edictis docẽt ex vi præcepti Ecclesiastici nõ esse obligatum quempiam præuenire terminum dierum in edictis, & monitorijs constitutum; quia lex non plus obligat, quam verbis exprimat, illa autem lex solum voluit obligare infra certũ terminum, quem ipsa concessit ad differendam obligationem, & ante illum noluit per censuram obligare, nihilque excepit, vt supponimus in casibus præmissis, ergo ex vi illius legis non tenetur ad illam anticipationem.

15 Sed mihi satis placet distinctio, quam in terminis facit *Raynaudus vbi supra vers. tandem sexto difficultas*. Nam præceptum latum adhibito termino ad finem certi temporis limitati, aut ita latũ est, vt obliget pro toto tempore præscripto, vel solum pro termino illius temporis præscripti, & iam elapsi. Si primo modo, debet talis terminus præueniri, quia obligatio instabat pro toto tempore ante illum terminum.

Si vero latum est secundo modo, vt Monitorij, vel edicti obligatio non vrgeat intra tẽpus præscriptum, atq; adeo ante ipsum elapsum,

sum, siue excommunicatio, & præceptum lata sint ab homine, siue a lege, seu statuto docet indifferenter incurri excommunicationem, & præcepto contraueniri, si non præueniatur tempus impotentiæ.

16 Dixi siue præceptū, & excommunicatio feratur ab homine, siue a lege; quia *Sanchez lib. 4. in Decalog. cap. 22. num. 23. & 24.* docet excommunicationem incurri, si fuerit lata ab homine; secus vero si fuerit indicta per statutum, & legem. nam talis excommunicatio per eum nō incurritur, nisi transacto toto tempore; cum hæc sit differentia inter pœnam ab homine, & pœnam a lege decretam, quod quia pœna legis debet esse mitior, & magis restringi, quā pœna hominis, vt habetur ex l. Celsus, ff. de arbitris, non incurratur pœna legis, nisi termino plenè transacto, cum tamen pœna ab homine lata incurratur, cū primum residuo tempore opus perfici nequit.

17 Hanc autem differētiam minime faciendam puto cū Raynaudo dummodo siue sententia, siue statutum, & lex præcipiant aliquod fieri pro toto aliquo tempore, vt explicauimus num. 15. Et sic quia lex de confessione peccatorū quotannis facienda obligat pro tempore totius anni; (tenetur enim homo intra totum quemque annū confiteri) is, qui præuidet ante anni finem super vēturum sibi esse impedimentū, aut defuturam Confessarij copiam tenetur præuenire, & implere præceptum eo anni tēpore, quo potest illud exequi. Quam esse communem omnium sententiā, docere *Couarruuias in c. alma mater. p. 1. §. 1. n. 7. concl. 5.* Raynaudus testatur. Item qui habet casum reseruatum per statutum, & præuidet fore, vt in Paschate desit qui habeat iurisdictionem, possitque ab eo absoluere, tenetur vti occasione, dum suppetit, &

præuenire vt bene docet *Suarez tom.* 4. 3. *p. disp.* 31. *sect.* 5. *& Naldus v. casus reseruatus, num.* 5. Idem dicendum est de auditione sacri die festo, vt quis teneatur præuenire, si præsciat adfuturum impedimentum; quia nimirũ obligatio in his casibus extenditur pro toto tempore, pro quo potest impleri. Vt quoad confessionem pro toto anno, quo ad sacrum pro toto tempore matutino docent *Vasquez* 3. *p. q.* 90. *artic.* 3. *dub.* 2. *num.* 18. *& Bonacina disp.* 5. *de Sacrament. q.* 5. *sect.* 2. *p.* 4. *nu.* 21. a Raynaudo ibidem relati.

18 Quibus sic generaliter disputatis inferunt Lazarius, & Raynaudus, quod cum constet ex vulgaribus formulis monitoriorũ, quæ feruntur pro restitutione, aut propalatione rei subreptæ, quod eorum obligatio non currat pro toto tẽpore in illis præfixo, nullo pacto adsit obligatio præueniendi, & præoccupandi, etiãsi præuideatur sequtura impossibilitas pręcepti exequendi.

Si tamẽ ex forma, & modo præcepti constaret mẽtem Iudicis fuisse astringere pro toto tempore limitato, tunc teneretur quis extrema temporis præuenire, pro quo toto viget præceptum, si præuideatur impossibilitas operandi, ita *Raynaudus cap.* 1. *cit. in fine.*

19 Ex his patet, quod vt decernamus, quid de edictis Inquisitorum dicẽdum sit, videndum est, in quo sẽsu sint lata, & publicata. In quo satis mihi probabile videtur intẽtionem Inquisitorum, in ipsis verbis edicti explicatam, fuisse obligare ad reuelandũ pro toto spatio sex dierum. Hęc enim sunt verba edicti: *Vẽgays, y parezcays ante nos personalmente a dezirlo, y manifestarlo, dentro de seys dias primeros siguientes, despues que esta nuestra carta fuere leyda, y publicada, o como della parte supieredes en qual quier manera, con apercibimiento que vos hazemos, que passa-*

passado el dicho termino, lo suso dicho nõ compliendo, Demas que haureys incurrido en las dichas penas y censuras, &c. In quibus primum põdero Dictionem illam, *Dẽtro de seys dias primeros siguientes*, videtur enim mihi importare spatium temporis præcedens terminum sex dierum, non terminum ad sex dies subsequentem. Secundo ponderanda sunt ea verba: *Passado el dicho termino, lo suso dicho non compliendo, Demas que haureys incurrido, &c,* Ex quibus patet excommunicationem incurri statim, & in eo puncto, in quo terminus est elapsus, & denuntiatio non est peracta. At si obligatio denuntiandi non vrgeret intra tempus sex dierum prædefinitum, non in eodem puncto, pro quo terminus est elapsus, incurreretur; sed tantum pro eo pũcto adesset obligatio quã primum, & quantocyus reuelandi, & deberet concedi spatium temporis necessarium ad peragendam denuntiationem.

20 Ad secũdã dubitationem, quanto scilicet tempore duret obligatio denũtiandi hæreticos, & suspectos de hæresi; si loquimur de obligatione proueniente ex edicto, quod singulis annis publicatur cum habeat vim legis perpetuæ, vt ostensum fuit *cap. 2. huius quæstionis num. 2.* clarum est, quod perpetuo durat, & comprehendit futuros contumaces, quia lex semper loquitur *l Ariani. C. de hæretic.* not. *Abb, in cap. a nobis el. 1. de sent.excommunicat. Lazarius canonic. quæst. sect. 2. quæst. 6. nu. 3.*

At loquendo de edictis Inquisitorum, quæ non habent vim legis perpetuæ, sed sunt præcepta, & sententiæ ab homine, qualia sunt edicta lata tempore visitationis, aut pro reuelatione alicuius criminis de recenti commissi, vt diximus *cap. 5. huius quæstionis a num 18.* difficultas est maxima, cum Authores generaliter differentes de huiusmodi

modi edictis, & monitorijs, & inter se discrepent, nec quod sentiunt, satis aperte declarent. Diuersimode etiam docent de duratione edictorum latorum tẽpore visitationis, & eorum, quæ pro reuelatione criminis feruntur; ac de ijs, quę sub certo tẽpore, & ijs, quæ indefinite promulgantur.

21 Aliqui igitur generalissime loquẽtes de his omnibus formis edictorum, seu monitoriorum vidẽtur dicere, quod pariant obligationem perpetuo duraturã per se, & ex vi edicti; licet ob amotionem, aut mortẽ Prelati, a quo latum est edictum, possit ipsum edictum cum eius obligatione extingui, at edicto durante durat semper obligatio. Ita *Suarez tom. 5. de cẽsuris disp. 20. sect. 3. num. 14.* cuius verba referenda sunt omnino, cum loquatur in terminis de edicto ad crimen reuelandum obligante. *Interrogabit autem aliquis, an elapso illo termino, cesset obligatio, vel semper teneatur obedire edicto, nec possit absolui, donec illi satisfaciat. Respõdeo, per se loquendo, & ex vi formæ talis præcepti obligationem durare Sicut præcedenti sect. dixi de obligatione restituendi, seu soluendi debitum, quia ille terminus nõ est ad extinguendam, sed tantum ad differendam obligationem. Dico autem per se, &c, quia si intercedat ratio aliqua, ob quam mandatum extinguatur, aliud erit, vt si mandans moriatur: nam vt superius tractauimus, excõmunicatio ab homine per sententiam lata, illo mortuo extinguitur. Idemq; est si amoueatur, vel suspendatur ab officio & si edictum in visitatione proferatur, solum cẽsetur durare tempore visitationis. Quamquam in hoc, & intentio præcipientis, & vsus maxime attendendus est. Ex quo inferri potest, si quis propter ignorantiam intra præfixum terminum non respondeat, postea teneri ad comparendum, quando illi de mandato constiterit: quod sine causa negauit Armilla verb.* excom-

excommunicatio, *num.* 34. *Et ratio est; quia illa obligatio durat; ergo quamuis ille propter ignorantiam excusatus fuerit postea obligabitur.* *Probabile tamen censeo illum non teneri ad comparendum statim ac edictum nouit, sed infra terminum æqualem in edicto concessum; quia non debet esse peioris conditionis. At eadē ratione, si quis propter impotentiam, vel alia incōmoda excusatus fuit, ne responderet, ablato impedimento, tenebitur postea, si preceptum non est extinctum: & ibi non oportebit nouum terminum concedere, quia iam habuit scientiam, vt possit toto illo tempore deliberare, vel consulere, si necessarium esset.* Sic tantas, quibus cœteri Authores obuoluuntur, tenebras vnico luminis tractu distinguit inextīguibile Ignatiani Empyrei maius luminare.

Idem docetur *a Bonacina tract. 6. ex varijs p.* 1. §. 9. *num.* 1. pro vt eum citat *Raynaudus cap.* 1. *cit. vers. ex hac resolutione insuper.* qui innititur eodem fundamento, quia scilicet terminus non præfigitur in edictis, aut monitorijs ad elidēdā obligationem, sed ad eam dumtaxat vrgendam, *Sayrus in Claui Regia lib.* 12. *cap.* 16. *num.* 34. *vers. secundo quando*, hanc perpetuitatē obligationis concedit tantum edictis Episcoporum, seu Inquisitorum latis indefinite, & sine tempore præfixo, ac determinato, & in hunc modum discurrit: *Quando talia sunt delicta, quæ iure naturæ, & ex iustitia legali accusanda, vel denuntianda sunt, tandiu manet obligatio ea denūtiandi, vel accusandi, quandiu durat necessitas boni cōmunis, vel particularis, ratione cuius illa accusare tenemur. Ratio est euidens, quia cum edicta id præcipiāt quod alias simpliciter, & de Iure naturæ facere tenemur, tandiu obligat edictum, quādiu necessitas durat, iusque natura obligat.* Sic Sayrus.

Alij vero generaliter docent, edicta, & monitoria lata

lata ab homine, & ad modum sententiæ non producere obligationem perpetuo duraturam, siue indefinite, siue tẽpore præscripto publicentur. Ita expresse Raynaudus *par.* 1. *cap.* 1. *quæsito* 16. *pro qua sententia citat Philiarchũ* 2. *p. de offic. Sacerd. l.* 3. *c.* 34. *Armilla verb. excommunicatio* §. 34. *Tabienna eod. verbo*, 4. §. 4. *Auila* 2. *p. c.* 5. *disp.* 5. *dub.* 1. *sub finem*. *Sanchez lib.* 6. *opusc. c.* 2. *dubio* 25. *num.* 1. Quibus adde *Lazarium canonic. quæst. sect.* 2. *quæst.* 1. *num.* 9. *& quæst.* 6. *in princip.* vbi docet, eum, qui ob absentiam, aut aliam causam ignorauit esse latum monitorium, & post terminum illius elapsum habuit notitiam nõ incurrere excommunicationem non reuelãdo, aut restituendo, *& num.* 2. *citat Prax. Archiepiscop. Neapolitan. capit.* 2. *not.* 7.

Ratio est duplex. Primo, quia obligatio est strictè explicanda, vt vulgatis iuribus manifestum est. Secũda est, quã affert Raynaudus *cit. c.* 1. *quæsit.* 16. fine respondendo doctrinæ traditæ a Sayro. Quod aliud est obligari ex natura rei ad aliquid præstandũ, aliud vero ad illud ipsum teneri vi præcepti positiui, & intentatę excõmunicationis. Quare cum illæ duæ obligationes ex diuersis causis oriantur, non possunt eadem durationis mensura comprehendi. Alioquin fatendum esset, quod obligatio denuntiandi furem perpetua esset, sicut perpetua est obligatio restituendi furti. Et sic non esset diuersitas inter edicta, quæ sunt leges, & illa, quæ sunt pręcepta, & sententię ab homine.

Posito igitur quod talia edicta nõ inducant perpetuam obligationem, de eius duratione sic docent. Obligatio ex edictis, quę publicantur tempore visitationis, durant pro tempore ipsius visitationis, quod videtur receptum ab omnibus, cum ab ipso *Suarez* in

loco

loco suprarelato concedatur, & *a Sayro* vbi supra *vers. Quarto, præcepta, quæ.* cum alijs, quos *cap.5. huius quæst. num.* 18. retulimus. Edicta, quę habent tempus pręfixum, durant pro tempore pręfixo ita docet *Raynaudus ex Philiarco, Armilla, Tabienna, Auila, Sanchez* in locis supracitatis. Edicta sine tēporis determinatione indefinite publicata, docent non durare vltra duos menses, eo quod talis mensura duratura virtutis obligatorię pręcepti quoad tempus indefiniti, videtur conueniens, & rationabilis. Ita *Raynaudus quæs. 16. cit.* ex *Sanchez* vbi supra, & nos *d. cap. 5. num.* 21. retulimus.

Verum notanda est illa limitatio, quam affert *Lazarius sect. 2. quæst. 6. num.* 5. quod hęc non sunt intelligenda, si excommunicās habuit intentionem inducendi obligationem perpetuo duraturam, & comprehendere sub pœna excommunicationis etiam futuros contumaces, pro quo citat *Io: Baptistam Corrad. in resp. cas. consc. par. 2. q.* 450. *& Ludouic. Lopez in instruct. consc. p. 2. cap. 12. versic. præterea.* Quod quidem ait esse præsumendū; quia ille terminus non est est ad extinguendam, sed tantum differendam obligationem. Vnde quamuis ille ob ignorantiam excusatus fuerit, postea tamen obligabitur, & citat *Suarez* vbi supra, *Emman. Rodriquez in sum. p. 1. c. 79. nu.* 18. *Sot. in 4. dist. 22. q. 1. ar. 1. Nauarr. in man. c. 25. n.* 46. quem ait probari a Lopez vbi supra. Cōcedit tamē esse verū quod si in tēpore edicti lati habuit notitiam, & fuit legitime impeditus, tenetur.

Sed ex generaliter disputatis determinem⁹ quid sit dicendum de edictis Inquisitorum.

Dico igitur quod si loquamur de edictis in visitatione, puto eorum obligationem aliquanto plus, quā ipsa Visitatio, durare, quia reli-

religionis fauore promulgantur, vt sufficienter diximus *d. cap.* 5. *num.* 18.

Alia vero edicta, siue cũ temporis determinatione, siue indefinite ferantur ad reuelationem specialis criminis probabilissimum puto, quod pariant obligationem perpetuo duraturam. Ratio est primo, quia multo magis competit edictis fidei, quod Authores grauissimi docẽt de edictis latis pro recuperatione rei temporalis. Secundo, quia, fauor fidei latam, & non strictam recipit interpetrationem. Tertio, quia ea videtur esse intentio Inquisitorum, vt conscientię duplicatis censurarũ oneribus pręgrauatę tandem aliquãdo per denuntiationem releuentur. Pręsertim, quia talia edicta ferri solent pro delictis atrocissimis, quę nullo pacto impunita debent remanere, cum maximo periculo, ne qui talia ausus est, alios corrumpere non pertimescat.

Ad rationes adductas pro contraria sententia facillime respondetur. Nam obligatio stricte interpetranda est, cum non est ordinata ad tã publicum bonum, quale est illud fidei, ac Religionis. Ex quo edictum non odiosum, sed absolute fauorabile dicẽdum est, vt alibi plenius. Optimam itidem assignare possumus differentiam inter edicta, quæ sunt legis; & ea, quæ sunt sententiæ ab homine, licet vtraque perpetuo durent; nam hæc mortuo, vel remoto Inquisitore, qui ea tulit non amplius obligabunt; illa autem etiã in his casibus perpetuam obligationem producunt.

Restat vt videam⁹, quid dicendum sit in tribus casibus, qui sępissimè necesse est occurrãt. Primus est, cum quis, cum notitiam habuerit edicti intra tempus in edicto determinatũ, tamen denuntiare noluerit. Secundus, quando non potuerit, licet voluerit. Tertius, quando cognitionem edicti lati habuerit post terminum

minum iam elapſum.

Quo ad primum caſum, Tabienna, Philiarcus locis proxime citatis, *Hugolinus de poteſt. Epiſcop. cap.* 45. §. 5. *nu.* 1. *Naldus in ſumma verb. reuelare, num.* 2. docēt, quod qui intra terminum præfixum ſine iuſta cauſa, & legitimo impedimento neglexit exequtionem operis, aut denuntiationis iniunctæ, elapſo termino nō amplius tenetur; quia obligatio euanuit vnà cum effluxu, & elapſu ipſius termini. Sed contrariam ſententiam tuentur communiter Doctores non ſolum ij, qui ſuſtinent, obligationem huiuſmodi edictorum perpetuo durare; verum etiam ij, qui tenent eam expirare cum termini deſitione. Ratio eſt; quia terminus appoſitus pro ijs, qui ſcientiam habuerunt intra terminum non eſt ad extinguendam obligationem, ſed ad eam ſolum differēdam. Ita *Raynaudus par.* 1. *cap.* 1. *quæſito,* 14. *verſ. difficultas* ſecundo eſt & citat *Suarez vbi ſupra, Diana par.* 3. *tract.* 5. *reſolut.* 95. *Roderic. in ſumm. p.* 1. *cap.* 79. *num.* 18. *Barboſa de poteſt. Epiſcop. alleg.* 96. *num.* 75. qui alios præterea in hanc ſententiam proferunt.

Et ex eadem ratione patet reſolutio caſus ſecundi. Identidem enim obligatur poſt terminum ille, qui cū intra terminum notitiam habuerit, ex infirmitate, aut alio legitimo impedimento denuntiare non potuit. ita *Lazarius d. q.* 1. *nu.* 7. *ex Suarez loc. cit. Nauarr. in man. cap.* 25. *num.* 46. *in fin. & cap.* 21. *num.* 45. quem ait ſequi *Corrad. in reſp. caſ. conſc. par.* 2. *q.* 218. *& Azor. tom.* 1. *lib* 7. *inſtit. moral. cap.* 41. *q.* 5. *poſt Paludan. in* 4. *diſt.* 12. *q.* 1. *art.* 5. *concl.* 1. *& Maior. in* 4. *diſt.* 17. *q.* 2. prout eos refert *Lazarius ibid. num.* 8. & probat ex exemplo illius, qui tempore ſtatuto Paſquæ non cōmunicat, quod tenetur, quam citius poteſt communicare, vt ſatisfaciat præcepto.

Sed eum, q habuit ignorantiam inuincibilem intra terminum in edicto designatum, licet habuerit post terminum notitiam, nullo pacto obligari ex vi edicti sustinent; *Fumus verb. Excommunicatio. num.* 34. & probabile censet *Lazarius sect. 2. q. 1. num.* 9. & approbat *Raynaudus cit. vers. ex hac resolutione.* Ratio autē est, quia ille, qui prorsus intra terminum nesciuit, non potuit intra terminū obligari; neque potuit post terminum, quia edicti obligatio iam euiguit. At ille, qui sciuit intra terminū, obligationis executionem ex iusto impedimento differre licite potest.

Hi autē vniformiter docent ex *Suarez num. 14. cit.* Quod illis, qui tenērur post elapsum terminum satisfacere præcepto, quia intra terminum aut noluerunt, aut non potuerunt, non sit concedendus nouus terminus, & dilatio ad obediendum, quia iam habuerunt scientiam, vt possent toto illo tempore deliberare, vel consulere, si necessarium esset; sed tenentur statim comparere, & obligationi satisfacere. Concedendus autem est ijs, qui ex ignorantia intra terminum non denuntiarunt,

22 Ad cōplementū huius capitis decernendum est, in quibus casibus cesset obligatio denūtiandi. Circa quod breuiter dico; quod si loquamur de obligatione perpetua proueniente ex edictis, quæ non sunt leges, cessat statim, ac qui ea tulit aut moritur, aut remouetur, Edicta enim ipsa, quæ sunt sententiæ ab homine in his casibus euigescunt, vt ostendimus *capit. 5. huius quæst. num. 1.*

Cæterū loquētes de obligatione generaliter ex quolib. edicto deriuata tū cessat cū adest causa, & ratio, ob quā qs a denūtiādo deobligatur, & excusatur. Quæ caussæ quot, qualesue sint q̄stione nona p̄ totū dicemus. Atq; hæc sint satis pro secunda quæstione.

QVAE-

QVAESTIO TERTIA.

De pænis contra non denuntiantes latis, tum spiritualibus tum etiam temporalibus.

CAPVT PRIMVM.

De pæna excommunicationis, quam incurrunt ex edictis Inquisitorum non denuntiantes hæreticos, aut de hæresi suspectos.

SVMMARIVM.

1 *Non denuntiantes hæreticos, aut de hæresi suspectos incidũt ipso facto in excommunicationem, in edictis Inquisitorum latam.*

2 *Excommunicationes latæ ad finem reuelandi, tunc sunt iustæ, cum tendunt aut ad corrigendum peccatum commissum, aut ad exequẽdam obligationem præcepti iuste lati.*

3 *Ad cognoscendam validitatem huius excommuni-*

municationis, prima regula est, cum quis, ante ipsam latam, tenebatur iure naturæ, vel diuino ad implendum id, quod ex excommunicatione præcipitur.

4 *Altera regula est cum præceptum sub excommunicatione latum, licet nullam aliam obligationem præsupponat; tamen ipsum iuste latum est.*

5 *Præceptum Inquisitorum de denuntiatione hæreticorum & suspectorum de hæresi tum præsupponit obligationem ortam ex iure naturali, & diuino; tum in seipso iustissimum est.*

6 *Hāc excommunicationē incurrunt non denuntiantes, etiamsi non habeant animum fauēdi hæreticis, aut impediendi exercitium SS. Inquisitionis.*

7 *Hæc excommunicatio, prout est lata ex edicto generali quotannis publicato, est per modum legis & statuti; non sententiæ ab homine.*

8 *Explicatur quid intersit inter censuram latam ad modum legis, & eam quæ fertur vt sententia ab homine.*

9 *Hæc excommunicatio perpetua est, sicut & ipsum edictum; & remoto aut mortuo Inquisitore non extinguitur.*

10 *Excommunicatio lata in non denūtiantes ab Inquisitoribus tempore visitationis, est sententia ab homine, & durat quā tum durat edictum in visitatione latum.*

11 *Excommunicatio lata in edictis publicatis cōtra nō denuntiantes aliquod crimen contra fidem de recenti commissum est sententia ab homine; sed tamen perpetuo durat, sicut ipsum edictum.*

12 *Distinctio inter excommunicationem perpetuā ab homine, & inter eā, quæ est perpetua a iure.*

13 *Excōmunicationes ab homine*

mine vbi semel sunt incursæ, semper durant quoad vsq; relaxentur.

CVm excommunicationis pœna, qua legislatores suarum legum, ac præceptorum obseruationem muniunt, & tuentur, iisdem fere modis, quibus præcepta ipsa, præscribatur, & reguletur, consequens est, vt cum in præcedenti quæstione de præceptis ad denuntiandum latis tractationem habuerimus, in hac quæstione de pena excommunicationis, ac etiam de alijs tum spiritualibus, tum temporalibus pertractemus.

1 Quare dico primo. Nõ denuntiantes in casibus, in quibus ex edicto tenentur incidunt in excommunicationem latæ sententiæ in ipsis edictis Inquisitorũ, ita *Pegna part. 2. director. comment. 2. Suarez de fide disp. 20. sect. 4. num. 28. Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. cap. 32. num. 47. vers. Atque Inquisitores quotannis. Lazarius de Blasphemia quæst. 12. num. 18. Lælius Zecchius de casibus reseru. casu 2. nu. 2. vers. mandat ergo. Sanctarellus de hæresi cap. 9. num. 10. Carena par. 2. tit. 9. §. 7. num. 25.*

2 Sed quia excommunicatio lata ad finem reuelãdi secretum, & denuntiandi crimen occultum, vel prodendi scripturam non semper est iusta, nec semper ligat, vt tradit *Suarez tom. 5. de censuris disp. 20. sect. 3. num. 1.* ostendamus in quo huius excommunicationis iustitia fundetur, vt eius vinculo non denũtiantes innodentur.

Regula igitur ad agnoscendum quando excummunicationes latæ ad finẽ reuelandi sint iustæ, ea est. Hæ excõmunicationes neque iustæ, neque validæ esse possunt, neque etiam in particulari obligare nisi altera ex his duabus causis intercedat. Aut correctio a peccato commisso, aut exequtio præcepti obligãtis, & consequenter præ-

uentio

uentio, ne peccatum committatur. qui fines adeo intrinseci sunt excommunicationi, quæ medicinalis pæna est, vt fine illis subsistere non possit. *Suarez* ibidem *num.* 2.

3 Ex quo principio duæ regulæ pro dignoscenda validitate excommunicationis latæ ad effectum denuntiandi colliguntur. Prima est: Quoties ante latam excommunicationē ad finem manifestandi veritatē, vel prodendi scripturam, quis tenebatur vel iure naturæ, vel Diuino, vel alio quocumque ad illam veritatem, vel scripturam prodendam, toties talis excommunicatio iusta est, & ligat. Quæ regula satis patet ex dictis; quia in hoc casu iam agitur de correctione peccati commissi. Nam cū frater non implet obligationem, quam implere tenetur, & materia est grauis, vt supponimus, peccat. Vnde cum nolit a peccato recedere, iuste per excommunicationem compellitur. Ita *Suarez num.* 2. *cit. Angelus verb. excommunicatio.* 3. §. 20. *Sotus de rat. teg. Secret. membr.* 2. *quæst.* 6. *Gregor. Sair. tract. de censur. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 34. *Lazarius Canon. quæst. sect.* 2. *quæst.* 4. *num.* 2. *Nauarr. in man. cap.* 18. *num.* 40. *&* *cap.* 25. *num.* 46. *& in cap. inter verba concl.* 6. *nu.* 719. vbi dicit, quod *monitorium generale pro reuelandis delictis ligat in illis casibus, & secundum illum ordinem, in quibus, & quemadmodum sine illo præcepto esset quis obligatus, excepto quod aliquoties teneretur citius cum illo, quam sine illo reuelare,* sic *Sot. d. q.* 6. *& Suarez l. cit. n.* 4.

4 Secunda regula est. Etiamsi non supponatur aliunde obligatio ad manifestandam veritatem, vel scripturam prodendam, antequam Prælatus Ecclesiasticus sub excommunicatione ipso iure incurrenda id pręcicipiat; potest tale pręceptū esse iustum, & obligans, & consequenter

ter excommunicatio erit valida, & poſt trinam monitionem iuſte lata, ideoq; qui tali pręcepto non obedierit, cenſuram incurret.

5 Quibus iactis fundamentis, excõmunicatio lata ab Inquiſitoribus contra non reuelantes hęreticos, aut de hęreſi ſuſpectos ex vtroque capite iuſtiſſima eſt. Primo enim ſecluſis Inquiſitorũ pręceptis, & ante omnem excommunicationem ab ipſis latam, vnuſquiſque tenetur ex naturali lege, ac pręcepto caritatis, & iuſtitiæ ad talem denuntiationem, *vt cap. 2. huius quæſt. a num.* 8. ſatis comprobatum fuit. Secundo, quia etiam ſecluſo omni præcepto naturali, ac Diuino, quantum in ſe iuſtitiæ, & ſanctitatis cõtineat hoc præceptum Inquiſitorum, ex honeſtate, ac neceſſitate ipſius finis, vt nimirum & hæretici conculcentur, & Catholica fides exaltetur, adeo manifeſtũ eſt, vt nullo probationis adminiculo opus ſit.

6 Hanc autem excommunicationem latam in Inquiſitorum edictis incurrunt non denuntiantes, etiã ſi non habeant animum, & intentionem fauendi hæreticis, aut ſuſpectis de hæreſi, ſub ea formalitate, quia hæretici, aut ſuſpecti ſunt de hæreſi; & etiam ſi non intendãt impedimentum afferre libero exercitio Sãctiſſimæ Inquiſitionis, ſed ſolum denuntiationem omittant, ex quouis alio reſpectu vel amicitiæ, vel timoris, ne Sancti Officij exploratores dicantur. Dũmodo non ad ſit legitima, & rationabilis cauſſa, ob quã a denuntiando iuſte excuſentur. Ratio eſt; quia in edicto talis excommunicatio fulminatur ſimpliciter, & abſolute in non denuntiantes; licet vltra incurſum in excommunicationem contra ipſos procedendum ſit iuris præſumptione tanquã contra male ſentiẽtes de fide Catholica, & cõtemptores Cenſurarũ Eccleſiæ. Ea enim ſunt edi-

cti

cti verba: *lo suso dicho no cumpliendo, demas que aureys incurrido en las dichas penas, y censuras, procederemos contra los que rebeldes, y inobediẽtes fueredes, como contra personas que maliciosamente callan, y encubren las dichas cosas, y sienten mal de las cosas de nuestra Santa Fè Catholica, y censuras de la Iglesia*. vbi verba illa, *Demas que aureys incurrido, &c.* Satis declarant quod vltra incursũ in suspicionem contemptus cẽsurarum, atq; opinionis a recto fidei tramite oberrãtis, incurratur etiam ipso facto excommunicatio.

7 Dico secũdo excommunicatio lata in edictis Inquisitorum, quæ quotannis publicantur contra non denuntiantes est de Iure, & non ab homine, & per modum legis, non sententiæ.

8 Probatur quia duobus modis potest homo ferre censuram. Vno modo ferendo legem stabilem, ac permanentem, obligantem sub pœna excummunicationis, quam ipso facto incurrant eius transgressores. Alio modo potest homo ferre censuram proferendo sententiam, aut præcipiendo aliquid in singulari actione, vel negotio, in quo non stabilitur ius, aut statutum permanens, sed transitorium mandatum. Quando ergo censura fertur primo modo, dicitur esse a Iure; quia licet ius ab homine processerit, tamen talis censura in ipso Iure continetur. Quando vero censura fertur posteriori modo, dicitur esse ab homine retinens nomen vtrique censuræ conueniens, cum vtraque ab homine feratur *Suarez tom. 5. de censuris disp. 3. sect. 1. num. 2.* vbi, *quod diuisio hæc est communis omnium Theologorum, & Canonistarum. Auila de cẽsuris part. 2. cap. 1. disp. 2. dub. vnico, vers. Tertio diuiditur excõmunicatio Gregorius Sayrus in thesaur. Casuum conscient. lib. 1. cap. 4. num. 22. communiter DD. in rub.*

rub. de sent. excommun. vbi *Pan.* & alij in hac *quæst.* 2. *cap.* 5. *a nobis relati*.

Cum igitur probatum fuerit edicta Inquisitorum, quorum publicatio singulis annis præcipitur reintegrari, habere vim legis perpetuæ, consequenter excommunicatio, qua præcepta illius legis cauentur erit Iuris, & non ab homine.

9 Ex quo sequitur primo, quod huiusmodi excõmunicatio sit perpetua, cũ sequatur naturam præcepti, cui est annexa, & coniuncta, vt colligitur *ex gloss. in cap. nobis.* 1. *verb. Non nisi subdit, de sentent. excommun. Pan* ibi *num.* 12. *Sayrus, Suarez, & Auila* locis citatis. Ac proinde etiam mortuo, aut remoto Inquisitore semper incurreretur.

10 Dico tertio, excommunicatio lata per Inquisitores tempore visitationis non incurritur, nisi pro tẽpore dũtaxat, pro quo durare dictum est obligationẽ edicti in visitatione promulgati. Quia excommunicatio lata in mãdatis visitationum non est ad modum statuti, sed ab homine. ita *Nauarr. cap.* 27. *num.* 2. quem sequitur *Auila* vbi supra. Nisi visitatores relinquerent ordinationes in scriptis addita pœna excõmunicationis per modum statuti, vt bene limitat idẽ *Auila*.

Quanto autem tempore durare debeat obligatio pręcepti Inquisitorum in visitatione lati diximus *quæst.* 2. *cap.* 5. *num.* 18.

11 Dico quarto quia edicta publicata ab Inquisitorib⁹ satis propabile ostẽdimus *cap.* 8. *quæst.* 2. *num.* 21. *vers. Alia vero edicta* perpetuo durare, siue in ijs sit certum tempus ad reuelandum definitum, siue indefinite sint lata; idcirco excõmunicatio huiusmodi præceptis annexa transgressores futuros perpetuo ligabit.

12 Distinguitur autem hæc excommunicatio, quæ est ab homine ab excõmunicatione, quæ est a Iure,

T quia

quia amoto, vel mortuo Inquisitore, qui eam tulit ipso facto & præceptum, & excommunicatio extinguitur, & euanescit.

13 Attamen hæ excommunicationes ab homine vbi semel incursæ sunt, sẽper durant, quoadusq; relaxentur; sicut excommunicatio ab ipso Iure lata. *Sayrus* vbi supra.

CAPVT II.

An falso denuntiantes, & an denuntiantes, sed prius fraterne corrigentes, aut de denuntiandis cõsultantes, an cooperantes ad non denuntiandum, & an impuberes incurrant hãc excommunicationẽ. Et quid de non denuntiantibus suspectos de hæresi? Quid etiam generaliter si non denuntiatus, ab alio sit denuntiatus.

SVMMARIVM.

1 *Falso, & calumniose denuntiantes non incurrunt excommunicationem latam contra non denuntiantes.*

2 *In casibus, in quibus corrigentes fraterne, aut cum aliquo consulẽtes peccant mortaliter, incurrunt etiam excommunicationem latam in edicto generali Inquisitorum.*

3 *Consulentes, & mandantes ne aliquis denuntiet non incurrunt excommunicationem latam contra non denuntiantes.*

4 *Lex pœnalis est odiosa, & stricte interpretanda.*

5 *Impuberes an incidant in excommunicationem generaliter latam, dubia est Doctorum sentẽtia.*

6 *Inquisitorum edicta non obli-*

obligare ad denuntiandum ante annum duodecimum, ex ipsis Inquisitoribus videtur cõstitutum.

7 *Si quis impubes cognosceret aliquem hæreticum, teneretur sub mortali reuelare, si obligatum se cognosceret.*

8 *Tales pueros non deberent Confessarij absoluere prius, quam ad reuelandum demãdarent.*

9 *Dictũ impuberis, & si nõ admittatur ad probandum, admittitur ad veritatem indagandam.*

10 *Sententia exorbitans cuiusdam recẽtioris, quod testes singulares neque sufficiant ad inquirendum de hæresi, exploditur, & exibilatur.*

11 *In crimine hæresis dictũ impuberis etiam ad probandum admittitur.*

12 *Hanc excommunicationem incurrunt etiã ij, qui suspectos de hæresi non denuntiant.*

13 *Hæc excõmunicatio incurritur a non denuntiante, etiamsi alius denuntiauit.*

14 *Quod amplia, etiã si sciam ab alio fuisse denuntiatum; quia adhuc teneor denuntiare.*

15 *Quod explica modo non denũtiãs sit testis principalis, seu formalis; nõ autem ex auditu.*

1 Dico primo. falso, atque calumniose aliquem Inquisitoribus de crimine cõficto denuntiãtes, nullo pacto incurrunt in pœnam excommunicationis latam in edictis Inquisitorum. Probatur a fortiori, quia hæc excommunicatio non extenditur ad consulentes, vt statim probabimus, ergo multo minus ad falso denuntiantes, qui nullam omnino connexionem habent cum nõ denuntiantibus, contra quos est lata censura, cum quibus tamen consulentes connectuntur, & colligantur.

2 Dico secundo. In casibus, in quibus quis fraterne,

ne, ac secreto prius corrigens, quam denuntiet peccat mortaliter contra præceptum Inquisitorum de non præmonendo, ac præcorrigendo, quos casus decreuimus *cap. 7. quæst. 2. a num 5. vsque ad* 10. Et similiter in quibus casibus peccatur mortaliter ante denuntiationem consilium petendo, quos etiam statuimus ibidem *a num.* 11. *vsque ad* 17. in ijsdem casibus puto, quod excommunicatio latæ sententiæ in edicto generali lata incurratur. Quod sic ostendo. Hęc præcepta continentur sub eodem verborum contextu, sub quo denuntiatio præcipitur sub pœna excõmunicationis ipso facto incurrendæ, ergo sub eadem pœna excommunicationis ferũtur. Quapropter cum *num.* 21. *d. capit.* 7. probatum fuerit, quod pręcepta de non consultando, & non pręmonendo sint diuersa, & distincta a præcepto de denuntiando, sequitur, vt transgressiones illorum ab huius transgressione se iungantur, & sic diuersis excõmunicationibus submittãtur, & subiaceant.

3 Dico tertio, si quis cõsilium alicui daret, vt non denuntiaret aliquem hereticum, aut de heresi suspectum, si suaderet, & cooperaretur, non incideret in excommunicationem latã contra non denuntiantes, cum attentis communibus regulis probabilior sententia sit quod excommunicatio lata contra principales non cõprehendat mandantes, ac consulentes. Quã sententiam docent *Auila de cẽsuris par.* 2. *cap.* 5. *disp.* 3. *dub.* 2. *concl.* 1. *Portell. in dub. Regular. verb. excommunicare num.* 7. *Finell. de cas. reseru. cas.* 4. *num.* 20. *Alterius tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 2. *cap.* 2. *Vgolinus tab.* 1. *c.* 9. *§. vlt. Couarr. in cap. Alma mater, par.* 1. *§.* 10. *num.* 15. *Suarez disp.* 4. *sect.* 3. *num.* 5. *Ioann. Henriquez in comp. cas. moral. cap.* 20. *num.* 16. *Sanchez de matrim. lib.* 3. *disp.*

*disp.*49.*nu.*2.Lex.n. pœnalis cũ ſit odioſa,eius verba ſtricte accipienda ſunt, ſecundum rigoroſam proprietatem ſermonis; at qui mandat, aut conſilium dat aliquid fieri, vel non fieri, non poteſt dici in rigore, quod faciat, vel facere omittat.

Et in terminis de mandante Confeſſario, vt in cõfeſſione ſollicitet, quod non comprehendatur in Conſtitutione Gregoriana, docent. *P. Diana p. p. reſolut. Moral. tract.* 4. *reſolut.* 22. *Boſſ. de cõfeſſ. ſollicit. dub.*6. *Trimarchus de cõfeſſ. abut. diſp.*14.*ſect.*4.*Carena* 2.*part. tit.* 6. §. 6. Contrariam licet ſuſtineant *Riccius* 3. *part. praxis fori Eccleſ. reſol.* 65. *num.* 3. & *Homobonus p.*2. *exam. tract.* 11. *cap.* 12. *q.* 26.*reſol.* 4. *tom.* 2. licet Boſſius ad ſuam opinionem cum trahere conetur, vt ſignificat *Trimarchus l.cit.*

4 Sed tamen veriſſimũ arbitror id, quod conſtanter a *Carena* vbi ſupra *nu.* 40. affirmatur, quod talis mandans, ſeu conſulens ſit de foro S. Officij, & ſubdatur ratione delicti iuriſdictioni Inquiſitorum, virtute Bullarum mandantium Iuriſdictionem Inquiſitoribus in confeſſarios ſollicitantes.

Et idem generaliter in omnibus alijs cauſis obſeruari, & practicari videmus, vt mandantes, & conſulentes quoduis delictũ, ad Inquiſitionis Officium, & iuriſdictionem ſpectans, per idem Tribunal S. Officij puniãtur. vt in puncto de conſulẽte Polygamiam docet *P. Diana p.* 4. *reſol. moral. tract.* 7. *reſol.* 4. & vniuerſaliter demandantibus, & cõſulẽtibus quoduis huiuſmodi delictũ tenet *Carena ibidem num.* 45. & docet in ſpecialibus titulis ſingulorum delictorũ ad Sanctum Officium ſpectantiũ. Faciunt etiam ad hęc ea, quę de non diuidenda cõtinentia, & connexitate cauſę dixi ego *in tract. de Polyg. lib.* 3. *quæſt.* 16.

5 Dico quarto. Generaliter loquendo ſatis dubiũ eſt

est, an impuberes incidant in excommunicationem. Affirmat *Hurtado de cẽs. in comm. diss. 7. num.* 30. vbi citat *Aegidium, Suarez, & Coninch.* Negant vero *Cæ- lest. in comp. Theol. mor. tract.* 3. *cap.* 6. *num.* 9. vbi loquitur in terminis excommunicationis latæ ad finem reuelandi, dicens: *Dico, quod vi monitorij non tenẽtur impuberes reuelare, quia illi excusantur a censuris ante pubertatis annos, idque intelligendum est tam de censuris a Iure latis, quam ab homine.* Sic ille. *Et Emanuel Sa, vero censura, num.* 2. docet, censuram neminem incurrere ante annum decimum. Idẽ de impuberibus docet *Sayrus de censur. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. videre etiam licet *Hugolinum de cens. tab.* 1. *c.* 17. §. 3. *num.* 5. *Vasquez in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 90. *art.* 2. *dub.* 4.

6 Quãuis igitur loquentes de excommunicatione in vniuersum res sit admodum incerta; tamen certum est ex vi edictorum Inquisitorum neminem, fœminam, aut marem obligari ante annum duodecimum. Ipsi enim Inquisitores hoc ipsum declarant in instructione, quam dirigũt ad Commissarios de modo edicti publicandi, vbi sic statuunt: *lleuando consigo vn Pregonero, yen las plaças, y calles que tuuieren mas vezindad, y pareciere, haran pregonar, que todos los hombres, y mugeres de doze annos arriba, que no estuuieren impedidos legitimamente, vayan el Domingo siguiente a la Iglesia, &c.* Ex quibus verbis inferri videtur primo, quod Inquisitorum intentio sit obligare ad denuntiandum omnes a duodecimo ætatis anno. Nam non alios ad edictum audiendum conuocare deberent, quam eos, quos vellent obligare. Secundo, quod cum mulieres pubescant in ætate duodecim annorum ex vulgatis iuribus *ff. de vulg. substit. l. omnibus in princip. & cap si annum,* & ibi *gloss. in verb. quartumde-*

cimum, de iudic. lib.6. Obligatio reuelandi ſub pœna excommunicationis mulieribus indicta ab anno duodecimo, nihil habet difforme a ſuprarelatis Authoribus, qui ſuſtinent, pueros ante annos pubertatis, in excommunicationem non incurrere. Solum difficultas eſt de maribus. hi enim puberes fiunt in ætate annorum quattuordecim ex iuribus citatis. Et ex probabili ſententia ante pubertatis annos pueri in excommunicationem nõ incurrunt, vt dictum eſt ſupra.

In hac difficultate, cum multum dubitationis pro vtraque parte adſit, poſſumus dicere, quod ſi Inquiſitores voluerunt obligare pueros ante annos pubertatis, Iure, meritoque fecerunt; tum quia ex probabili ſententia poſſunt excommunicationi ſubiacere; tum etiam quia ætatis præuentio fidei obſequio, & tutelæ debita videtur.

Poſſumus etiam aſſerere, quod licet Inquiſitores nõ obligent ad reuelandum ante annum duodecimum; tamen nõ quia ad audiendum edictum conuocant omnes a duodecimo anno ſupra, idcirco omnes a duodecimo volunt aſtringere; ſed pueri ob alium finem conuocantur, vt ſcilicet inſtrui incipiant, de ijs ad quæ ſuo tempore tenebuntur, & a teneris annis Domini timorem ebibãt, & addiſcãt. Cœterũ quoad obligationem reuelandi, & excommunicationis incurrendæ relinquunt eos in diſpoſitione Iuris.

7 Verũ eſt, quod ſi quis puer in qualibet ætate conſtitutus ingenij ſagacitate cognoſceret, quod aliquis hæreſim quãdam euomuiſſet, aut quid hæreticale perpetratus fuiſſet, obligatione naturali teneretur illum Inquiſitoribus denuntiare, & non denuntiando mortaliter peccaret, ſi ipſam obligationẽ agnoſceret.

8 Tene-

8 Teneretur itidem Cōfessarius, talem non absoluere, sed prius ad Inquisitores remittere. Et si quis audiret a puero narrante aliquid, quod ad Inquisitorum iurisdictionem pertinere minime dubitaret, & cognosceret quod etiam in puerili illa narratione vestigium veritatis aliquod appareret, deberet puerum ad ipsos Inquisitores, aut Commissarios deferre.

9 Et quamuis dictum impuberis regulariter non admittatur ad probādum: tamen admittitur ad veritatem indagandam, & Inquisitionem instituendam, ita *Clar. in prax. §. fin. q.* 24. *num.* 17. *Faber in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 15. *deff.* 12 *in annot. nu.* 2. *Farinacc. de testibus, num.* 43. *&* 44. *&* 48. *& num.* 52.

Et ad hanc sententiam factum illud monialis cuiusdam Cordubensis, cuius scelestissima simulatio tandem aliquando ab Inquisitoribus & prodita in veritatis lucem, & meritissimis pœnis castigata fuit, celeberrimum, ac peruulgatū vbique maxime facit. Contra ipsam enim inuestigandi, & inquirendi viam aperuit puer quidam per rotam ipsius cœnobij solitus introduci. Quod legere potes apud *Simanch. de catholic. institut. tit.* 21. *num.* 24.

10 Hic vero me acriter reprehenderet Zaccharias Pasqualigius, quod tantum stolidæ, ac imberbi pueritiæ concedam, quantum ipse quamuis prudentissimis, ac fide dignissimis senibus denegandum putat. In suo enim opere decisionum moralium *decis.* 160. *a num.* 12. constanter affirmat, per testes quotcumque, vel qualescumque singulares nunquam posse Inquisitores ad inquirendum procedere.

Sed quid agendum esset, si contra aliquem plures fide dignissimi, ac omni exceptione maiores de varijs hæresibus testimoniū dicerent? Subticendum ne esset,

esset, dissimulãdũ omnino? Docet ipse *nu.13. ibidem: In hoc casu,* ait, *censerem, tutius esse secreto aduocare denunciatum, & ei manifestare, quę cõtra ipsum deposita sunt, monereque, vt resipiscat, si forte vera sunt: & exigere ab ipso secretã purgationẽ Canonicã, se nũquã tales hæreses tenuisse; & ad summum exigere, quod aliquos compurgatores adducat, qui iurent se credere, quod ipse vere iurauerit, dum iurauit, quod tales hæreses non tenuerit. Hoc tamẽ non est necessarium; quia dictum ipsius cum iuramento, cum sit bonæ famæ, sufficienter euacuat depositionem testium singularium*. Hæc ille.

Videamus igitur quid veritatis in doctrina, quid prudentiæ in consilio delitescat.

Quantum ad ea que docet de testium singularitate, nolo ego rem, quam per transennam tetigi, alijs, quã ipsius Zachariæ dictis examinare. In *decisione 168. num.* 2. numerati a te fuerunt Decem, & octo Authores, qui pluribus in locis indubitanter sustinent, ac docent, posse in fidei fauorem per testes singulares Hęreticum conuinci. Cuius vero nominis, cuius Authoritatis illi sunt? Baldus Butrigarius, Salicetus, Caccialupus. Albert. Anan. Bero. Alexand. Calcan. Paris. Marsil. Hippol. Rimin. Clarus. Locat. Viu. Gomez Gigas. Zanchin. Petra. pręter alios, quos ais a citatis Authoribus referri. Quibus addere possem eos, quos citat *Fragosus par. 1. lib. 5. disputat.* 13. *num.* 80. & eos, quos refert *Peregrinus in conf. de Sagis. ad x. dub. a n.* 54. inserto *in fine tract. de pot. Eccles. per Raph. Torre, Sousa in aphor. q. vnica de test. sing. in caus. fid.* Et tu ipse *num.* 3. *decis.* 168. innumeros refers asserentes testes singulares plene probare in crimine lœsæ Maiestatis Humanæ, vnde hoc ipsum asserendum est a fortiori de læsione Diuinę Maiestatis. Et tamen audacter doces, non posse Inquisitores in

V hoc

hoc casu neque ad inquirendum cum fori strepitu procedere?

At quibus rationib⁹, quibus authoritatibus hoc roboras, & confirmas. Nullum Authorem hoc in terminis asserentem adducis. Solum refers Farinacc. Pegna, Sousa, Simanch. docentes, id, quod sicut anemine negatur, ita nihilprorsus ad rem tuam facit. Non sufficere aiunt, leuem suspicionem ad inquirendũ de hæresi contra virum bonæ famæ.

At leuem suspicionem putas tot hominum omni exceptione maiorum, plena fide dignissimorum etiã sub iuramenti religione assertum testimonium? hoc ipsum, quam generaliter docent, pro ratione in casu peculiari minus apte adducis.

Venio ad consilium Inquisitoribus datum de instituenda purgatione canonica in tali euentu. In quo quid tibi respondendũ putas? Fateor te esse & ingenio, & sapientia præditum, Sed negare non potes de rebus aut ad potestatem Inquisitorum, aut ad modum procedendi in Sãcto Officio spectantibus, te ita esse imperitum vt tutius, & honestius tibi sit subticere, quam loqui.

Recessit non solũ ab Aula Inquisitorũ, sed ex oĩum memoria Canonicę purgationis antiquatus vsus. Hic dumtaxat hãc imperitiam profers? legant vbi de Inquisitionis Officio, vbi de Inquisitorib⁹ habes sermonem & videant lectores, qua modestia, qua moderatione tecum agat Inquisitor. Sed ad propositum redeamus.

11 Imo vero in crimine hæresis, & in omnibus causis ad Sanctum Officium spectantibus, admittuntur, & coguntur testari impuberes *Cantera quæstionum crimin. cap. 2. de probat. per testes quæst. 1. num. 28. Farinac. de hæresi, q. 188. nu. 75. ampliat. 5.* qui alios allegat. *Carena par. 3. tit. 5. §. 10. n. 55.*

12 Dico

12 Dico quinto. Hãc excommunicationem incurrunt non ſolum, qui non denuntiant hæreticos, ſed etiam qui non denuntiant ſuſpectos de hæreſi. patet, quia ſub eadem pœna excommunicationis præcipitur de vtriſque denuntiatio.

13 Dico ſexto incurritur hæc excommunicatio a nõ denuntiante, etiamſi de facto eundem hæreticum alter denuntiet. ita in terminis *Suarez de fide diſp.* 24. *ſect.* 1. *num.* 14. vbi habet: *Qui non denuntiat hæreticũ cum tenetur, excommunicationem incurrit, etiam ſi alter denuntiet, & conſequenter prior non conſequatur effectum,*

14 Quod ampliandum puto etiamſi ego ſcirem hęreticum fuiſſe ab alio denuntiatum, quia etiam in hoc caſu teneor denuntiare, nec aliorum denuntiatio me a denuntiando excuſat, ſicut in alijs criminibus, quæ non comittuntur contra fidem. Et ratio eſt; quia ipſi Inquiſitores, qui hoc præcipere potuerunt, de facto præcipiunt, vt expreſſiſſime habetur in inſtructione suprarelata, ibi *Y aſſi miſmo ſe aduertira, que los que tuuieren que dezir alguna coſa de las contenidas en los edictos, han de yr a declararlas ante el Commiſſario ſin communicarlas con perſona alguna antes ni deſpues de auerlas declarado. Y que non ſe excuſan de la obligacion de declararlas, aũque ſepan que otros lo han hecho.*

15 Sed hoc intelligendum eſt non de teſtibus ex auditu alieno, ſcilicet de ijs, qui ſolum dicere poſſunt, ſe ab alijs audiuiſſe, hi enim non tenentur reuelare, ſi ſciunt hæreticum fuiſſe ab alio reuelatum: ſed ſolum de teſtibus formalibus. E. G. quiſquam coram tribus aſſeruit, Deũ non eſſe Trinum, tenentur omnes adire ad denuntiãdum, licet ſinguli ſcirent ab alijs reuelatũ eſſe. Oẽs.n. sũt teſtes formales, & diſtincti.

ſed cũ plures teſtificãtur ſe ab aliquo audiuiſſe, non efficiunt teſtium pluralitatem, ſed eorum teſtimonia ad primum, qui dixit reducenda ſunt, tanquam ad originem ſingularem.

CAPVT III.

An excõmunicatio lata in Bulla Cœnæ Domini contra fautores Hæreticorum comprehendat non denuntiãtes, & in quibus caſibus.

SVMMARIVM.

1 *Contra fautores hæreticorum lata eſt excõmunicatio in Bulla Cœnæ, & in Iure Canonico.*

2 *Hæreticis fauor præſtari poteſt committendo, vel omittendo.*

3 *Vt quis dicatur fautor per omiſſionem, oportet, vt omittat id, ad quod ex Officio, vel ex præcepto Eccleſiaſtico tenetur.*

4 *Fauor hæretico præſtari poteſt, vel ex formali intentione, vt hæretico; vel ita, vt ſaltem in ipſum, vt hæreticum redundet.*

5 *Aliqui tenent, vt quis incurrat excommunicationem fautoris hæretici, non eſſe neceſſariam intentionem directam, & formalẽ fauendi hæretico, vt hæreticus eſt.*

6 *Contraria ſententia etiã probabilis eſt.*

7 *Aliud eſt in foro interno eſſe aliquem hæreticorum fautorem; aliud vero, in foro exteriori, vt talem præſumi.*

8 *Omittendo denuntiationem hæretici, ſi nullus fauor aut directe in ipſum intendatur, aut cõſequtiue in ipſo reſultet, non incurritur excommunicatio lata cõtra fautores hæreticorũ.*

9 *Omittens denuntiationẽ formali intentione fauendi*

uendi hæretico, vt hæretico, certum est, quod hanc excommunicationem incurrat.

10 *Si hæreticum non denuntiando, solum resultet in ipso hæretico fauor, non formaliter intentus, probabile est, & quod incurratur, & quod non, talis excommunicatio.*

11 *Oportet, vt quis teneatur ex iustitia ad denũtiationem, vt incurrat in hanc excommunicationem non denuntiando.*

12 *Inquisitores in eam incurrunt, omittentes denuntiare, cum tenentur.*

13 *Personæ priuatæ siue publicæ adstrictæ ad reuelandum ex præcepto Inquisitorum, in illam incidunt si non reuelant.*

14 *Hoc procedit multo magis in ministris Sancti Officij.*

15 *Idem, si quis obligaretur voto, vel iuramento ad reuelandum hæreticos.*

16 *Sententia Sanchez limitãs procedere hoc in voto, vel iuramẽto præstito homini, cuius interest, vt Inquisitori.*

17 *Mandantes, & consulentes, ne quis denuntiet hæreticum, incidunt in hanc excommunicationem.*

18 *Mandantes, & consulentes non denuntiare, sunt principales respectu fauoris præstiti ex omissione denuntiationis; licet respectu denuntiationis sint accessorij.*

19 *Instruentes hæreticos ad celandam veritatem, quando fuerint examinati, dicuntur eorum fautores.*

20 *Non reuelantes suspectos de hæresi, etiam formali intentione illis, vt suspectis fauendi, non incidunt in hanc excommunicationem; sed solũ in eam, quæ lata est in edictis Inquisitorum.*

21 *Forum conscientiæ innititur veritati, non præsumptioni.*

22 *Si quis fauet ei, quem credit*

credit esse solum suspectum de hæresi, licet sit vere hæreticus, ex ignorantia excusatur ab incursu huius excommunicationis.

23 *Omittens denuntiare, ex quo alter denuntiauit non est immunis ab incursu huius censuræ.*

1 AD eorum, quæ dicenda sunt intelligentiam, prænotandum est. Primo quod in Bulla Cęnæ fulminatur, excõmunicatio ipso iure incurrēda non solum contra Hereticos, sed etiam contra fautores hæreticorum, contra quos etiam lata est in Iure *in cap. excommunicamus*, cum alijs *de hæreticis*, & *in cap. nouerit, de sentent. excomm.* de quo videre licet *Suarez de fide disp.* 24. *sect.* 1. *cum authoribus nu.* 1. *citatis.*

2 Secundo quod generaliter loquendo, duo sunt modi fauendi hæretico, scilicet committendo, & aliquid faciendo, vel omittendo aliquid facere. Priori modo præstatur fauor vel consilio, vel testimonio, & alijs similibus, verbis, vel rebus, vt pecunijs, armis &c. Quidquid enim horum fiat ad fauendum hæretico in suo errore, vel ad defendendum ipsum ab Ecclesiæ correctione, est positiuus fauor. Posteriori modo omissiue cēsetur fauere, qui omittit facere, quod tenetur, vt Hæreticus puniatur, vel ab errore cesset. ita docent *Sayrus in thesaur. cas. consc. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. *Sanchez in summ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 11. *Alterius tom.* 1. *de censuris disp.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *vers. quidam, qui publica. Suarez de fide disp.* 24. *sect.* 1. & tradunt omnes iuxta *cap. Error* 83. *distinctione, & cap. qui alio, de hereticis.*

3 Tertio, quod hęc obligatio non debet esse qualiscumque, sed ex iustitia, vt quis scilicet teneatur ex Officio, aut ex præcepto actum omissum iniungēte vt recte omnes citati, & mox

mox citandi authores declarant.

4 Quarto oportet vt illa omissio fiat intuitu hæresis, & animo fauendi hæretico, vt hæreticus est, vt authores statim citandi concorditer asseuerant.

Verum hæc intentio fauendi hæretico, vt hæreticus est, multiplex esse potest. Primo, ex intentione formali, scilicet, vt in sua hæresi perseueret, vel vt illam seminet, vel aliud simile. Secundo, volēdo dare fauorem hæretico, qui præuidetur redundaturus in fauorem hæresis, quamuis id non directe, nec formaliter, expresseque intendatur. Quapropter cōtrouertitur inter Authores, an prior modus sit necessarius, vt quis constituatur fautor hæreticorum, an secundus sit sufficiens.

5 Aliqui sustinent non requiri expressam, & formalem intentionem fauēdi hæretico, quia hæreticus est, sed sufficere velle illi dare fauorem redundantē contra negotium fidei, & promotionem hæresis, quāuis id fiat ex affectu aliquo humano, aut temporali, vt consanguinitatis, amicitiæ, vel etiam cupiditatis, & auaritiæ. Ita sustinet *Toletus in summa lib. 1. cap. 19. §. oportet*, & sequitur *Vgolin. de cens. Papæ reseruatis secun. part. cap. 1. verb. Receptatores in princip. nu. 2. & §. 1. num. 3. & Sayrus in Thesaur. tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 3. Farinaccius* cum alijs, *quæst. 182. num. 132.*

6 Contrariam sententiā docet *Sanchez* vbi supra *num. 5.* tunc enim tantum incurri credit hanc excōmunicationem, cum motiuum fauendi hæretico, est ipsa hæresis. Ducitur, quia cum non est intentio fauēdi hæresi, sed soli personæ alia ratione, quam hæresis, non est formaliter fauere hæretico. Siquidem ipsi nō præstatur, quatenus hæreticus est. Imo stat cum hoc fauore displicere maxime hæresim consequutiue faueri. Atque hanc senten-

tiam

tiam expresse ait docere. *Caietan in summ. verb. excommunicatio, cap.* 1. *Arag.* 2.2.*quæst.* 11. *artic.* 3. *paulo post principium* & fere aperte idem sentire *Sotum.* 4. *dist.* 22. *q.* 2. *ar.* 3. *post.* 5. *concl. casu* 1. *Nauarr. in summ. cap.* 27. *num.* 55. & *lib.* 4. *Consil. tit. de hæret. in* 1. *editione toto consil.* 11. *in* 2. *toto consil.* 14. *Manuel. in Bull. Cruciat.* §. 9. *num.* 75. & *Suarez,* 5. *tom. de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 8. Qui tamen de, *fide disp.* 24 *sect.* 1. *num.* 9. sequitur priorem opinionem, quam pluribus authoritatibus, & rationibus confirmat, & dicit, se a Sanchez aliter, quam sentiret, intellectum fuisse. Ex quibus patet, satis esse probabilem vtramque opinionem.

7 Quinto supponẽdum est, quod aliud est loqui in foro conscientię, aliud in foro externo. Nam quis in foro externo pręsumptiue potest, vt excommunicatus, tanquam hereticorum fautor haberi, licet in foro poli, cum ab animo prorsus fauendi recedat, excommunicatus hoc titulo non sit: Et contra quis exterius potest pro non fautore reputari, qui interius, & fautor vere & excommunicatus sit. De pręsumptione fautorię in foro externo ex omissione denuntiandi dicemus *cap.* 6. *huius quæst.* hic vero solum agimus de foro conscientiæ, quando scilicet quis vere dicendus sit fautor hæreticorum, ita vt hac excommunicatione irretiatur.

8 Ex quibus in vniuersum de fautoribus hęreticorum pręmissis; Dico primo. Qui omittit denuntiationem hęretici, cum tenetur, non intuitu hęresis, neque ex ipsa omissione aliquid consequtiue deducitur in fauorem hęresis, hic non incurrit talem excommunicationem. Patet; quia ex nulla ratione potest dici fautor hęreticorum, contra quos hęc excommunicatio lata fuit.

9 Dico Secundo. Qui nõ denun-

denuntiat hæreticum intẽtione directa, & formali, vt hæretico faueat, scilicet vel vt hæreses disseminet, vel vt hereticus nequaquam puniatur, certum est, quod hanc excommunicationẽ incurrit, quia vere ac proprie dicitur, & est fautor Hereticorum omissiuè.

10 Dico tertio. Qui non denũtiat hæreticũ sine formali intentione ei fauendi, si ex omissione aliqd in hæresis fauorẽ resultat, probabile est, & ꝙ incurrat, & ꝙ non, secundũ probabilitatẽ sẽtẽtiarũ n. 5. & 6. relatarũ.

11 Dico quarto. Ad incurrendam hanc excommunicationem oportet, vt quis teneatur ex iustitia ad non denuntiandum, patet ex ijs, quę diximus *num.* 3.

12 Ex qua regula infertur primo. Quod etiam ipsi Inquisitores in casibus in quibus tenentur denuntiare, si non denuntiant animo fauẽdi heretico, incurrunt in hanc excommunicationem, quia omittunt id, quod in ijs casibus etiã ex officio præstare tenentur. Sic in similibus docet *Sanchez l. cit. num.* 12. *Sayrus loc. cit. num.* 7.

13 Secundo, quod similiter incurrunt in hanc excommunicationem personæ siue publicæ, siue priuatę iussæ per Inquisitorum edicta hæreticos denuntiare, & omittunt, gratia fauendi hæresi. Quia contra iustitiam peccant, ita *Zanchinus de hæretic. cap.* 5. *nu.* 4. *Penna comment.* 78. *Sanchez loc. cit. num.* 15.

14 Quod multo magis patet in Ministris Inquisitorum, qui tum ex speciali obligatione officij, cum ex generali proueniente ex edicto tenentur. & ita Doctores citati docent.

15 Tertio infertur, quod etiam si non adesset Inquisitorum edictum ad reuelandum obligans, si tamen quis iuramento, vel voto se adstringeret ad hæreticos reuelandos non reuelando; cum teneretur, intuitu fauẽdi hæresi, hac excommunicatione ligaretur

tiam expresse ait docere. *Caietan in summ. verb. excommunicatio, cap.* 1. *Arag.* 2.2.*quæst.* 11. *artic.* 3. *paulo post principium* & fere aperte idem sentire *Sotum.* 4. *dist.* 22. *q.* 2. *ar.* 3. *post.* 5. *concl. casu.* 1. *Nauarr. in summ. cap.* 27. *num.* 55. & *lib.* 4. *Consil. tit. de hæret. in* 1. *editione toto consil.* 11. *in* 2. *toto consil.* 14. *Manuel. in Bull. Cruciat.* §. 9. *num.* 75. & *Suarez,* 5. *tom. de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 8. Qui tamen de *fide disp.* 24 *sect.* 1. *num.* 9. sequitur priorem opinionem, quam pluribus authoritatibus, & rationibus confirmat, & dicit, se a Sanchez aliter, quam sentiret, intellectum fuisse. Ex quibus patet, satis esse probabilem vtramque opinionem.

7 Quinto supponēdum est. quod aliud est loqui in foro conscientię, aliud in foro externo. Nam quis in foro externo pręsumptiue potest, vt excommunicatus, tanquam hereticorum fautor haberi, licet in foro poli, cum ab animo prorsus fauendi recedat, excommunicatus hoc titulo non sit: Et contra quis exterius potest pro non fautore reputari, qui interius, & fautor vere & excommunicatus sit. De pręsumptione fautorię in foro externo ex omissione denuntiandi dicemus *cap.* 6. *huius quæst.* hic vero solum agimus de foro conscientiæ, quando scilicet quis vere dicendus sit fautor hæreticorum, ita vt hac excommunicatione irretiatur.

8 Ex quibus in vniuersum de fautoribus hęreticorum pręmissis; Dico primo. Qui omittit denuntiationem hęretici, cum tenetur, non intuitu hęresis, neque ex ipsa omissione aliquid consequtiue deducitur in fauorem hęresis, hic non incurrit talem excommunicationem. Patet; quia ex nulla ratione potest dici fautor hęreticorum, contra quos hęc excommunicatio lata fuit.

9 Dico Secundo. Qui nō denun-

denuntiat hæreticum intẽtione directa, & formali, vt hæretico faueat, ſcilicet vel vt hæreſes diſſeminet, vel vt hęreticus nequaquam puniatur, certum eſt, quod hanc excommunicationẽ incurrit, quia vere ac proprie dicitur, & eſt fautor Hęreticorum omiſſiuè.

10 Dico tertio. Qui non denũtiat hæreticũ ſine formali intentione ei fauendi, ſi ex omiſſione aliqd in hæreſis fauorẽ reſultat, probabile eſt, & q incurrat; & q non, ſecundũ probabilitatẽ ſẽtẽtiarũ n. 5. & 6. relatarũ.

11 Dico quarto. Ad incurrendam hanc excommunicationem oportet, vt quis teneatur ex iuſtitia ad non denuntiandum, patet ex ijs, quę diximus *num.* 3.

12 Ex qua regula infertur primo. Quod etiam ipſi Inquiſitores in caſibus in quibus tenentur denuntiare, ſi non denuntiant animo fauẽdi hęretico, incurrunt in hanc excommunicationem, quia omittunt id, quod in ijs caſibus etiã ex officio præſtare tenentur. Sic in ſimilibus docet *Sanchez l. cit. num.* 12. *Sayrus loc. cit. num.* 7.

13 Secundo, quod ſimiliter incurrunt in hanc excommunicationem perſonæ ſiue publicæ, ſiue priuatę iuſſæ per Inquiſitorum edicta hæreticos denuntiare, & omittunt, gratia fauendi hæreſi. Quia contra iuſtitiam peccant, ita *Zanchinus de hæretic. cap.* 5. *nu.* 4. *Penna comment.* 78. *Sanchez loc. cit. num.* 15.

14 Quod multo magis patet in Miniſtris Inquiſitorum, qui tum ex ſpeciali obligatione officij, cum ex generali proueniente ex edicto tenentur. & ita Doctores citati docent.

15 Tertio infertur, quod etiam ſi non adeſſet Inquiſitorum edictum ad reuelandum obligans, ſi tamen quis iuramento, vel voto ſe adſtringeret ad hæreticos reuelandos non reuelando, cum teneretur, intuitu fauẽdi hæreſi, hac excommunicatione ligaretur

ita *Lælius Zecch. in summ. de hæresi cap. 11. num. 13. vers. sesta conclusio. Sanchez. l. cit. num. 15. Alterius* vbi supra *vers. regulariter itaque. Sayrus in fine num. 7. citati Angel. verb. hæresis num. 24. Syluester eod. verb. 1. q. 7. D. Antonin. 3. p. tit. 24. c. 5. Toledo in summa, in bulla Cœnæ. excommun. 1. n. 20.*

16 Quod Sanchez admittit tantum in casu, in quo homini cuius interest, vt Inquisitori, hoc iuramētum præstaretur. Quia ille iustitiæ ius acquirit, vt fides sibi data præstetur, vt solent facere Cruce signati, seu familiares Sācti Officij, qui iurare debent in manibus Inquisitorum se denūtiaturos hæreticos. *Lazarius de blasph. quæst. 12. nu. 12. Farinacc. de hæresi, quæst. 197. num. 48.* prout eos refert *Carena part. 2. tit. 9. §. 9. num. 42.* At secus esset, vbi soli Deo voto, aut iuramento, quis se astringeret, aut homini, cuius non interesit. Quia violans non denuntiando, solius Religionis transgressor esset.

Ex quib⁹ sequitur, quod priuatæ personæ, quę non astringuntur ex officio, neque ex voto, aut iuramento, neque ex pręcepto Inquisitorum, aut Episcoporum, licet tenerentur naturali Iure hęreticos denūtiare, si non denuntiarent, ex sola omissione nō essent fautores hęreticorum, ita vt incurrerent in hanc cēsuram, quamuis animo fauendi hęreticis denuntiationem omitterent, ita Doctores citati.

17 Quarto infertur quod mandantes, consulentes, & instruentes ad non denuntiandos hęreticos, intuitu, & fauore ipsius hęretici, incidant in hanc excommunicationem. Quem casum licet in terminis a nemine propositum viderim, tamē rationibus, & similibus exēplis potest satis comprobari.

18 Primo enim hi vere dici debent fautores hæreticorum. Nam quamuis respectu omissionis denuntiatio-

tiationis ſint acceſſorij; tamen reſpectu fauoris in hęreticum non denuntiandū impertiti ſunt principales. Imo poteſt eſſe, vt ſint principaliores, quam ipſe non denuntians. Quia fortaſſe ad non denuntiandum impulerunt, & excitarunt eū, qui forte hęreticum ſeclusis hiſce impulſibus nequaquam denuntiaſſet. Et hinc patet differentia inter Excommunicationem latam per Bullam Cœnæ contra fautores, et eam quę lata eſt ab Inquiſitoribus contra non denuntiantes; quod mandantes, & conſulentes reſpectu criminis, pro quo fertur excōmunicatio Bullę, ſunt principales; reſpectu vero non denuntiationis, pręceptæ ſub excommunicatione edicti, ſunt acceſſorij, & non rei criminis, pro quo lata eſt excommunicatio.

19 Secundo inſtruentes hęreticos ad celandum veritatem, quando fuerint examinati, & ad negandam hęreſim, quam tenent, dicuntur eorum fautores, vt plurimorum Doctorum, & Canonū authoritate probat. *Farinacc. de hæreſi q. 182. num.* 8. Ergo ſimiliter inſtruentes eos, qui hæreticos ſciunt, ne denuntient, quia hęreſi fauere intendunt.

20 Quinto infertur quod non reuelātes ſuſpectos de hęreſi licet incurrant excōmunicationem latam in edictis Inquiſitorum, non incidunt in excommunicationem latam in Bulla Cœnæ. Probatur; quia generaliter nō incurritur hęc excommunicatio ob fauorem pręſtitum ſuſpectis de hęreſi, etiam vt talibus, ſed ſolum pręſtitum hęreticis. ita docet *Suarez tom. 5. de cenſuris, diſp. 21. ſect. 2. nu.* 24. & *in tract. de fide diſp.* 24 *ſect.* 2 *nu.* 13. quem ſequitur *Sanchez loc. cit. num.* 14. contra *Nauarr. conſil.* 14. *de hæret. n.* 3 vbi loquēs in particulari de illo, qui pręſumitur, hęreticus quia per annum in excommunicatione inſordeſcit; ſen-

tire videtur, fautorem illius hac excõmunicatione percelli. Quem tamen explicat *Suarez d. num.* 13. Quod fortasse intellexit, vt etiam ipse significat, in foro exteriori, in quo sensu verum est.

21 Ratio est; quia forũ conscientiæ innititur veritati, non præsumptioni; vnde qui præsumitur hæreticus, si vere, & realiter non est hæreticus, ille, qui ei fauet, non potest dici fautor hæretici. Item quia cum odia sint restringenda, iura loquentia de fautore hæreticorum non sunt extendẽda ad fautores præsumptorum de hæresi.

22 Sed si quis faueret alicui, qui in foro exteriori præsumptionem solum de hæresi præseferret, tamen interius esset vere occultus hæreticus; incurreret ne in hãc excommunicationem, omittendo illum denuntiare? Respondeo, quod non incurreret hanc excommunicationem, vt recte docet *Suarez de fide disp.* 24. *sect.* 2. *num.* 12. Tum quia ex generalibus regulis de excõmunicatione ob ignorantiam etiam culpabilem quis excusatur a censura, vt fert probabilis opinio, testante ibidem Suarez. Tũ etiam quia sicut hoc peccatum specialiter prohibetur propter quamdam participationem hæresis; ita, vt sit in suo genere consũmatũ, requirit quamdam pertinaciam, quam illa ignorantia excusat, & ideo non incurritur censura, quæ modum peccandi in sua specie consummatũ requirit.

23 Dico quinto. Si quis omittit denuntiare, animo fauendi hæretico, incurrit hanc censurã, etiam si alius denuntiauerit, vt ostendimus *cap. præcedenti num.* 14.

CA-

CAPVT IIII.

In quibus casibus non denuntiantes multiplicibus excommunicationibus onerẽtur, tum ob multiplices omissiones denuntiandi, tum etiã quia a diuersis Iuribus excommunicentur.

SVMMARIVM.

1 *AN promulgato edicto ad reuelandum crimẽ de nouo commissum, sciens, & non denuntians incurrat dupplicem excommunicationem, alteram contentam in edicto generali, alteram in nouo edicto promulgatam?*

2 *Ratio dubitandi est, quod idem ab eodem Iudice ob eãdem causam non potest, aut non debet multiplici excommunicatione puniri.*

3 *In tali casu non denuntians dupplici excommunicatione obstringeretur.*

4 *Idem potest ob eãdẽ causam a diuersis Iudicibus simul excommunicari. Amplia primo, cũ vna excõmunicatio est a Iure, altera ab Homine.*

5 *Ratio est; quia Ius, & statuta non adimunt potestatẽ & iurisdictionẽ homini. Et excommunicatio ab Homine semper ob Canonicam premonitionem supponit distinctam contumaciã.*

6 *Amplia 2. in censuris latis a diuersis superioribus habentibus propriã iurisdictionem in solidum.*

7 *Amplia 3. in censuris latis ex Iure communi, & statuto particulari Ordinariorum.*

8 *Quod intellige, dummodo constet Ordinarium voluisse condere nouum statu-*

statutum, distinctum a Iure communi.

9 *Quod in casu proposito num. 1. incurratur dupplex excommunicatio, ex dictis probatur.*

10 *Omittens denuntiare intuitu fauoris præstandi Hæretico dupplici excõmunicatione percellitur; Altera ex edicto generali Inquisitorum, Altera ex Bulla Cœnæ contra fautores Hæreticorum.*

11 *Multiplicatis omissionibus denuntiationum, multiplicantur excommunicationes, quoties multiplicantur peccata omissionum.*

12 *In materia excommunicationis regula est, quod multiplicatis peccatis, pro quibus lata est excommunicatio, multiplicentur excommunicationes.*

13 *Transgressionum præcepti vnitas, vel distinctio cognoscitur, primo ex interruptione, vel continuatione actus contra præceptum commissi.*

14 *Si quis elapso termino in edicto ad denũtiandũ præfixo, non vult denũtiare, non incidit in nouam excommunicationem toties, quoties sciẽs ac volens omittit occasionem denuntiandi, sed in eadem excommunicatione perseuerat.*

15 *Quod intellige, dummodo non retractet voluntatem denuntiãdi, & proponat denuntiare, & a proposito iterum recedat. Nam quoties se retractat, toties incidit in nouam excommunicationem.*

16 *Quæ procedunt etiam in excommunicatione incursa ob fautoriam Hæretici.*

17 *Vnitas, & distinctio trãsgressionum præcepti sumitur secundo ex parte obiecti, seu materiæ circa quam versatur præceptum, seu transgressio.*

18 *Si quis in diuersis temporibus audiret eundem diuer-*

diuersas hæreses proferentem, & nullo pacto eum denuntiaret, incideret in duas excommunicationes.

19 *Si quis audiret ab eodem eãdem hæresim diuersis temporibus geminatam, si omnino non denuntiaret, in vnam tantum excommunicationẽ incideret.*

20 *Sed quid si reuelaret hæresim vna vice prolatã, sed eiusdem geminationem subticeret?*

21 *Quid etiam, si hæresim denũtiaret, circumstãtias loci, temporis, aut personarum reticeret; incideret talibus in casibus in excommunicationem?*

22 *Si quis audiens eodem tempore, & loco duos simul diuersas hæreses proferentes, si proponeret alterum tantum denuntiare, in vnam excommunicationẽ laberetur.*

23 *Si in hoc casu quis proponeret per vnicum actũ positiuum neutrum denuntiare, vnica excõmunicatione plecteretur.*

24 *Ratio est, quia cum tota actio simul fit, & ad diuersas personas, vel dicta terminatur, vna est & vnum peccatũ. Quod exemplificatur in extrahente duos simul ab Ecclesia, & in conuersante simul cum duobus excommunicatis, & in occidente vnico ictu plures Clericos, licet in hoc exemplo res sit magis dubia.*

25 *Qui in hoc casu proponeret neutrum denuntiare per duos actus, singulis ad singulos hæreticos terminatos, si inter hos actus intercedat temporis mora insufficiẽs ad diuersitatem moralem actuũ cõstituẽdam, vnica incurritur excommunicatio; Quod similibus exemplis confirmatur.*

26 *Si vero inter duos illos actus positiuos, seu proposita*

posita non denuntiandi interponatur mora temporis sufficiens ad omissionum moralem pluralitatem, duæ excommunicationes incurruntur.

27 *Si quis in hoc casu ambos omittit denuntiare per actum negatiuum, vnica contrahitur excommunicatio.*

QVāplures casus euenire possunt, in quibus non denūtiantes multiplicibus excommunicationibus ligantur, quorum varietas & legentibus delectationem afferet, & denuntiare nolentibus timorem incutiet.

1 Primus est; quando ob aliquod crimen de recens commissum edictum speciale Inquisitores promulgantes, denuntiationem illius sub pœna excōmunicationis ipso facto, & Iure incurrendæ præcepissent; dubitari potest, an si quis sciens authorem delicti, & eū non reuelaret, incurreret dupplicem excōmunicationem, alteram in edicto generali, & perpetuo durantem, alteram in edicto de nouo specialiter publicato contentam.

2 Ratio autem difficultatis in eo consistit, quod res admodum dubia est, an ob eamdem caussam possit quis ab eodem Iudice eadem censura in specie excommunicari, ita vt vere excōmunicationes multiplicentur, vt fuse expēdit *Suarez tom. 5. de cēsuris disp. 2. a num 7.* vbi in fine, *num. 9.* cōcludit, se opinari, quod id nunquā fiat iuxta vsum Ecclesiæ, ideoque posse dici absolute non posse, vel saltem non debere fieri. Sed in hoc casu eadem persona non denuntians ab iisdem Inquisitoribus ob eamdem causam non denuntiandi idem delictum de recenti commissum dupplici excommunicatione premeretur, ergo dicendum est, quod ex publicatione noui edicti non imponatur noua excommunicatio, sed eadem quæ fulminatur in edicto

edicto generali ad maiorẽ terrorem, quasi congeminari demonstretur.

3 His tamen non obstãtibus puto, quod in tali casu non denuntians dupplici excõmunicationis vinculo impediretur.

4 Nam licet verissima sit suprarelata doctrina *Suarez* tamen a diuersis iudicibus, seu superioribus posse in eundem distinctas numero censuras ferri propter eamdem caussam, affirmat idem Suarez *loc. cit. n.* 13. Quod ostendit primo in casu, in quo vna censura est a Iure, & alia ab homine. Potest enim aliquis simul, & pro eodem delicto a iure, & ab homine excõmunicari, citat *Abbatem in cap. grauem, de sent. excommunicationis num.* 5. Hoc etiam in terminis excommunicationis docent *D. Thom. in addition. q.* 22. *art,* 6. *Soto dist.* 22. *q.* 2. *art.* 2. *conclus.* 3. *Syluester verb. excommunicatio* 1. *nu.* 10. *Couarr. cap. alma mater p.* 1. *§.* 11. *num.* 13. *Auila de censuris par.* 2. *cap.* 4. *disp. vnica. dub.* 7. vbi de communi Doctorum, & allegat *cap. Engeltrudam.* 3. *q.* 4. *& cap. excellentissimus*, 11. *q.* 3. *& text. in cap. cum pro causa, de sentent. excommunic.* Et a fortiori dicũt omnes Doctores, qui etiam videntur affirmare; quod quis possit ob eamdem causam etiã ab eodem Iudice multiplici censura puniri, quos vide apud *Suarez loc. cit. nu.* 7. & *apud Sayrum* loco statim citando, & expresse docet *Auila*, vbi supra, *& par.* 2. *cap.* 6. *disp* 2. *dub.* 3. *prima cõclusio Sayrus in thesaur. cas. conscient. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 1. *&* 2.

5 Ratio est. quia ex vna parte ius non adimit potestatem, ac iurisdictionem homini, ac proinde non obstante censura, & excõmunicatione iuris, poterit homo censuram ferre ad maiorem terrorẽ vel exẽplum, si id viderit expedire: Ex altera vero parte, quamuis delictum vnum esse videatur; tamen contuma-

tumacia formaliter est diuersa, nam censuram a Iure latam incurrit quis, hoc ipso quod ius transgreditur. Vt vero ab homine ob idem delictum excommunicetur, necesse est præcedat canonica monitio, cui sit contumax; & sic alia videtur esse formaliter contumacia.

6 Idem etiam est dicendum pari ratione in sententijs censuræ, latis a diuersis superioribus habentibus propriam iurisdictionem in solidum, si tales sint, vt vsus vnius, vel præoccupatio non impediat vsũ alterius.

7 Idemque proportionaliter est in sententijs a Iure latis, si iura, & præcepta sint formaliter diuersa, qualia erunt, si vnum sit ius cõmune, aliud particulare, statutum ordinarij.

8 Dũmodo cõstet, quod nouum velit condere ius, & nouam pœnam imponere, & non solum statuti facti, & latæ excõmunicationis innouationem facere, & publicationẽ innouare. Quorum exempla vide apud *Sayrum vbi supra num.* 11. *& a num.* 5. *vsque ad finem* & regulas quas ponit ad dignoscẽdum, an fuerit multiplicata censura in diuersis legibus lata.

9 Quibus præmissis facilis est nostræ sententiæ probatio. Nam excommunicatio lata contra non denuntiantes in edicto generali est legis, & statuti vt ostendimus *cap.* 2. *num.* 7. Excommunicatio vero lata in casu aliquo particulari est ab homine, vt probatum fuit *num.* 12 ergo potuit multiplicari contra eundem ob idem delictum. Idem est dicendum de excommunicatione specialiter lata ab Inquisitoribus tempore visitationis, quæ etiam est ad modum sentẽtiæ ab homine: *ibid. nu.* 10.

10 Et ex his a fortiori manifestum est, quod qui omittit denuntiare intendens fauorem heretico impertiri, eo modo, quo supra explicatum fuit, duabus

bus excommunicationibus impeditur, altera prouenienteex edicto Inquisitorum, altera ex Bulla Cœnæ. Quia excommunicari posse eũdem ob diuersas caussas non est dubiũ, etiam ab eodem Iudice, vt docent supracitati Authores. Ex edictis vero Inquisitorum excommunicatur quis simpliciter ob denũtiãdi omissionem, ex Bulla Cœnæ ob fautoriam in omissione intẽtam; & quod in casu fautoriæ dupplex incurratur censura docet in terminis. *Carena par. 2. tit. 9. §. 10. num. 47.*

11 Veniamus ad multiplicationes excommunicationum, quæ haberi possunt ex multiplicatione omissionum denuntiandi. In quo illud pro constanti in vniversum tradi potest. Multiplicatis omissionibus denuntiationum, ita, vt quoties quis omittat denuntiare hæreticos, aut de hæresi suspectos, toties committat nouum peccatum contra leges, & edicta præcipientia denuntiare, multiplicãtur etiam excommunicationes latæ contra non denuntiantes.

12 Probatur ex regula vniuersali, quam in materia excommunicationis in genere tradunt Doctores. Generalis enim, & recepta doctrina est, vt quoties nouum peccatum contra leges sub pœna excommunicationis præcipientes committatur, toties noua censura incurratur; e contrario vero si peccatum sit vnum tantum, licet continuata mora, & per varias actiones fiat, vna tantum incurritur censura. Ita sentit *Nauarr. in summ. cap. 6 num. 17. & 18.* late *Vgolinus tab. 1. cap 16. §. 3. num. 4. & seq.* quos citat, & sequitur *Suarez disp. 5. citata sect. 3. num. 1.*

13 Difficultas autẽ maxima est inter Authores in declarando, quando transgressiones censendæ sint numero distinctæ, ita vt nouum committatur peccatum

Duobus ergo modis potest hæc vnitas, vel distinctio considerari. Primo ex interruptione, vel continuatione actus. Quamdiu enim actio continuatur in ordine ad consũmandum eundem effectum sine morali interruptione, transgressio vnica est, vt si quis per continuatum tempus verberet clericum, vt patet *ex cap. cum pro caus. de sent. excommunicat.* Quando vero moraliter censetur interrupta actio, & altera inchoata, noua transgressio censenda est. Quæ autem sit reputanda moralis interruptio, partim ex mora temporis, partim ex modo, & circũstantijs, & ex actionibus interpositis pensandum est. *Suarez de censuris tom. 5. disp. 5. sect. 3. num. 2.*

14 Ex qua doctrina sequitur resolutio casus practicabilis in hac materia. Nam cum quis prætergressus est terminum in edicto ad denuntiandum præfixũ, nec denuntiare voluit, an toties nouam excommunicationem incurrat, quoties elapso termino sciens, ac volens dimittit occasionem exequendi mãdatum, Affirmat *Bonacina disp. 1. de censuris in communi q. 1. p. 5. a num. 5.* Contrarium docent *Barbosa allegat. 96. num. 75.* & probabilem iudicat *Diana part. 3. tract. 5. resolut. 95.* quos sequitur *Raynaudus de monit. Ecclesiast. par. 1. c. 1. vers. mouetur quarto difficultas.* Ratio est primo; quia prætergressio edicti non est nouũ peccatũ moraliter loquendo quoad forum humanũ, sed est continuatio eiusdẽ culpæ. Secundo, quia surripiens rem alienam non toties peccat, quoties occurrunt occasiones restituendi, & nulla causa a restituendo excusat. Tunc enim censetur eadem culpa continuata, vt docet *Lessius de iustit. cap. 12. nu. 20.* Tertio, quia non videtur esse mentem excommunicantis, vt tot excommunicationes geminentur. Posset enim quis longo tẽ-

pore

pore transacto etiam mille excõmunicationibus grauari.

15 Quam secundã opinionem arbitror veriorẽ. dummodo omittens denũtiare non retractet voluntatem non denuntiandi, & non eliciat actum, & propositum denuntiãdi, a quo postea si deflectat, & recedat, puto eũ in nouã excõmunicationẽ incidere toties, quoties de nouo se retractat. V. G. quis scit hodie Petrum esse hæreticũ, si eum non denuntiat post sex dies in edicto statutos incidit in excommunicationem, in qua semper perdurat, etiamsi vsque ad extremum vitæ stet in voluntate non denuntiandi. Sed si postquam incidit in excommunicationem, se pœnitet, & proponit denuntiare, si postea iterum relabitur in animum, & propositum non denuntiandi, relabitur in secundam excommunicationem, & sic in tertiam, & quartã toties quoties in hanc mentem deuenit; & ab ea remouetur. Probatur; quia retractatio actus inducit nouam culpam toties, quoties retractatur, sed noua culpa pro quà excommunicatio est lata inducit nouam excommunicationẽ, ergo.

16 Quod explicauimus in excõmunicatione, quæ incurritur ex edicto Inquisitorum, similiter intelligẽdum est de ea, quæ contrahitur ex Bulla Cœnæ, quæ toties incurritur, quoties nouo animo, nouoque proposito fauendi hæretico, vt hæretico denuntiatio omittitur.

17 Secundo, vnitas, seu distinctio transgressionum considerari potest ex parte obiecti, seu materiæ circa quam versatur peccatum, seu transgressio. Et tunc difficilius est distinguere peccata, quia potest contingere, vt sine interruptione morali actus habeatur multiplicitas subiecti, & materiæ. V. G. si quis sine morali interruptione percutiat vnum clericum, & statim

Duobus ergo modis potest hæc vnitas, vel distinctio considerari. Primo ex interruptione, vel continuatione actus. Quamdiu enim actio continuatur in ordine ad consũmandum eundem effectum sine morali interruptione, transgressio vnica est, vt si quis per continuatum tempus verberet clericum, vt patet *ex cap. cum pro cauſ, de sentent. excommunicat.* Quando vero moraliter censetur interrupta actio, & altera inchoata, noua transgressio censenda est. Quæ autem sit reputanda moralis interruptio, partim ex mora temporis, partim ex modo, & circũstantijs, & ex actionibus interpositis pensandum est. *Suarez de censuris tom. 5. disp. 5. sect. 3. num. 2.*

14 Ex qua doctrina sequitur resolutio casus practicabilis in hac materia. Nam cum quis prætergressus est terminum in edicto ad denuntiandum præfixũ, nec denuntiare voluit, an toties nouam excommunicationem inccurrat, quoties elapso termino sciens, ac volens dimittit occasionem exequendi mãdatum, Affirmat *Bonacina disp. 1. de censuris in communi q. 1. p. 5. a num. 5.* Contrarium docent *Barbosa allegat. 96. num. 75.* & probabilem iudicat *Diana part. 3. tract. 5. resolut. 95.* quos sequitur *Raynaudus de monit. Ecclesiast. par. 1. c. 1. vers. mouetur quarto difficultas.* Ratio est primo; quia prætergressio edicti non est nouũ peccatũ moraliter loquendo quoad forum humanũ, sed est continuatio eiusdẽ culpæ. Secundo, quia surripiens rem alienam non toties peccat, quoties occurrunt occasiones restituendi, & nulla causa a restituendo excusat. Tunc enim censetur eadem culpa continuata, vt docet *Lessius de iustit. cap. 12. nu. 20.* Tertio, quia non videtur esse mentem excommunicantis, vt tot excommunicationes geminentur. Posset enim quis longo tẽpore

pore transacto etiam mille excõmunicationibus grauari.

15 Quam secundã opinionem arbitror veriorẽ. dummodo omittens denũtiare non retractet voluntatem non denuntiandi, & non eliciat actum, & propositum denuntiãdi, a quo postea si deflectat, & recedat, puto eũ in nouã excõmunicationẽ incidere toties, quoties de nouo se retractat. V. G. quis scit hodie Petrum esse hæreticũ, si eum non denuntiat post sex dies in edicto statutos incidit in excommunicationem, in qua semper perdurat, etiamsi vsque ad extremum vitæ stet in voluntate non denuntiandi. Sed si postquam incidit in excommunicationem, se pœnitet, & proponit denuntiare, si postea iterum relabitur in animum, & propositum non denuntiandi, relabitur in secundam excommunicationem, & sic in tertiam, & quartã toties, quoties in hanc mentem deuenit, & ab ea remouetur. Probatur; quia retractatio actus inducit nouam culpam toties, quoties retractatur, sed noua culpa, pro quã excommunicatio est lata inducit nouam excommunicationẽ, ergo.

16 Quod explicauimus in excõmunicatione, quæ incurritur ex edicto Inquisitorum, similiter intelligẽdum est de ea, quæ contrahitur ex Bulla Cœnæ, quæ toties incurritur, quoties nouo animo, nouoque proposito fauendi hæretico, vt hæretico denuntiatio omittitur.

17 Secundo, vnitas, seu distinctio transgressionum considerari potest ex parte obiecti, seu materiæ circa quam versatur peccatum, seu transgressio. Et tunc difficilius est distinguere peccata, quia potest contingere, vt sine interruptione morali actus habeatur multiplicitas subiecti, & materiæ. V. G. si quis sine morali interruptione percutiat vnum clericum, & statim

tim incipiat percutere aliũ in quo casu si respiciamus ad impetum percutientis, & ad continuationẽ actionis, videtur esse tantum vna transgressio Canonis, Si quis suadente. Si vero consideremus personas offensas, videntur esse diuersæ iniuriæ: idemque ob similem rationem erit, si quis vno ictu plures interficiat. *Suarez loc. cit. num.* 4.

18 Ex qua generali doctrina descẽdẽdo ad particulares casus in materia nostræ denuntiationis; Dico primo: Si quis audiret ab eodem in longe disiunctis tẽporibus proferri diuersas hæreses, V. G. hodie audiat dicentem, Deum esse mortalem, Cras vero Deum non habere Prouidentiam humanarum rerũ, certum, est, quod talis de vtraque hæresi tacẽdo, nec eum denuntiando in duplicem excommunicationem incurrat. Ratio est, & materia rei denuntiandæ est diuersa, & non habetur continuatio primæ omissionis denuntiandi cum secunda in tali temporis disiunctione.

19 Si quis vero audiret eumdem eamdem hęresim diuersis temporibus proferentem, ac geminantem, V. G. hodie audit quis a Petro, B. Virginem non esse Matrem Dei, cras idẽ audit ab eodem repetitum, & cõfirmatum, puto, quod si eum omnino non denũtiet, in vnam dumtaxat excommunicationẽ incurrat. Ratio est; quia neq; ratione personæ, neque ratione materiæ, neque ratione actus ex parte omittentis denuntiationem habemus distinctionem.

20 Sed quid si denũtiet hæresim prima vice prolatam & eiusdem geminationem subticeat? puto, quod incidat ex hac omissione in nouam excommunicationem, quia hæc omissio nouam, ac distinctam malitiam videtur inducere, & iam non amplius habere vnitatem cũ prima omissione, qua hæresim omnino subti-

ſubticuit, nec reuelauit.

Ipſa enim iteratio & multiplicatio eiuſdem criminis licet ex ſe ipſa ſpeciem criminis non mutet, mutat tamen ipſius conditionem, & ſtatum. Nam peccata eo grauiora cenſentur, quo diutius infelicem animam detinent alligatam; & tanto grauiora, quanto pluries condonata, & iterata; *Gloſſ. & Abb. in cap.* 1. *de Clerici percuſſore*. Et ex iteratione eiuſdem criminis, criminoſus tanquam conſuetudinarius reputatur & punitur; facit *text. in cap. fin. de conſuetud.* & in *l.* 3. *C. de Epiſcopali aud. Iaſ. in l.* 3. *§. iurare, num.* 4. *de iureiuran. Ioan. Rojas par.* 2. *de hæret. nu.* 177. vbi, quod ex conſuetudine blaſphemãdi creſcit pœna. *Nauarr. de incompatib. benefic. nu.* 4. *& in cap.* 1. *de pœnit. diſt.* 5. *§. tanto. Decian tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 3. *num.* 6. Atque ita ego *in tract. de polygam. lib.* 2. *quæſt.* 1. *nu.* 31. *&* 32. oſtendi, contrahentem plures, quàm binas nuptias ſuſpectum eſſe de vehementi etiam in hoc Tribunali Hiſpano, in quo ſi tantum binas contraheret, eſſet ſolum de leui ſuſpectus. Quamuis nec in hac mea doctrina, nec in praxi totius Hiſpanicæ Inquiſitionis conquieſcat familiariſſimus meus *Carena* 2. *part. tit.* 5. *num.* 58. *verſ. & ſic patet contra D. Traſmieram*. Sed pro modo ſit ſatis pro me reſpondiſſe R. P. F. Ioannem Alberghini *cap.* 27. *ſui Manualis qualificat. à num.* 13. cum noſtram reſponſionem in alia, annuente Deo, opportunitate fortaſſe dilatam reſeruemus. Crimina etiã multiplicata ſolent ab aliquibus Ordinarijs reſeruari vt teſtatur *Lazarius de blaſphemia quæſt.* 8. vbi *num.* 1. quod talis reſeruatio ſit de blaſphemis conſuetis; & *nu.* 3. recenſet opiniones aſſerentium, quis ſit dicendus blaſphemus conſuetus: cũ alij conſuetudinem etiam ex bino actu deducant; *Bald. in l. diuturna ff. de legi-*

legibus allegando l. 3. *in fine C. de Episcop. aud.* nam quod bis fit, frequẽter fieri dicitur., *iuxta gloss. singul. in Rubr. C. quæ sit longa consuetud. Rodriq. tom.* 1. *qq. regul. q.* 6. *artic.* 12. *circa princip.*

Alij triplicẽ actum requirant. alij rem iudicis arbitrio relinquant vt per *Lazarium num.* 3. *cit. & seqq.* Verum est, quod in aliquibus Tabellis reseruationis, reseruatur blasphemia trina vice prolata. vt per *Lazarium ibid. num.* 15. Et *Rauennat. Archiepiscop.* reseruat sibi blasphemias hæreticales iterato patratas, vt per eundem *ibid. n.*16.

Quapropter qui subticeret geminationem eiusdem hæresis, videtur multum detraxisse debitę delicti punitioni, nec vulnus ægrotantis penitus medico patefecisse. Quod si triplicata fuit eiusdem hæresis assertio quantum contumaciæ, quantum pertinaciæ in proferẽte præsumitur? Imo videtur contemptũ præseferre, qui frequenter in aliquod vitium incidit; *Menoch. de arbitr. cas.* 416. *nu.* 23. *Imola in clement.* 1. *in verb. scienter de sepul.* & iteratio mali actus, inducit mentis perdurationem. *Io. Andr. ad spec. de fide instrum. §. porro, vers. donatio autem.*

Pręterea si in geminatione adfuerunt testes, qui nõ fuerunt præsentes in prima prolatione, ex silentio geminationis, impediretur plena cognitio, & probatio delicti. Ex quibus videtur mihi satis probabile, quod talis sic tacens non modo non satisfaceret obligationi reuelãdi, sed nouum omissionis peccatum committeret, & nouam excommunicationem incurreret.

21 Si quis vero denuntiaret hæresim, sed subticeret malitiosę circumstantias temporis, loci, & personarum an hic incurreret excommunicationem latã contra non denuntiantes, satis dubitabile existimo, præsertim quod in edicto non pręcipitur denuntiatio

tio

tio circumſtantiarum delicti, ſed ſolum reuelatio ipſius. Ex vna enim parte videtur ſatisfacere præcepto: ex alia videtur multum obligationi detraxiſſe, cum per circumſtantias deueniatur in cognitionem plenam delicti ad reum condemnandum, ad quam denuntiatio, tanquam ad finem ordinatur.

22 Dico ſecũdo. Si quis eodẽ tempore, & loco audiret duos ſimul diuerſas, aut eamdem hęreſim aſſerentes; tunc, ſi proponeret alterum denuntiare, & alterum ſupprimere, in vnam tantum excommunicationem laberetur. Ratio eſt euidẽs, quia vnica eſt omiſſio, vnum obiectum denuntiationis, ac proinde vnica tranſgreſſio exiſtimanda eſt,

23 Si vero neutrum denuntiaret, tunc aut omitteret denuntiationẽ per actũ poſitiuum, ſcilicet expreſſe, ac poſitiue proponendo non denuntiare. Et ſi hoc propoſitum, eſt vnicũ terminatũ ad duas perſonas, & delicta, quę vna voluntate proponit non denuntiare, in hoc caſu vna tantũ incurritur excommunicatio.

24 Quia quando tota actio ſimul fit, terminatur vero ad diuerſas perſonas, vel obiecta vna eſt, & vnũ peccatum grauius, vt bene docet *Suarez ſect. 3. cit. nu.* 8. Et ita putat probabile, quod, qui ſimul duos homines duabus manibus teneret, & ita extraheret ab Eccleſia, vnam incurreret cẽſuram. Et idem cenſet de illo, qui eodem tempore ſimul conuerſatur cum duobus excommunicatis. Ratio eſt, quia diuerſitas ſola perſonarum parum confert ad multiplicanda peccata in his caſibus. De caſu vero homicidij quando vno ictu quis plures clericos occidit, rem magis dubiam exiſtimat; ſed ſibi videtur etiã probabilis hæc pars, quia ſimpliciter vnum peccatum eſt, & vna tranſgreſſio, quæ in vna actione

Z con-

consistit, quamuis ex ea resultent plura nocumenta, quæ potius sunt effectus vnius peccati, quam plura peccata.

Contrariũ docet *P. Diana part. 5. tract. 9. resolut. 60.* in casu percutientis plures Clericos successiue, vbi citat *Alterium de censur, lib. 3. disp. 10. cap. 8. Bonacin. de censur. disp. 9. dub. vlt. quæst. 3.* & de communi testatur. Idem sustinet *Lazarius de blasphemia quæst. 8. num. 38.* vbi citat *Ioan And. in mercur. cap. delictum de regu. iur. in 6. Nauarr. in man. c. 6. nu. 19. Hugolin. de censur. c. 16. tab. 1. §. 3. num. 8. Lucam Floren. tract. de prohibit. duelli. c. 5. §. 6. num. 4.*

Qui non aliud assererent in casu nostro, cùm omnes hi casus vnica ratione contineantur. Putant enim has percussiones esse plures formaliter, & numero distinctas, cum vnitas numerica non tantum desumenda sit ex continuatione tẽporis, & actionis, verum etiam ab obiecto, circa quod actio, & percussio exercetur.

Sed licet hæc sententia & tanto Doctorum numero, & rationis efficacitate probabilissima mihi videatur; tamen authoritas tanti viri, qualis est Suarez, & vis argumenti ab ipso adducti inducunt me ad eius sẽtentiam non modo non improbandam, verum etiã sequendam,

25 Si vero omittit denũtiare, diuersa proposita eliciendo, tunc si hæc proposita & actus sibi succederẽt sine temporis mora, in vnicam etiam puto incidere excommunicationem. Ratio est; quia licet habeamus in hoc casu duas actiones physicè distinctas, tamẽ non censendæ sunt moraliter diuersæ. Tum quia sine temporis mora ad moralem distinctionem sufficiẽte sibi succedunt. Tum etiã quia duæ illæ actiones tendunt ad consummandum eundem effectum, ad perficiendã scilicet transgressionem

sionem præcepti de denũtiatione. Itaque duæ illæ actiones vnicum mihi videntur componere actum in sua specie completum. Quo casu vnicam etiam incurri censuram docere videtur *Suarez dicta sect. 3. num. 6.* licet obscure loquatur, & rem pro materiæ diuersitate distinguat. Ad quæ faciunt dicta à nobis *num.* 14.

26 Si vero hęreticos denũtiare omittit per diuersa proposita, diuersis temporibus elicita, nec sibi cũ cõtinuatione succedentia, tunc per se clarum, ac certum est duas incurri censuras, quia duæ sunt etiam moraliter acceptæ transgressiones.

27 Postremo si eos omittit denuntiare per actũ negatiuum, scilicet non iam positiue proponendo non denuntiare, sed de facto non denuntiando, tunc vnica semper innodatum esse censura excommunicationis censeo, sicut cum omitteret denuntiationem vtriusque per vnicum non denuntiandi actum positiuum. Quod ijsdem rationibus comprobari potest.

CAPVT V.

Excõmunicationes latæ contra non denuntiantes, quæ sint reseruatæ, quæ non. Quis habeat potestatem absoluendi de eisdem vel reseruatis, vel non reseruatis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio cõtra non denuntiantẽs lata in edicto generali Inquisitionis Hispanicæ, non est reseruata.*

2 *Ea vero. q̃ fertur per Italiã de mãdato S.C.S. Officij de Vrbe reseruata est Inquisitori, aut supremo Tribunali San-*

consistit, quamuis ex ea resultent plura nocumenta, quæ potius sunt effectus vnius peccati, quam plura peccata.

Contrariũ docet *P. Diana part. 5. tract. 9. resolut. 60.* in casu percutientis plures Clericos successiue, vbi citat *Alterium de censur, lib. 3. disp. 10. cap. 8. Bonacin. de censur. disp. 9. dub. vlt. quæst.* 3. & de communi testatur. Idem sustinet *Lazarius de blasphemia quæst. 8. num.* 38. vbi citat *Ioan And. in mercur. cap. delictum de regu. iur. in 6. Nauarr. in man. c. 6. nu.* 19. *Hugolin. de censur. c. 16. tab. 1. §. 3. num.* 8. *Lucam Floren. tract. de prohibit. duelli. c. 5. §. 6. num.* 4.

Qui non aliud assererent in casu nostro, cùm omnes hi casus vnica ratione contineantur. Putant enim has percussiones esse plures formaliter, & numero distinctas, cum vnitas numerica non tantum desumenda sit ex continuatione tẽporis, & actionis; verum etiam ab obiecto, circa quod actio, & percussio exercetur.

Sed licet hæc sententia, & tanto Doctorum numero, & rationis efficacitate probabilissima mihi videatur; tamen authoritas tanti viri, qualis est Suarez, & vis argumenti ab ipso adducti inducunt me ad eius sẽtentiam non modo non improbandam, verum etiã sequendam.

25 Si vero omittit denũtiare, diuersa proposita eliciendo, tunc si hæc proposita & actus sibi succederẽt sine temporis mora, in vnicam etiam puto incidere excommunicationem. Ratio est; quia licet habeamus in hoc casu duas actiones physicè distinctas, tamẽ non censendæ sunt moraliter diuersæ. Tum quia sine temporis mora ad moralem distinctionem sufficiẽte sibi succedunt. Tum etiã quia duæ illæ actiones tendunt ad consummandum eundem effectum, ad perficiendã scilicet transgressionem

ſionem præcepti de denũtiatione. Itaque duæ illæ actiones vnicum mihi videntur componere actum in ſua ſpecie completum. Quo caſu vnicam etiam incurri cenſuram docere videtur *Suarez dicta ſect. 3. num.* 6. licet obſcure loquatur, & rem pro materiæ diuerſitate diſtinguat. Ad quæ faciunt dicta à nobis *num.* 14.

26 Si vero hęreticos denũtiare omittit per diuerſa propoſita, diuerſis temporibus elicita, nec ſibi cũ cõtinuatione ſuccedentia, tunc per ſe clarum, ac certum eſt duas incurri cenſuras, quia duæ ſunt etiam moraliter acceptæ tranſgreſſiones.

27 Poſtremo ſi eos omittit denuntiare per actũ negatiuum, ſcilicet non iam poſitiue proponendo non denuntiare, ſed de facto non denuntiando, tunc vnica ſemper innodatum eſſe cenſura excommunicationis cenſeo, ſicut cum omitteret denuntiationem vtriuſque per vnicum non denuntiandi actum poſitiuum. Quod iiſdem rationibus comprobari poteſt.

CAPVT V.

Excõmunicationes latæ contra non denuntiantes, quæ ſint reſeruatæ, quæ non. Quis habeat poteſtatem abſoluendi de eiſdem vel reſeruatis, vel non reſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio cõtra non denuntiantẽs lata in edicto generali Inquiſitionis Hiſpanicæ, non eſt reſeruata.*

2 *Ea vero, q̃ fertur per Italiã de mãdato S.C.S. Officij de Vrbe reſeruata eſt Inquiſitori, aut ſupremo Tribunali Sancti*

cti Officij.

3 *Sed olim hæc etiam non reſeruabatur.*

4 *Excommunicatio incurſa a non denuntiante ob fautoriam Hæretici, reſeruata eſt Pōtifici, præterquā in articulo mortis, ſicut cæteræ excommunicationes Bullæ Cœnæ, a quibus neque Collegium Cardinaliū, neque Concilium Generale poteſt abſoluere.*

5 *Excommunicatio ob fautoriam Hæretici non eſt in eo gradu reſeruata, in quo eſt ipſa Hæreſis.*

6 *Per vniuerſalem clauſulam concedentem caſus Bullæ Cœnæ, conceſſa intelligitur facultas abſoluendi ab excommunicatione incurſa ob fautoriam Hæretici. Et ita fautores poſſunt abſolui per Bullā Cruciatæ, aut per Iubilæum.*

7 *In generali conceſſione caſuum Pontifici reſeruatorum, non comprehēditur caſus fautoriæ, nec alij Bullæ Cœnæ.*

8 *Excommunicatio lata in edicto generali eſt ad modum legis, lata in viſitatione, vel pro re incidenti eſt ab homine.*

9 *Incurrens in excommunicationem latam in edicto generali Inquiſitorum Hiſpaniæ poteſt abſolui a quocumque habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

10 *Ratio; quia ab excommunicationibus a Iure latis, & non reſeruatis poſſunt abſoluere omnes hanc iuriſdictionem habentes.*

11 *Amplia. 1. vt etiam Parochus poſſit abſoluere.*

12 *Amplia. 2. vt etiam poſſit quilib. Sacerdos, qui poteſt abſoluere a mortalibus.*

13 *Incurrēs excommunicationē latā in edicto generali Inquiſitionis Italiæ, non poteſt abſolui niſi ab Inquiſitore, aut a Supremo Tribunali Romæ; cum ab excommunicatione in Iure reſerua-*

ſeruatà ſolum abſoluere poſſit, qui eam tulit, aut eius ſuperior, aut eius delegatus.

14 *Ab excommunicatione lata ab Inquiſitoribus tempore viſitationis poſſunt abſoluere ij omnes, qui poſſunt ab excommunicatione iuris non reſeruata.*

15 *Ratio eſt; quia excommunicatio lata per ſententiam generalem pro delictis committendis æquiualet excommunicationi Iuris non reſeruatæ.*

16 *Parochus, vel ſimplex Sacerdos poteſt abſoluere ab excommunicatione lata a Viſitatore Epiſcopi in ſua viſitatione*

17 *Oppoſita ſententia probabilis, & communis eſt.*

18 *Ab excommunicatione lata ab Inquiſitoribus pro aliquo delicto comiſſo reuelando non poteſt abſoluere; niſi Inquiſitor, qui eam tulit, aut eius ſuperior, aut eius delegatus.*

1 DIco primo. Excõmunicatio lata cõtra non denuntiantes in edicto promulgato p Hiſpaniæ Regna, & Prouincias ex ordine Generalis Inquiſitionis Hiſpanicæ non eſt reſeruata. Patet edictum ipſum legendo, in quo ſolum fit mentio reſeruationis delicti hæreſis; & ipſa excommunicatio ſimpliciter fertur in nõ denũtiãtes.

2 Dico ſecundo. Excõmunicatio contra non denuntiantes lata in edictis ſolitis publicari per Prouincias Italiæ de mandato S. C. S. Officij de Vrbe, reſeruatur ipſis Inquiſitoribus earumdem Prouinciarum, aut ſupremo Tribunali S. Officij Romani, vt patet ex ipſo edicto, quod per extẽſum refertur a *Carena part. 2. tit. 9. §. 7.* in quo ſunt hæc verba. *Et dalla detta ſcommunica, & pene, nelle quali i diſubidienti incorrerãno, nõ poſsa alcuno eſsere aſſoluto, ſe non da noi, o dal Supremo Tribunale del S. Officio di Roma, ne ſarà*

sarà assoluto, se prima giuridicamente riuelando i detti heretici, o come di sopra sospetti d'heresia, non hauera sodisfatto.

3 Verum est, quod antiquitus consueuerat hæc excommunicatio sine reseruatione per Italiam publicari, vt patet in edicto Brixiæ promulgato *anno Dom.* 1587. de quo facit mẽtionem *Lælius Zecchius in tract. casuum reseruat. cas. 2. de hæretic. denuntiad. Et vers. considerandum vlterius quandiu*, dicit in eo non fuisse reseruatam hanc excommunicationem.

4 Dico tertio. Excommunicatio quæ incurritur a non denuntiante ob fauorem hæretico præstitũ, est reseruata Põtifici. Quia omnes excommunicationes latæ in Bulla Cœnæ, Papæ reseruantur, præterquã in articulo mortis, ita vt neque Concilium Generale, nec Collegium Eminẽtiss. Cardinalium ab eis possint absoluere, §. *Cæterum a prædictis sententijs, in Bulla prædicta Cœnæ, Naldus in summ. in verb. Bulla Cœnæ, num.* 60.

5 Illud vero notatu dignissimũ est, quod affirmatur ab *Henriquez lib. 6. de pœnit. cap.* 16. *num.* 6. & amplectitur *Sanchez in summ. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 12. *& Suarez de fide disp.* 24. *sect.* 1. *num.* 11. Quod licet hæc excommunicatio sit reseruata in eo gradu, & rigore, quo aliæ censuræ Bullæ; non tamen cum ea seueritate, ac specialitate, cum qua excommunicatio propter hæresim; tum quia nullo iure talis specialitas cauetur, tum etiam quia in delictis ipsis est magna diuersitas, & inæqualitas; longe enim grauius est Hereticum esse, quam esse hæretici fautorem.

6 Ex quo ipsi recte inferunt, quod per vniuersalem clausulam concedentem casus Cœnæ comprehenditur potestas absoluẽdi a delicto fautoriæ, & ab excommunicatione ob ipsam incursa. Et ita per Bullam

lam Cruciatæ, aut Iubilœi concessa facultate absoluẽdi a Casibus quibuscumq; etiam Bullæ, excepta hæsi, posse absolui hæreticorum fautores docẽt quam plurimi *DD.* relati *a Diana resol. moral. p. p. resol.* 7. Quibus adde *Henriquez in summa, lib. 6. de Sacrament. pœnit. cap.* 16. *num* 2. *in Addit. vers. Quare de se videtur*, quod etiam ibi intelligit de Schismaticis. *Pueronum ad Bull. Cœnæ, c.* 1. *num.* 248. *Carena par.* 2. *tit.* 4. §. 14. *num.* 103.

7 At vero in generali concessione casuum Pontifici reseruatorum, non comprehendi casum fautoriæ, nec alios Bullæ Cœnæ putat *Sanchez loc. cit. n.* 13. *ex Hugolino de censuris, tabula,* 1. *cap.* 10. §. 4. *nu.* 8. *Suarez* 5. *tom. de censuris, disp.* 21. *sect.* 3. *num.* 3.

8 Quarto recolendum breuiter est, quod excommunicatio lata per Inquisitores in edicto Generali quotannis publicato est ad modum legis, & statuti, vt ostendimus *capit.* 1. *huius quæstionis, num.* 3. Excommunicatio lata ab ijsdem Inquisitoribus siue in visitatione, siue pro re aliqua incidenti est ab homine, vt *ibidem probauimus num.* 10. 11. & 12.

His ergo explicatis facile est decernere ad quem huiusmodi excommunicationum absolutio pertineat.

9 Dico primo. Si quis ob reuelandi omissionem incidit solum in excõmunicationem latam in edicto Generali Inquisitorum Hispaniæ, ab ea potest absolui ab Inquisitore, ab Episcopo proprio excommunicati, a Capitulo sede vacante, & ab omni Prælato habente potestatem in foro exteriori, quales sũt Abbates, Prouĩciales Guardiani, Priores, & tandem a quocunque habente iurisdictionem quasi Episcopalem.

10 Ratio est; quia talis excommunicatio est a Iure & nemini reseruata; vt diximus *num.* 1. At ab excõmuni-

municationib⁹ a Iure latis, etiam si sint latæ per Pontificem, aut Concilium Generale, modo non sint reseruatæ, possunt hi omnes absoluere. *Syluester verb. absolutio 1. num. 4. Nauarr. cap. 27. num. 39. Auila part. 2. cap. 7. dubit. 4. vers. prima conclusio Alterius de censuris lib. 4. disp. 3. cap. 1. & 2. per totum*. & conclusio videtur definita. *in cap. nuper de sentent. excommunic.* ibi: *Quia conditor Canonis eius absolutionem sibi specialiter non reseruauit, eo ipso concessisse videtur alijs facultatem relaxandi &c. Et vers. Episcopus autem proprius* declarat Alterius quis intelligendus sit proprius Episcopus.

11 Potest etiam ab eadem excommunicatione absoluere Parochus, secundum probabilissimam sententiam. Et ita docet *D. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. in Addit. ad 3. part. q. 24. art. 1. S. Bonau. dist. 18. q. 6. Maior. q. 2. dub. 3. Caietan. in summa verb. Absolutio, cap. 4. Nauarr. Syluester Auila* locis citatis, cum alijs, quos refert, & sequitur *Alterius ibidem cap. 3. vers. Alia est sententia*. vbi, *vers. Hæc secunda opinio*, testatur hanc esse communiorem, & probabiliorem.

12 Imo vero habet potestatem absoluendi a tali excommunicatione etiam quilibet Sacerdos, qui potest absoluere talem excõmunicatum a mortalibus, & habet cum Parocho iurisdictionem in foro conscientiæ. Ita omnes Doctores antiqui, & recẽtiores, qui Parocho hanc potestatem siue ex delegatione, siue ex commissione (quod nihil facit ad rem nostrã) concedunt, vt tradit *Alterius* vbi supra *cap. 4. per totum*. & proxime citati Authores.

13 Dico secundo. Ab excommunicatione lata contra non denuntiantes in edicto Inquisitionis Italiæ non potest absolui, nisi aut ab Inquisitore, qui eam in sua diœcesi iussit promul-

mulgari; aut a Supremo Tribunali S. Officij Romæ; aut ab eo, cui per eosdẽ potestas absoluendi concessa, & delegata fuisset.

Probatur; quia Regula generalis proponitur a Doctoribus, a Censura excõmunicationis reseruata in lege contenta nõ posse aliũ absoluere, quam eum, qui legem condidit, & censuram reseruauit, aut eius Superiorem, aut eum qui habuerit potestatem delegatam vel ab ipso legis Cõditore, aut ab illius superiore. Ita *Auila loc. cit. dubit.* 5. *Alterius ibidem disput.* 4. *cap.* 2. cum alijs ab ijsdem relatis.

14 Dico tertio. Ab excommunicatione lata ab Inquisitoribus tempore visitationis, si non est reseruata, probabile est absoluere posse Parochos, & simplices Confessarios, & omnes eos quos diximus *num.* 10. 11. & 12. posse ab excommunicatione Iuris non reseruata.

Probatur. Quia talis excommunicatio, licet sit ab homine, tamen fertur per sententiam generalem ad reuelandos hæreticos incognitos, & incertos; & nõ pro hæresi, quæ commissa sciatur.

15 Excõmunicatio autem lata per sententiam generalem, & non reseruata potest ab ijsdem absolui, a quibus absolui potest excommunicatio Iuris non reseruata. Quia habet similitudinem cum excommunicatione lata per statutũ. *Soto d.* 12. *q.* 2. *art.* 3. *concl.* 3. *Nauarr. cap.* 27. *num.* 44. vbi citat *Imolam*, & alios, & *in cap. ita quorundam de Iudæis in gloss. vlt. notab.* 11. *num.* 35. & 36. *Couarr. cap. Alma mater p.* 1. §. 12. *num.* 4. *Henriquez lib.* 1. *de excommunicat. cap.* 28. *num.* 5. *Auila* vbi supra *dubit.* 8.

16 Ex quibus *R. Henriquez* vbi supra, & alij inferunt, quod Parochus, & simplex Cõfessor potest absoluere ab excommunicatione generali lata a Visita-

tore Episcopi in sua visitatione.

17 Oppositam sententiã habet *Glossa vlt. in cap. ex frequentib. De instit.* Glossæ adhærent *Abbas in cap.graue, de præben. Felin. in cap. pastoralis.§.præterea de offic. Ordinarij. Caietan.in summ. verb. absolutio ab excommunicatione. Alterius cit. disp. 2. cap.* 4. vbi *vers. Hæc sententia*, affirmat esse communiorem; & in praxi tutiorem,& respondendo rationi contrariæ sententiæ, plures differentias enumerat inter excõmunicationem latam per sententiam generalem, & latam per statutum. Verum *vers.contraria tamen*, fatetur, Contrariam doctrinam *Nauarr. & Couarr.* & aliorum Doctorum non esse omnino improbandam.

18 Dico quarto. Ab excommunicatione lata ab Inquisitoribus pro crimine aliquo reuelando, de nouo commisso, non potest absoluere, nisi Inquisitor, qui eam tulit, aut eius Superior, aut delegatus ab Inquisitore ad absoluendum. Ita *Alterius* ibidem in fine loquens de excommunicatione lata per sententiam generalem de delicto commisso, cuius verba transcribẽda putaui, quia neminem alium inueni, cuius doctrina melius casui nostro posset aptari.

Non esset autem eadem ratio, si excommunicatio pronunciaretur per sentẽtiam generalẽ pro delicto commisso sub conditione futura, puta qui non restituerint infra decem dies talem rem furto sublatam, sint excommunicati; Huiusmodi enim excommunicatio solum tolli potest ab ipso ferente, vel Superiore. Neq; constitutio cap. Nuper potest aptari huiusmodi excommunicationi latæ pro delicto commisso; Quoniam excommunicatio per sententiam generalem pro delicto commisso nullam potest habere communionem, & similitudinem cum ea, quę fertur per

Legem

Legem, & Statutum, licet enim sit generalis quãtum ad personas, quæ non ignorantur, vt in exemplo allato; Qui non restituerint talem rem furto sublatam infra decem dies, sint excommunicati, tamen reuera particularis est, quia pronunciatur pro delicto certo, & particulari iam commisso, & fertur tanquã à Iudice puniẽte delictum, non tanquam a Legislatore aliquid statuente; Idcirco huic sententiæ non potest aptari dispositio iuris definita circa absolutionẽ excommunicationis latæ à Iure, vel etiam iuxtà opinionem Nauar. & aliorum si lata sit ab homine per sententiam generalem pro futuris culpis, sed seruanda est forma sicut in excõmunicatione per sententiã particularẽ, scilicet vt absolutio petenda sit ab eodem, qui excommunicauit vel à Superiore. Hæc Alterius.

CAPVT VI.

Quam horrenda sit pœna, excommunicationem incurrere ob hæreticos non denuntiatos.

SVMMARIVM.

1 *Haeretici, qui existimarunt excommunicationem non esse pertimescendam.*

2 *Excommunicatio est pœna Ecclesiastica, qua nulla est maior.*

3 *Excommunicatio priuat hominem polytica societate.*

4 *Ecclesia vult suos plus ab excommunicato, quã ab infideli abhorrere.*

5 *Excommunicatus excluditur ab Ecclesiæ Sacramentis.*

6 *E Sacramentalibus pariter expellitur.*

7 *Secluditur è publicè precantium consortio.*

 8 *Abij-*

8 *Abijcitur è communibus suffragijs Ecclesiæ.*
9 *Nec Indulgētiarum largitate fruitur.*
10 *Substracta est ei specialis protectio Diuinæ misetationis; & Angelus Custos minus operatur erga excommunicatum, quam ante excommunicationem.*
11 *Excommunicato denegatur sepultura in loco Sacro.*
12 *Vita functi incruento Christi Corporis sacrificio restaurantur.*
13 *Preces communes sunt alimenta mortuorum.*
14 *Indulgentiarum thesaurus animas Purgatorij ditat.*
15 *Si Catholici has pœnas mente volutarent, in eas non inciderent.*
16 *Cęremoniæ, quibus excommunicatio solet publicari, dispositæ fuerunt ab Ecclesia, ad maiorem timorem incutiendum.*
17 *Anathema quo ad accidentalia, scilicet quo ad sollemnitates ab excōmunicatione maiori differt.*
18 *Sentētiam Excommunicationis aliquando Pōtifices calamo in Christi sanguine intincto conscripserunt.*
19 *Bruta, & plantæ improprie dicuntur excommunicari.*
20 *Bruta, & plantæ excommunicata passa sunt dāna excommunicationis, quod exemplo muscarum ostenditur.*

QVamuis de hac materia a tot illustribus viris vberrime pertractatum sit, & licet nō sit nostri instituti de excommunicationis effectibus differere; tamen aliqua ex scriptorum tractatibus scitu digna, nec vulgaria prælibare visum fuit.

1 Quāplures sanè quia excommunicationis vim plene non cognoscūt, eam nequaquam pertimescunt, imo aliquando contēnūt. Quorum ignoratio sane accedit

cedit ad ſtultitiam hæreticorum illorum, qui non pertimeſcendam excõmunicationem putarunt, vt de Vuicleffo refert *Concilium Conſtantienſe ſeſſ.* 8. Imo vero *Lutherus artic.* 24. ex ijs quos *Leo X.* damnauit optandam eſſe excommunicationem aſſeruit, quod ab ipſis quoque Pontificibus dicatur eſſe pœna ſalutaris, & medicinalis. *Eraſmus* tãdem *in colloquijs de fide*, dixit excommunicationem viris fortibus terrori non eſſe, ſed pueris. Obcœcatorum in fide deliramenta, & ſtultitiæ, ab Eccleſia damnata, & ab Authoribus ſatis confutata.

2 Verum blateramentis hiſce prætermiſſis, Catholicorum animos, & mentes ad debitum horrorem concipiendum inſtruamus. Excommunicatio igitur pœna eſt Eccleſiaſtica, qua nulla in Eccleſia grauior, vt dixit *D. Auguſtinus lib. de correpti. & gratia, cap.* 15. & habetur etiam *cap. corripiantur.* 24. *q.* 3. Eſt enim bonorum omnium priuatio, malorum inuectio. Pœna tam inſeparabilis criminis ſocia, vt a criminoſis neque in morte, & ſepultura, cum omnes pœnæ retrocedunt, ſeparetur.

3 Priuat primo, humano, polyticoque ſocietatis conuictu. Quid vero mali ſit, hominem hominum cõſuetudine interdici? Habetur apud *Philoſophum* 1. *Polytic. c.* 2. & *ex Heraclito* refertur a *Stobæo ſerm.* 3. *Homo ſolitarius aut Deus, aut fera eſt.* Nec diſſimile eſt illud, quod refert *Gulielm. Pariſ.* 2. 2. *de vniuerſo c.* 91. Vita ſine ſocio, vita Leonis, aut lupi eſt.

4 Excommunicati conſortium tam diſtricte ab Eccleſia prohibetur, vt verum fateatur *D. Chryſoſt. hom.* 25. *in Epiſt. ad Hebr.* quod Eccleſia velit, ſuos plus ab excommunicato, quam ab infideli abhorrere. Horrendum ſane exilium, quippe *finitimum eſt*, vt excommunicationem appellauit *Alexander I. epiſtola* 1.

stola 1. Quod scilicet intra fines patriæ, interque ipsos ciues excōmunicatus cogatur exulare. vt recte interpetratus est *Turrianus lib.* 1. *contra Magdeburg. c.* 22.

5 Sed huius gladij acie excommunicatus non solum temporalium bonorū, sed etiam spiritualium cōmunione seiungitur. Excluditur ab Ecclesię Sacramentis. Nimirum a perennibus cœlestis gratiæ fontibus. Nam quemadmodū Patres docuerunt Sacramenta è Christi latere dimanasse; ita gratiam è Sacramentis scaturire. Quam igitur perniciosum, quam calamitosum ab hisce profluuijs siticulosos arceri? præsertim ab Eucharistiæ Sacramento, quod merito Paradisi fontem dixit *S. Chrysostom. hom.* 45. *in Ioan. in fine*. Repelli ab haustu sanguinis Redemptoris, a latere Creatoris excludi quid profecto miserabilius? *Quoties ad calicem mirandum accedimus, veluti ab ipso latere haurimus*, ait *D. Chrysost. hom.* 84. *in Ioan.*

6 A Sacramētis exclusus è Sacramentalibus itidē expellitur. Aspergitur aqua benedicta excommunicatus perinde, ac si aqua prophana aspergeretur. Neq; ei quidquam prodest differentia templi, sit necne cōsecratum. Adde tot bonorum iacturam ex prohibitione auditionis Sacri. Vnde enim vberiores fructus, quam ex assistentia diuino illi Sacrificio præstita?

7 Secluditur etiam miser e publice precantium consortio. Quale vero illud bonum est? *S. Chrysost. hom.* 4. *in* 2. *ad Thessalonic. sub finem*, ait. *Quod solus precans quispiam non potest accipere, hoc accipit precans cum multitudine. Quamobrem? Quoniam & si non virtus propria, sed tamen consensus magnā habet vim.*

8 Abijcitur è communibus suffragijs Ecclesiæ. Scilicet ab eo fructu, & vtilitate, quam fideles ex orationibus totius Ecclesiæ nomine

mine profusis, perabunde percipiũt. Qui fructus adeo est vniuersalis, & firmus, vt etiam ab indignis Ministris habeatur, vt Theologi docent cum *D. Thom. in 4. d. 45. q. 2. art. 1. quæstiunc.* 2. Semper enim Ecclesia ipsa acceptissima est Deo, cui Ecclesiæ displicent Ministri.

9 Est etiam expers copiosissimæ Indulgentiarum largitatis, qua reatus ex cõdonatis criminibus superstes aboletur, vndique deplorandus excommunicatus. Quas ergo pœnas, quæ supplicia peccator asperrimę pœnitentiæ tormentis, aut Purgatorio igne deberet exsoluere; eas indulgentiarũ beneficentia Deus misericordiarum compensatas acceptare dignatur. Caret ille, nec sentit, Diuino hoc caritatis æternæ supplemento.

10 Subtracta est ei specialis supernæ miserationis protectio. Nam & si è Diuino præsidio non submoueatur omnino; tamen præcipuis bonis, specialibusque fauoribus, quæ ex cœlesti protectione deriuant, tanquam ramus ex arbore præcisus minime fruitur. Quod docuerunt *gloss. ad cap. audi.* 11. *q.* 3. & *Panormit. rubric. de sent. excomm. num.* 4. cum dixerunt Angelum Custodem minus operari erga excõmunicatum, quam ante excommunicationem.

11 Atque ita dum viuit, velut mortuus reputatur, & si ante mortem excommunicationem cõtractam absolutione non deleuit, post mortem ei quoque est infesta, ipsosque reliquos cineres perturbat. Denegatur illi loci sacri sepultura, vbi occasione fidelium eo frequenter commeantium, maximum ex eorum orationibus subsidium obtineret. Eius ossa fortasse Sãctorũ aliquorum ossibus cõmiscerentur, in quo quãtum honoris, quantum beneficij conferatur, satis declarauit *D. Ambrosius in Satyri fratris epitaphio his ver-*

versibus conscripto:

Vranio Satyro supremum frater honorem,
Martyris ad læuam detulit Ambrosius.
Hæc meriti merces, vt sacri sanguinis humor
Finitimas penetrãs abluat exuuias.

Plura in hanc sententiam legere licet *apud Raynaudũ in Opere de martyr. p. 4. c. 6. num. 7.*

12 Prodesse vita functis incruentum Christi corporis Sacrificium, firma est Ecclesiæ doctrina. *D. Chrysost. hom. 3. in ad. Philipp.* hæc habet: *Non frustra ab Apostolis sunt legibus constituta; vt in venerandis, atq; horrificis mysterijs memoria eorum fiat, qui decesserunt. Nouerunt hinc multum ad illos lucri accedere, multum vtilitatis.*

13 Aliam pariter victimam pro vita functis pia Mater Ecclesia consueuit offerre, preces nimirum communes, quas *Petrus Damianus opusc. 33. c. 5. esse alimenta functorum*, elegāter asseruit.

14 Indulgentiarum thesaurus e Christi, & Sanctorum superabundantibus satisfactionibus repletus, & constans mortuorum animas etiam ditat. Quantum ergo his subsidijs sanctissimæ illæ animæ releuentur, quibus potest verbis explicari? Viscera ergo tantæ Diuinæ misericordiæ mortuis excommunicatis sunt clausa.

15. Quod si Catholici hæc omnia ante oculos obijcerent, mente, animoque volutarent, in denuntiandis, imo persequendis hæreticis quanto alacriores, & promptiores essent? *Laurētius Iustinianus serm. in Domin. Palmarum*, Religiosum proprietariũ, eoq; nomine excommunicatũ alloquitur verbis, quibus excõmunicati omnes, aut qui excommunicationis timorē nōn bene ebiberunt, satis edoceri possunt. *Pertimesce*, inquit, *quisque per excommunicationis censurā ab Ecclesiæ vnitate alienus effice-*

efficeris, ne in eadem sententia corporis, & animæ patiaris interitum. Paue sæuientium bestiarum incursus, quæ foris errantes diripere consueuerunt. Scito te toties esse alienum à Christo, quoties per religionis tuæ statuta excõmunicaris a Præsule. Noli (quæso) pro paruis, atque pro terrenis commutare cœlestia. Noli inquam pro peritura substantia, participatione carere fidelium. Omnium bonorum quæ in Ecclesia fiũt communicatione te priuas, si excommnnicatus in cordis obduratione persistas. Nam quemadmodum abscissum membrum nullo modo vegetatur in corpore; ita inhærẽs viuificans spiritus nutrire nos desinit. Hoc Propheta insinuans inquit: Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

16 Atque hũc horrorẽ, vtilem que pauorem intendens Mater Ecclesia in fidelium mentes inserere, ipsam excommunicationem rithibus, & cęremonijs quibusdam horrificis, ac tremendis publicari iubet.

Notæ sunt omnibus ceremoniæ, quibus solent Inquisitores edicta, atq; excommunicationem quotãnis promulgare. Nec quẽquam latent rithus, quibus Dominica sequenti ab edicti publicatione Anathema soleat iussu eorumdem Inquisitorum publicari, quo excommunicati declarantur omnes ij, qui scientes aliquem hæreticum, vel suspectum de hæresi, infra tempus determinatum nõ denuntiarunt.

17 Anathema vero illud quoad essentialia ab excõmunicatione maiori non differt, vt patet *ex cap. Engeltrudam 3. q. 4.* & recte docent *Toletus l. 1. instruct. c. 5. num. 1. Auila 2. p. c. 1. disp. 1. Syluester verb. excommunicatio. 1. q. vltima. Nauarr. commentar. de datis, & promissis notab. 4. nu. 10.* Quo ad accidentalia, & adiuncta differt. quia in Anathemate quædam solemnitates obseruãdæ sunt,

quæ non sunt seruandæ in simplici excommunicatione. Solemnitates autem hę variè in varijs Ecclesijs fiũt, easque videre potes apud *Raynaudum*, *de monitorijs part* 2. *cap*. 6. *a num*. 2. Et earumdem ceremoniarum mysticum significatum legere licet apud eundem *ibid. a num*. 3. *& apud Lazarium Canonic.& pract. qq. sect*. 1. *quæst*. 19. *num*. 8.

18 Tam vero sollicita est Ecclesia, vt fideles percipiant, quam sit pertimescenda excommunicationis pœna, vt ipsam excommunicandi sententiam aliquando calamo intincto in Sacrosancto Christi sanguine e Diuino calice in charta exarauerit. Factum id esse in Concilio Romano sub Theodoro an. 648. Cõtra Pyrrhum Monothelitã celebrato scribit Theophanes in miscella, an. 20. Heraclij.

19 Et licet ea, quæ ratione carent, vt animalia, & plantæ vere, ac propriè excommunicari non possint; vt notant *Ioannes de Lignano tract. de excommun. §*. 9. *num*. 1. *Sotus l*. 8. *de iust. q*. 3. *artic*. 3. *& l*. 5. *q*. 12. *artic*. 2. *Nauarr. concl*. 52. *de sentent. excommun. & in summa cap*. 27. *num*. 13. *Henriquez l*. 13. *c*. 25. *num*. 1. *Sanchez l*. 2. *in Decalog. cap*. 42. *nu*. 39. qui alios præterea adducunt; quia incapaces sunt, & culpæ, & priuationum, quas infert excommunicatio;

20 Tamen Deus Opt. Max: vt damna illata in rationis expertia præberent rationabilibus creaturis experimenta doctrinæ, voluit vt ipsa bruta, & plantæ excõmunicationis detrimenta, & vulnera paterentur. Innumera suppetunt exẽpla ex quibus illud seligendum putaui, quod *Gulielmus Abbas S. Theodorici l*. 1. *vitæ S. Bernardi c* 12. scribit de Sanctissimo illo viro, his verbis: *Venerat aliquando Fusniacum, quæ est Abbatia vna de primis, quam ipse ædificauit, in Laudunensi territorio sita; Cumque noui*

ibidem

ibidē Oratorij dedicatio pararetur, ita illud occupauerat muſcarum incredibilis multitudo, vt earum ſonitus, improbuſque diſcurſus, grauē nimis introeuntibus moleſtiā generaret. Nullo igitur occurrente remedio dixit Sanctus, excommunico eas; *& mane omnes pariter mortuas inuenerunt. Cumque pauimētum omnes operuiſſent palis eiicientes eas, ita demum baſilicam mundauerunt. Hoc autem tam notum, & tam celebre fuit, vt inter vicinos quoque quorum ad dedicationem maxima multitudo conuenit, muſcarum Fuſniacarum maledictio, in parabolam verteretur.*

Hæc ante oculos ponāt, hæc animo recolant ij, qui hæreticos ſcientes, eos ſupprimere magis, quam reuelare curant. Tacere nolint, vbi non oportet, vt bene aduertit Cic. pro Roſc. Comœd. Abboreāt a ſilētio tā ſibi non minus turpi, quam damnoſo; eoque timore percellantur, quo etiam ipſa ſenſu carentia perturbātur, & commouentur.

CAPVT VII.

An denuntiare omittentes puniendi ſint tanquam ſupecti de Hæreſi, aut fautores Hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia aliquorum putantium ob ſolam non denuntiationem induci ſuſpicionem hæreſis.*

2 *Suſpicionem hæreſis deducunt primo, quia non denuntiantes videtur idem ſentire, quod ſentiunt non denuntiati.*

3 *Secundo quia male ſentire videntur de cenſurarum efficacitate.*

4 *Ampliant hanc ſententiā aliqui, vt non denuntiātes etiā reputādi ſint Hæreticorum fautores.*

5 *Limitant primo, vt non procedat in omittentibus denuntiare suspectos de hæresi.*

6 *Hanc limitationem aliqui non admittunt.*

7 *Limitant secundo, vt filij, vel vxor omittentes denuntiare patrem, vel coniugem ob eorum terribilitatem, non sint pro suspectis habendi.*

8 *Discrepant hi Authores in determinando gradu suspicionis. Alphonsus a Castro singulariter putat esse violenter suspectos.*

9 *Alij refutata sententia Alphonsi sustinent esse tantum vehementer suspectos, nisi in aliquibus casibus.*

10 *Alij docet esse dumtaxat suspectos de leui.*

11 *Si nullæ aliæ adsint circumstãtiæ, ex sola omissione denuntiandi, non esse inducendam suspicionem de hæresi ex probabilissima sententia docetur.*

12 *Neque esse inducendam suspitionem fautoriæ, si nullæ adsint cõiecturæ.*

13 *Ob solam omissionem denuntiandi puniendus est non denuntians, pœna arbitraria, tanquam inobediens præceptis Inquisitorum, non tamen cogendus est abiurare.*

14 *Grauius puniendi sunt omittentes denuntiare Hæreticos, quam suspectos de hæresi.*

15 *Si vltra omissionem denuntiandi adsint coniecturæ inducentes suspicionem hæresis, vel fautoriæ, ponderandæ sunt ad determinandum suspicionis gradum.*

16 *Quod dictum est de omittentibus denuntiare, intelligendum est de impedientibus denuntiationem, aut non denuntiationem consulẽtibus.*

1 Aliqui putant non denũtiantes Hæreticos habendos esse simpliciter ob solam denuntiationis omissionem suspectos de hæresi, & tanquam tales

tales puniendos, vltra alias pœnas quibus ab Inquiſitoribus ſunt puniendi. *Ita Repertor. Inquiſitor in verb. fautores, verſ. Item in indicatione. Decian. in tract. Criminal. lib. 5. cap. 51. num. 25. Pegna ad director. p. 2. comment. 78. verſ. poſtremo; Leonard. Duard. ad Bullam Cœnæ Domini, lib. 2. canon. 1. q. 32. num. 29. Farinacc. de hæreſi quæſt. 197. §. 2. num.* 38. quibus ſe ſubſcribit *Carena par. 2. tit. 9. §. 9. num.* 41. & nouiſſime *F. Ioãnes Alberghini in ſuo manuali Qualificatorum cap. 38. num.* 6. vbi ampliat hanc opinionem, vt procedat etiam in Superiore Regularium omittẽte denuntiare ſubditos hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos, vel denũtiare volentes impediente.

Et videtur expreſſum in edicto inquiſitorum: *De mas que aureys incurrido en las dichas penas, y cenſuras, procederemos contra los que rebeldes, & inobedientes fueredes, como contra perſonas que malicioſamente callan, y encubren las dichas coſas, y ſienten mal de las coſas de nueſtra Santa Fè Catholica, y Cenſuras de la Igleſia.* Idē habetur in Decreto Quodam lato ab Eminẽtiſſimis Cardinalibus Supremo Generalis Inquiſitionis Senatui Præſidentibus, edito *an: Dom.* 1623. *die* 3. *Ianuarij* relato ab *Aloyſio Bariola in floribus Directorij in fine libri pag.* mihi 487. In cuius calce habentur hæc verba: *Certificantes huiuſmodi conſcientiæ ſuæ immemores, ac dictam excommunicationis pœnam contemnentes, quod contra ipſos, tanquam contra hæreticorum fautores, aliàs prout melius viſum, & Iuris fuerit procedetur.*

2. Hæc autem ſuſpicio exinde videtur ſuboriri, quod primo; non denuntiantes videntur tacite approbare errores ipſorum hæreticorum, de quibus tacent. *Error enim cui non contradicitur approbatur, vt. B. Leo Papa* optime affirmat. & *D. Paulus* ait, *non ſolum eos dignos eſſe morte, qui*

Qui malum faciunt, sed qui facientibus consentiunt. Quē locum *glossa*, quæ dicitur Ordinaria interpretrans dicit: *Cōsentire est tacere cum possis arguere.* Et super illa verba *Leuit.* 20. *Succidam omnes. qui consentiūt ei, vt fornicaretur,* ait *glossa: Consentientes, qui possunt accusare, arguere, vel monere, & non faciunt, non effugiunt iuditium* sic explicat *Alphōsus a Castro loc. cit.* & ipsum edictum significare videtur in illis verbis: *y sienten mal de las cosas de nuestra S. Fe Catholica.*

3 Secundo quia videntur esse Cēsurarum Ecclesiasticarum contemptores, & parum bene de earum efficacitate sentire, cum excommunicationem pro re tam graui tam solemniter publicatā minime pertimescant, vt exprimi videtur in eodem edicto, ibi: *sienten mal de las Censuras de la Iglesia.*

4 Ampliant hanc sentētiam quamplures, vt non denuntians sit etiam habendus, & puniendus, vt fautor Hæreticorum. ita *Penna in addit. ad Ambros. de Vignate quæst.* 20. *num.* 201. *vers. Et leges quidem Ecclesiasticæ.* & citat *Alphonsum a Castro loc. cit. Simanch. Catholic. instit. tit.* 29. *Ioann. Rojas sing.* 5. & alios quos refert *lib.* 2. *comment. in Director. Inquisitor. super quæst.* 53. Quibus adde *Eymericum loc. cit.* dicentem, *Non esse dubium eos facere talia in fauorem hæreticæ prauitatis.* Nouissime *Alberghinus* vbi supra.

5 Limitat vero primo eam *Carena tit.* 9. §. 8. *num.* 40. *in* 2. *part.* vt non procedat in omittentibus denuntiare suspectos de hæresi, qui licet possint puniri tanquam inobedientes Inquisitorum præceptis, pœnis in eorum edictis statutis; tamen puniri non debent, vt suspecti de hæresi. Rationem assignat; quia aliter contra omnes regulas Iuris suspicio ex suspicione, & præsumptio ex præsumptione oriretur.

6 Con-

6 Contrariũ docet *Alberghinus loc. cit. num.* 9. loquens etiam in terminis Superiorum Regularium omittentibus denuntiare suspectos de hæresi, & in in his terminis adducit *Filiuccium tom.* 1. *tract.* 15. *c.* 8. *num.* 196. & probat ex cõstitutione quadam *Pauli V.* incipiente: *Romanus Pontifex*, edita *calendis Septembris anno* 1606. vbi regulares omnes quoad Hæresis crimen, & delicta Hæresim sapientia Inquisitorum iudicio subijciens, omnia Prædecessorum suorũ quo ad hanc partem priuilegia reuocans §. volentes iniungit omnibus Religiosis, vt denuntient non solum Hereticos, sed etiam de hæresi suspectos Inquisitoribus, seu locorum Ordinarijs; & denuntiare nolentes, aut eos, qui denuntiare velint, retardantes, vel impedientes monet esse puniendos, tanquam fautores hæreticorum, & S. Officij impeditores, sed hi puniuntur, vt suspecti de hæresi, ergo etiam non reuelantes suspectos de hæresi erunt puniendi tanquam eadem suspicione violati.

7 Limitat secundo eam conclusionem *Carena* vbi supra *num.* 46. Vt consanguinei Vxor, &c. habendi sint leniter suspecti de hæresi, nisi terribilitas viri, vel Patris, &c. Vxorem, & filium excusaret; citat *Pegna* in terminis hoc ipsum asserentem *p.* 2. *comm.* 77. *vers. at non videtur*, cuius dictũ sequitur *Scacia de Iudic. lib.* 1. *cap.* 56. *num.* 4. *Farinacc. de hæresi quæst.* 197. *num.* 53. *Alt. de cens. lib.* 5. *disp.* 2. *ca.* 5. *vers. Præterea*.

8 Hi vero authores, qui concorditer docent non denuntiantes ex ipsa omissione denuntiationis esse suspectos de hæresi, discrepant in designando suspicionis gradu. Alphonsus a Castro *loc. cit.* cœteris rigorosior putat ob solam omissionem adeo quempiã esse suspectum, vt iure illi possit canonica purgatio indici qua & si bene se gerat

rat puniatur quidem, non vt hæreticus, sed vt negligens in reuelando id, quod reuelare tenebatur. Si vero in purgatione defecerit, censeret illum, tanquam hæreticum puniendum, quæmadmodum si ob aliquam aliam causam fuisset violenta suspicione de hæresi notatus, & in purgatione illi a Iudice, & a Iure induta defuisset. Nam si is, qui latronem silẽtio occultat, censetur furti reus, multo iustius ait censendum esse de hæresi violenter suspectum, qui hæreticum silentio tegit. Sunt fere verba tanti Authoris, quæ, licet eius sententiam non sequendam puto, tamen referenda existimaui, vt homines intelligerent, quam graue scelus, quam horrendum facinus sit, negligentẽ esse in huiusmodi denuntiatione, cum ab Authore tantæ grauitatis, atque authoritatis ex ipsa denuntiãdi omissione violeota hæresis suspicio inferatur.

9 Sed Alphonsi a Castro sententia reijcitur *a Simanch. de Catholic. instit. cap. 18. in fine*, & *a Ioanne Rojas sing. 5. num. 17.* vbi, *quod conclusio Alphonsi maximum in se rigorem continet*. Tamen eam sustinendam putat, cum quis vltra scientiam, & taciturnitatem, cum hæretico, vel lapso in hæresim conuersatur, & ei est nimis familiaris, & amicus, Tunc enim violentam contra non denuntiantem suspicionem oriri docet. & ita ait expresse tenere *Hostiensem §. qualiter deprehendatur. num. 4. Alphonsum Aluarez de Guerrero in Thesauro Religionis Christianæ. tit. de Hæretic. num. 9. in fine.* & eundem *a Castro lib. 2. cap. 17.* Ex vulgari enim prouerbio, *Similes cum similibus facillime congregantur*. Sacra etiam scriptura testatur *Cum Sancto sanctus eris cum peruerso peruerteris. Prouerb. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis efficitur. & cap. 22. noli esse amicus homini iracundo, ne-*

que

que ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas ei⁹.

Penna vero in addit. ad Eymeric. in 2. part. director. comment. 81. *vers. illis ex Ioanne Rojas*, notat opinionem Rojas, tanquam nimis crudelem, nec vllo prorsus Iure niti, & sententiam Rojas, & Alphonsi non esse indistincte amplectendam, cum multis modis, qui non reuelat hæreticum excusari possit, vt se dixisse fatetur *q. 53. §. ac non videtur.* Tūc vero docet sententiam Rojas locum habere posse, cū nulla esset probabilis causa, cur nō reuelaret, vel in iudicio interrogatus eos sciēter celauerit, iuxta doctrinam *Zanchini tract. de hæreticis cap. 7. num.* 4. Ipse vero Pegna sustinet, quod non reuelans Hæreticos fit saltem de hæresi vehementer suspectus. Saltem, dixit, quia in aliquibus casibus putat esse violenter suspectum.

Vehementer etiā suspectum putat *Eymericus 3. part. Director. quæst. 56. nu. 5. ex cap. Accusatus §. ille vero, de hæretic in 6.* & per notata ibidem *ex Archidiacono*, cum procul dubio existimet hoc fieri in fauorem hæreticæ prauitatis. Idem docet *Lælius Zacchius in summa tom. 1. tit. de fide Rubric. de hæretic. cap. 11. num. 5. vers. Tertia suspicio.*

10 Tertia opinio est *Duardi ad Bullam Cœnæ, lib. 2. canon. 1. q. 33. concl. 1. nu.* 17. volentis, huiusmodi nō denūtiantes regulariter esse suspectos dumtaxat de leui, quia tales, vt plurimum omittunt denuntiare non in defensionem hæresis, sed ex amicitia, vel aliqua alia causa. Duardum sequitur *Carena tit. 9. cit. num. 44. Et num.* 45. addit, quod si quis ob metum in virum constantem cadentē omitteret denuntiare nullo modo esset de hæresi suspectus ex *Sanctarello de hæresi, cap. 9. num. 16. vers. Tertio non tenetur. Farinacc. d. q. 197. nu. 53.*

11 His tamen minime

obſtantibus, Dico primo. Si nullæ alię adſint circũſtantię, nullę coniecturę, nulla adminicula, ſola omiſſio denuntiationis non eſt apta, & ſufficiens ad inducendam per ſe ſuſpicionem hęreſis, etiamſi omittantur denuntiari formales hęretici. Concluſio defenditur *a Suarez de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 28. *a Sanctarello de hæreſi cap.* 9. *dub. vnico num.* 19. vbi falſam appellat opinionem *Pennæ* aſſerentis *part.* 3. *Director, comment.* 160. *verſ. Plus tamen*, Vxorem non denuntiando maritum hęreticũ eſſe de hęreſi ſuſpectam.

Ratio videtur eſſe euidens: Nam ex vna parte omiſſio denuntiandi Hæreticos per ſe ſola conſiderata nullam habet connexionem cum ſuſpicione hęreſis; ex altera vero, vt ipſi etiam contrariæ opinionis Authores fateri coguntur, adſunt quamplures aliæ cauſæ, quæ ſoleant impellere, ac ſuadere ad non denuntiandum, puta Amicitia, conſanguinitas, timor, negligentia; quæ cauſæ licet ab onere, & obligatione denuntiandi non excuſent, tamen liberant non denũtiantem ab hæreſis ſuſpicione. Quis vero dicat, ſi nulla alia adſit coniectura, filium a patre non denuntiari, quia ſentit male de fide, aut de excommunicatione, & non potius quia naturalis amor ſuperat iuſtitiæ debitum? Sic etiam proportionaliter de alijs.

12 Dico ſecundo. Non denuntians hæreticos, ſi nullæ aliæ adſint circumſtantiæ, neque reputandus eſt, vt hæreticorum fautor. ita *Suarez, & Sanctarellus locis citatis. Toletus lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 6. *verſ. Quartum genus. Vgolinus in Bullam Cœnæ part.* 2. *verb. fautores, num.* 9. Ratio eſt eadẽ. Ad verba edicti, & decreti ſuſpra nu. 1. pro contraria ſentẽtia allata, reſpõderi poteſt; quod non ſunt intelligenda ſimpliciter, ac per ſe ſolum ſpectata denũtiationis omiſſione; ſed ſi adſint

adſint, & vrgeant alia adminicula, & circumſtantiæ.

13 Dico tertio. Non denuntians hæreticos, ſiue ſuſpectos de hæreſi, ſi nullę alię contra ipſum adſint circumſtantię, ex quibus deduci poſſit ſuſpicio hęreſis, vel fautorię, puniēdus eſt ab Inquiſitoribus pœna arbitraria, tanquam inobediens pręceptis Inquiſitorum; Ita *Suarez, & Sanctarellus vbi ſupra*. Ex multis patet, primo quia Inquiſitores habent poteſtatem præcipiendi denuntiationem hęreticorum, & de hęreſi ſuſpectorum, ergo etiam habent iuriſdictionē puniendi non denuntiantes huiuſmodi perſonas, licet non ſint de hęreſi ſuſpectæ. Secūdo, quia Inquiſitores punire poſſunt impedientes liberum exercitium Sancti Officij, ſed non denuntiantes impediūt delictorum ad Sanctum Officium pertinentium punitionē. ergo ab iiſdē plectēdi sūt. Tertio a fortiori, quia, vt oſtendi ego in tract. de *polygam. lib. 3. quæſt. 16. num.* 12. teſtes falſum deponentes coram Ordinario de obitu primi viri, ſequuta polygamia, poſſunt ab Inquiſitoribus puniri.

Manifeſtū etiā eſt, quod in tali caſu ſimpliciter denūtiationem omittens non ſit cogendus ad abiurandū patet ex dictis; quia abiuratio indicitur ob hęreſim, vel ſuſpicionem hęreſis, vel ob hęreticorum fautoriam quæ ob ſolam omiſſionem denuntiationis non incurritur.

Quod procedit etiā ſi qs interrogatus coram Inquiſitore veritatem celaret, & denuntiare nollet, vt de facto practicatum fuit in hoc Tribunali Sicilię. Nam Anno 1638. die 30. Nouēbris in publico ſpectaculo fuit inducta quędā mulier, quę, cū audiuiſſet quemdā blaſphemantem hęreticaliter, fuit incōteſtem ab alijs, qui pręſentes fuerunt, vocata, & in tribunali examinata & pluries admonita quod veritatem detegeret,

obstinate renuit, tandem ab ipso reo de suo delicto confitente fuit declaratũ q in delicti patratione adesset & vltimo conuicta, cõfessa fuit, ob amorẽ Inquisiti tacuisse, fuit in fidei consultatione, condẽnata ad suã sententiã in forma penitẽtiali audiendam, & quod sequenti die publico dedecori exponeretur, & exularet per certũ tempus ab vrbe, & territorio sine tamen abiuratione.

14 Puto tamen, quod grauius debet puniri, qui hęreticũ denuntiare omittit, quam qui de hęresi suspectum, cum in maius periculum corruptionis aliorum Religio Catholica in hoc casu adducatur.

15 Dico quarto. Si cum omissione denuntiandi adsint alię coniecturę, ex quibus possit deueniri in hęresis, aut fautorię suspicionem; tunc iuxta modum coniecturarum pensandus, & ponderandus est gradus suspicionis, an violentus, an vehemens, an leuis esse debeat. Quod totum prudentię, diligentięque DD. Inquisitorum committendum est. Atque hoc ex dictis satis manifestũ apparet.

16 Hoc ipsum, quod dictum est de non denuntiãtibus, intelligendum est etiam de impedientibus denuntiationem, aut ad non denuntiandum suadẽtibus, vel consulentibus, etiamsi sint personę regulares, aut Regularium Superiores, vt patet ex supradictis num. 6.

CAPVT VIII.

Quibus pœnis afficiendi sint falso aliquem Inquisitoribus denũtiantes, aut ab ipsis interrogati veritatẽ tacentes. Et an ijdẽ, & omittens denunciare ad restitututionem damnorum teneantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 IN S. Officio denuntiãtes quoad reum loco testium recipiuntur.

2 Contra falsos testes, quæ pœna sit decreta in Iure Ciuili, & Canonico remissiuè.

3 Quæ pœna statuta sit in tribunali S. Officij contra falso denuntiantes, cum falsitas detecta est aut ante, aut post punitionem denuntiati.

4 In hoc Tribunali non fit relaxatio Curiæ sæculari prius, quam supremus Inquisitionis Generalis Senat⁹ cõsulat.

5 Falso denuntians cum puniẽdus est pœna mortis, non debet alia pœna leuiori incõsulta suprema Inquisitione ab Inquisitoribus puniri.

6 Falso denuntians puniri debet pœna talionis, etiã si denuntiatus punitus fuerit non ex sola falsa denuntiatione, sed ex ipsa sui oris confessione.

7 Falso denuntians non est cogendus abiurare, etiã si denuntiatus abiurauerit.

8 Petenti veniam de crimine hæresis concedenda est, non vero denuntianti falso de hæresi contra aliquem.

9 Falso denuntians sponte seipsum deferens mitius est tractandus.

10 Qui tacent verum, vt noceant, an sint puniendi eadem pœna, qua falso denuntiantes?

11 Mandantes, & corrumpentes ad falsò denuntiandum eadem pœna mulctãdi sunt, qua falso denuntiantes.

12 Et quid de tacẽtibus veritatem vt faueant delinquenti.

13 An ex omissione denuntiationis adsit aliquando obligatio restituendi?

14 An qui puniũtur in S. Officio, tãquã falsi testes, teneantur ad restitutionem remissiue?

15 Indulgẽtiæ, quas cõsequuntur sincerè denũtiãtes.

Quo-

QVoniam, vt *cap.* 5. *quæst.* 1. *num.* 7. & 8. ostendi, denuntiantes in Tribunali S. Officij, quoad reum loco testium recipiuntur, & ipsa denũtiatio pro testimonio habetur, Inde fit, vt ijsdem prorsus pęnis quib⁹ in eodẽ Tribunali puniri debẽt testes de falsitate cõuicti, puniendi pariter sint falso, ac malitiose aliquod crimen denuntiantes, aut veritatem ab Inquisitoribus legitime interrogati subticẽtẽs.

2 Quę vero pœna sit decreta contra falsos testes tam de Iure Ciuili, quam de Canonico vide apud *Fragosum par.* 1. *lib.* 5. *de obligat. moderat. Reip. disp.* 13. *§.* 6. *num.*115. & 156. Vbi quod de cõsuetudine sunt seruandę pœnę per leges municipales, seu statuta determinatę.

Quam vero graue crimen admittat, qui contra innocentem Iudici mentitur, satis declaratur in ijs, verbis *ex cap. falsidicus de crimine falsi* ibi: *Primum Deo, cuius præsentiam contemnit: deinde iudici, quem mentiendo fallit: postremo innocenti, quem falso testimonio lædit &c.* de quo, & de pœnis, quibus puniendi sunt falsi testes, aut veritatem coram Inquisitoribus celantes fuse, abundeque tractaui in l. 3. de polygam. quæst. 17. per totum. Quapropter lectorem vberiora petentem eo remittendo, hic solum doctrinam ibi allatam, & authoritate, ac rationibus plenè confirmatam referendam duxi.

3 Loquendo 1. de falso denuntiantibus, Dico; Quod si fuerunt conuicti de falsitate ante, quam reus sit condemnatus, & condemnationis pęna exequutioni mandata sit, tunc siue crimen, pro quo lata est condemnatio sit capitale, siue non, praxis est, vt falso denuntians ad publicum tabulatum cum insignibus publici pœnitẽtis adducatur, & ipsa, vel sequenti die flagellis cædatur

tur & ad triremes ad tempus damnetur. Aut de falsitate fuit conuictus post, quam denuntiatus iam criminis falsi pœnas exsoluit, ac perpessus est, & in hoc casu, videtur esse puniendus falso denuntians pœna talionis, idest eadem pœna, qua punitus est falso denũtiatus, vt ex multis probaui *loc. cit. a num.* 14. vbi adduxi praxim Logronensis Inquisitionis, & Regni Castellæ.

4 Quod si falso denuntiatus punitus fuit pœna mortis, falso denuntians antequam Curiæ sœculari ad subeundam mortis pœnam relaxetur, consilium petendum est per Inquisitores è supremo Generalis Inquisitionis Senatu, sicut etiam practicatur in alijs criminibus, pro quibus criminosi Curiæ sœcularis potestati remittendi sunt, vt *ibidem num.* 20. *&* 21. firmaui.

5 Nullo autem pacto existimo ab Inquisitoribus facinora tam horrenda, & perniciosa, quibus & Deo, & Iudici tanta iniuria, & innocentibbs tanta infamia, & pœna mortis irrogatur, leuioribus pœnis incõsulto supremo Inquisitionis Senatu (quod P. Diana videtur admittere *par.* 4. *resolut. moral. tract.* 7. *de pœnis delictorum, resolut.* 16.) esse punienda vt *d. num.* 21. satis ostendi.

6 Quod si denuntiatus condemnatus fuit non solum ex dicto falsi testis, quia vnicus tantum fuit; sed etiã ex propria ipsius confessione, an conuicta falsitate falso denuntians puniri debeat pœna talionis affirmatiue respondendum videtur, vt *d. quæst.* 17. *num.* 17. respondi, præsertim si in tortura, ad quam ex depositione falso denuntiãtis alijs concurrentibus adminiculis condemnantus fuit, delictum nequaquam perpetratum, acerbitate torturæ coactus fuerit confessus, pro quo facit *glossa in verb. priuatus. in l. damus C. de falsis*, quam ibi sequitur

tur *Bartolus*, & idem *Bart. in l. si quis legatum ff. de falſ.* late Socin. conſ. 194. *lib.* 1.

7 Sed circa hāc doctrinam aduertenda ſunt primo. Quod quamuis condemnatus ex falſo denuntiante coactus fuerit abiurare; tamen falſo denuntiās in caſu, quo debet pati talionis pœnam, nullo modo ob conuictam falſitatem ad abiurationem faciendā cogi debet. Ratio eſt clara, Quia abiuratio nō ob qualecunque crimen ab Inquiſitoribus iniungitur, ſed ſolum ob hæreſim, vel ob hæreſis ſuſpicionem. Vnde falſo denūtians hæreticum; cum ex falſitate denūtiādi nullo pacto ſit de hæreſi ſuſpectus, neque conſequenter debet abiurare.

8 Secundo aduertendū eſt id, quod *num.* 18. prædictæ *quæſt* 17. aduertendum volui, quod & ſi petenti de crimine hęreſis veniam concedenda ſit, & vita condonanda; non tamē hæc miſeratio conuicto de falſitatis crimine impertiēda eſt, vt docui ex *Simanchas tit.* 64. *de catholic. inſtitut. num.* 49. vbi rationem reddit, quia hęretico tantummodo id conceſſum eſt, vt ad fidem Catholicā redeat, quod ex pluribus ibi confirmaui.

9 Tertio aduertendum eſt, quod ſi aliqua adhibenda eſſet miſericordia tunc eſſe deberet, cum falſus teſtis ſeipſum deferret, antequam vel Innocens pœnas totaliter ſuſtineret, vel multo magis prius, quam exſoluere inciperet. Tunc enim iuxta proportionem damni a falſo denuntiato perpeſſi eſſet minuenda, vel augenda pœna.

10 Quando aliquis corruptus fuit ad falſo denuntiandum, vel ad veritatem ſupprimendam, & ipſi teſtes corrupti, & ipſe teſtium corruptor tenētur pari pœna falſi *Rebuffus in tract de teſtibus gloſſ.* 7. *num.* 46. *Simanch. de catholic. inſtitut. tit.* 64. *num.* 96. vbi ſentit plus delinquere, qui teſti

per-

perſuadet, vt falſum deponat, quam teſtem ipſum. Ob quam rationem eadem omnino pœna coercendũ, quando quidem ipſe corrumpens pretio, aut præcibus, vt falſum teſtimoniũ dicatur primo peccauit & alios ad peccandum induxit. *Idem vult Pegna in director. Inquiſit. p. 3. ad q. 73. comment. 122. verſ atq; hoc ipſum. Cardinal. in Clement. de teſtib. in princip. in 3. notab. & Montic. in repert. teſt. rubr. corruptus teſtis punitur de falſo, fol. 295. col. penult. verſ. penultim.* qui dicunt corrumpentem ad tacendum verum, ſicut ad falſum deponendum, & teſtem corruptum pari pæna plectendos.

11 Pari paſſu in hoc caſu ambulare debere falſo denuntiantem, & verum tacentem, vt noceat, videtur; cum ex vtriſque damnum innocenti inferatur. ex falſo denuntiantibus, vt condemnetur; ex veritatẽ tacentibus, cum poſſent prodeſſe, ne liberetur.

Verum mihi videtur veritatem tacentem, vt noceat, minus nocere poſſe, quam falſo denuntiantem. Qoia ad denuntiati condẽnationem poſitiue non cooperatur, ſed ſolum negatiue ſe habet. Imo vero multoties, ſi verum quod ipſe ſcit, aperiret, non ſemper, ſaltem in totum denuntiato poſſet prodeſſe.

12 Deo eo, qui verum tacet, vt faueat alicui criminoſo in hoc tribunali dixi iam *in d. quæſt. 17. num. 27.* quod mituis tractari debet, quam qui falſum deponit; cuius adœquatam rationem legere licet apud *Caſtropalaum tom. 1. tract. 4. diſp. 8. punct. 15. §. 6. num. 10. & 11.*

13 An autem non denũtiantes teneantur ad damna, & intereſſe, quæ denuntiatione quis poterat euitare,, V. G. Si quis denuntiaret maleficam, alius maleficium paſſus non fuiſſet, reſpondet *Martinus Delirius diſquiſit. Magic. lib. 5. ſect. 4. num. 6 fine.* vbi ſic

Dd ait:

ait: *Deinde sagæ reuelandæ sunt, quia delictum earum non censetur commissum, sed committendum: & damna impondent proximo, & reip. ideò in conscientia quis non potest tacere: hoc enim in genere Doctores communiter de conscientiæ foro recipiunt in quouis crimine committēdo p: Peccabit ergo hoc non faciens, sed contra charitatē, non contra iustitiam, idque omittendo non committendo: ideò non tenebitur ad restitutione, ad damna, & interesse partis, nisi sit talis qui ex iuris pœscripto reuelare tenebatur.*

14 Sed an testes puniti in S. Officio, tanquam falsi, & eorum corruptores teneantur ad restitutionem, quia generalis est quæstio de falso teste, ac testis corruptore, idcirco remitto lectorem *ad Fragosum*, qui *part. 1. lib. 5. de oblig. moderat. Reipub. disp.* 13. quæstionem perabunde, luculenterque pertractat

15 Proposui pęnas, propono prœmia, quibus ipsi etiam summi Pōtifices desidiosos, ac propriæ, proximique salutis negligentes incitare voluerunt. Itaque denuntiantibus crimina ad S. Officium pertinentia trium annorum indulgentiam prouidi Pontifices cōcesserunt. vt testatur *Fr. Eliseus Masini in pract. S. Officij par. 1. cap. 2. vers. 1.*

Finis Quæstionis Tertiæ.

QVAE-

QVAESTIO
QVARTA.

De materia denuntiationis, de criminibus nimirum quæ tenemur DD. Inquisitoribus denuntiare.

CAPVT PRIMVM.

Regulæ quædam generaliores traduntur ad dignoscendum, quæ crimina debeamus ex præcepto DD. Inquisitoribus reuelare.

SVMMARIVM.

1 *DElicta, ad Inquisitorum iurisdictionem pertinentia statim, ac cognoscuntur commissa, debent omnia denuntiari.*

2 *Diuisio delictorum ad Inquisitorum cognitionem pertinentium.*

3 *Omnia delicta in edictis*

Inquiſitorum expreſſa debent reuelari.

4 *Delicta in edictis non expreſſata, ſed expreſſatis ſimilia, & contra fidem admiſſa reuelanda ſunt.*

QVAESTIO hęc ſicut omnium, quæ in hoc opuſculo inſtituuntur, eſt vtillima, ita eſt plurimorum aut curioſitati, aut addiſcendi deſiderio exoptatiſſima. Quamplures inuenias, qui non ſatis cognoſcentes, an aliquot crimina ſint ex obligatione manifeſtanda, nimium anguntur. Et licet de ſingulis aut delictorum ſpeciebus, aut delictis tractare, eſſet labor & opus non vnicæ quæſtionis, ſed voluminis immenſi, cum huiuſmodi tractatio materiam vniuerſam Iuriſdictionis S. Officij cōprehendat; tamen & generaliores regulas tradendo, & ad aliquot delicta, de quibus magis dubitari ſolet deſcendendo, quæſtionem hāc ita abſoluemus, vt fortaſſe, Deo dāte, ſatisfactum vnuſquiſque legentium recognoſcat. Qua in re nequaquam me quiſquam arguet, tanquam ampliandę mei Tribunalis iuriſdictionis ambitioſiorem, quia veritate nō ambitione duce, rem omnem ad finem debitum perducam.

1 Prima vniuerſaliſſima regula ſit. Omnia delicta, quæ ad Inquiſitorum iuriſdictionem pertinere cognoſcimus, tenemur ſtatim, ac commiſſa eſſe ſcimus, Inquiſitorib⁹ reuelare.

2 Ea vero in quinque capita aliqui partiuntur, vt habētur expreſſa *in tractu informatiuo ad Vicarios S. Officij Inquiſitionis in cap. 2.* prout ea refert *Lazarius de blaſpemia quæſt.* 12. *num.* 24, *A cinque capiſi riducono i caſi pertinenti a queſto Tribunale. Primo, contra gl'heretici, o ſoſpetti d'hereſia. Secondo, contra li fautori. Terzo, contra li Malefici, & In-*

Incantatori. Quarto, contra li heretícali bestemmiatori. Quinto, contra quelli, che s'oppongono ad esso S. Officio, e suoi Officiali. Verum hæc distinctio, & diuisio non videtur amplectenda, cum plura membra diuidentia in alio contineantur. Fautores enim, Malefici, Blasphemi, & impediẽtes exercitium S. Officij, cum pertineãt ad eiusdẽ iurisdictionem, quia suspicionem hæresis trahunt, idcirco ad suspectos de hæresi reducuntur. In vniuersum igitur diuidentes delicta, quæ Inquisitorũ iurisdictioni supponuntur, ea aut sunt hæreses formales, aut hæresim sapere necesse est; quælibet alia crimina specialius expressa, tanquam species ad suum genus ad hæc reuocantur.

3 Secunda vniuersalissima regula, quæ infertur ex prima est, Omnia, & singula crimina in edictis Inquisitorum aut in specie, aut generatim expressa denuntiare statim tenemur, ac cognoscimus perpetrata fuisse. Patet; quia huiusmodi crimina ad Inquisitorum iurisdictionem pertinere, nullo modo in dubium reuocari potest, aut debet. Quod adeo certum est, vt neque de his criminibus aut Confessarius, aut prudens quælibet persona in consilium debeat adhiberi, vt constituimus supra *quæst. 2. cap. 7. num. 12.*

4 Tertia regula est; Quod licet in edicto fidei quamplura delicta specificentur, & exprimantur, tamen ob talem expressionem non intelligũtur exclusa omnia, & quœlib. alia delicta, quæ aut in Sacris Canonibus, Decretis, constitutionibus, Bullisque Pontificijs comprehenduntur, aut contra fidem generaliter committuntur. Quod expresse habetur in edicto Supremæ Inquisitionis tum Italę, tum etiam Hispanæ. In eo enim dicitur: *Dichiarando, che per la sopradetta espressione de' Casi da Noi specificati da reuelarsi come sopra nõ escludiamo*

diamo gli altri caſi ſpettanti al S. Officio, che per altro ne i ſacri Canoni, Decreti, Conſtitutioni, e Bolle de ſommi Ponteſici ſono compreſi. Et in edicto Hiſpanicæ Inquiſitionis *verſ. Porende*, dicitur: *Algunas coſas de las arriba dichas, y declaradas, o otra qualquier, que ſea contra nueſtra Santa Fè Catholica, y lo que tiene, predica, y enſeña nueſtra Madre Igleſia de Roma*.

CAPVT II.

An materia non excedens peccatum veniale, ſit ſufficiens ad inducendam obligationem reuelandi.

SVMMARIVM.

1 *Aliqui docent peccatum veniale non cadere ſub obligationē reuelādi Inquiſitoribus.*

2 *Excommunicatio maior non fertur, niſi pro mortali, nec lata pro veniali obligat in foro cōſcientiæ.*

3 *Confeſſarium ſollicitantem in Sacramentali Confeſſione ſi venialiter peccet non eſſe denuntiandum aliqui putant.*

4 *Contrarium alii ſuſtinent*

5 *Ex delictis ad Inquiſitorum cognitionē ſpectantibus, aliqua admittere materiæ paruitatem, probabilius eſt.*

6 *Lectio librorum hæreticorum admittit paruitatem materiæ.*

7 *In aliquibus huiuſmodi delictis facile eſt cognoſcere, quando quis paruitatem materiæ non exceſſit. vt eſt in legente lineam libri in totū interdicti.*

8 *Si in aliquo libro vna tantum propoſitio eſſet interdicta, eam legens non excuſaretur paruitate materiæ.*

9 *Ex criminibus ad S. Officiū pertinētibus, aliqua non admittere materiæ paruitatē, probabiliꝰ eſt.*

10 *Ali-*

10 *Aliqua vero, & ſi admittant, difficile eſt in facto cognoſcere, quando quis in tali materia veniale, aut mortale commiſerit.*

11 *Cum crimẽ admittit materiæ paruitatem, cuius exceſſus facillime in facto cognoſcitur, non eſt denuntiandum, ſi conſtat materiæ paruitatẽ non exceſſiſſe.*

12 *Si probabilius ſit crimen non admittere paruitatem materiæ, ſine vllo diſcrimine reuelandum eſt.*

13 *Si crimen admittit materiæ paruitatem, ſed nimis difficulter in facto cognoſcitur, an fuerit exceſſus in paruitate materiæ, denuntiandũ eſt ſtatim.*

QVæſtio hæc maximã in ſe difficultatem inuoluit. nã euenire poteſt, vt quis peccet in materia pertinente ad Tribunal Sanctiſſimæ Inquiſitionis, ſed tamen peccet tantum venialiter, in quo caſu ſatis dubitabile eſt, an hic ſit ex præcepto Inquiſitorum lato ſub pœna excommunicationis denuntiandus. Et ad pleniorem præſentis dubitationis intelligentiã aduerto, quod hic non tractamus de leuitate criminis orta ex inaduertentia, debitaque deliberatione ad illud patrandum, ſed ſolum de leuitate criminis orta ex paruitate materiæ.

1 In qua re Authores aliqui videntur abſolute docere, quod data paruitate materiæ; ita vt non adſit peccatum mortale, non adſit obligatio denuntiandi. Ita *Souſa de confeſſar. ſollicit. tract.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. loquens in terminis Confeſſarij ſollicitantis, quos putat eſſe tunc ſolum denuntiandos, cum actus ſollicitationis eſt mortale peccatum. Sed *num.* 8. reddit rationem, omnibus delictis ad S. Officium ſpectantibus conuenientem.

2 Nã Inquiſitores obligant

gant ad denuntiandum ſub pœna excommunicationis maioris, ſed excommunicatio maior non fertur niſi pro mortali, nec lata pro veniali obligat in foro conſcientiæ, vt eſt fere communis Doctorum ſententia habetur que 11. *q.* 3. per multa capita, *cap. Nemo Epiſcoporum. cap. Nullus Sacerdotnm. cap. Epiſcopi. & 24. q. 3. cap. Reſecandæ. & cap. corripiantur. Soto in 4. d. 22. q. 1. ar. 2. concl. 1. Couar. cap. Alma mater. p. 1. §. 9. num.* 1. fauet *Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 3. de reformat.* vbi ſtatuit, quod nõ concedatur excommunicatio, niſi pro cauſa grauiſſima.

3 Eamdem ſententiam in terminis confeſſarij ſollicitantis docet *Portellius in addit. ad dubia regularia verb. ſollicitare fœminas nu.* 4. vbi etiam aſſignat rationem vniuerſalem omnibus alijs criminibus. Quia ſcilicet ſecundum communem opinionem materia leuis, & parua excuſat in omnibus delictis, ſaltem a pœna Eccleſiaſtica, & de ſollicitatione in confeſſione idẽ ſuſtinet *Caſtropalaus tom. 1. tract. 4. diſp. 9. pũct. 3. num. 2. & 3.* Hi vero authores idem credo ſuſtinerent in alijs criminibus ad S. Officium pertinentibus, in quibus admitti poteſt materiæ paruitas, quia par ratio eſt de omnibus.

4 Sed contrariam opinionem in caſu ſollicitationis in confeſſione docent *Ioannes Sancius in ſelectis diſput. 11. num. 22.* quamuis ipſe videatur ſe fundare, quod crimina in ſollicitatione admiſſa, licet intra genus luxuriæ venialia ſint aliquando, tamen ob iniuriam Sacramento illatam erunt mortalia, vt tenet *Freitas queſt. 7. num.* 33. Idẽ docet de ſollicitatione *Fagundez de præcept. Eccleſiaſt.* in editione nouiſſima *par. 2. lib. 4. cap. 3. num. 52. & P. Diana part. 4. tract. 5. reſolut. 5. Antonius Nouarius in ſumma Bullarum, tit. de ſollicitat. in confeſſ. nu.* 4.

5 Sed

5 Sed loquendo in terminis generalioribus, & de omnibus criminibus, licet res ardua, & difficilis sit magis in generali, quam ad particulares casus determinata; tamen ad decernendum, quid in hac re dicere debeamus, hæc nobis præsupponenda videntur. Primo, quod sunt aliqua crimina ex ijs, quæ ad Inquisitorum iurisdictionem spectant, in quibus ex vna parte probabilius est apud Authores dari materię paruitatem. & in ijs posse venialiter peccari.

6 Huiusmodi est lectio librorum Hæreticorum, in qua contra *Toletum lib. 1. c. 19. num. 9. & Hugolinum in explicat. 1. Can. Bullæ Cœn. verb. ad eorumdem libros. §. 1.* sustinentes in horum librorum lectura non posse dari materię paruitatem; est communis contraria opinio *Sousæ, Azorij, Hurtad. Suarez*, & aliorũ quos citat, & sequitur *Diana part. 5. tract. 5. resolut. 42.* Inter quos solũ discordia est in designanda quantitate sufficiente ad materiæ paruitatem.

7 Ex alia vero parte facile est cognoscere, quando in delictis huiusmodi generis de facto aliquis nõ excessit quantitatem insufficientem ad constituendã transgressionem sub mortali V.G. quis videt Petrum legentem in libro alicuius Hæretici vnam tantum lineam; satis patet, quod cognouit Petrum non excessisse materiæ paruitatem, cum omnes Authores conueniant, dici paruitatem materiæ vnius lineæ lectionem; in libro videlicet, qui totus interdictus est. Nam si in aliquo libro fuisset vna, aut altera sententia expuncta, quæ ex se digna prohibitione esset, legens incurreret excommunicationẽ, quamuis sententia duas lineas non excederet, quia in hoc casu tota materia prohibitionis in ea parua quãtitate restringitur; at in vno libro totaliter prohibito dimidia pagella respe-

ctu totius eſt parua materia.

9 Suppono Secundo; quod ſunt aliqua delicta, Inquiſitorum iuriſdictioni ſubiecta, in quibus certum eſt apud Authores non eſſe admittendam materię paruitatem, Ratio eſt, quod in illorum quacumque minima materia reperitur integra ratio malitiæ ſufficiens ad mortale, vt eſt peccatũ infidelitatis, odij Dei, Imo vero qui tranſgreditur pręceptum ita graue vt eius trãſgreſſio ſit mortale videtur parui pẽdere & ipsũ præceptum & materiam preceptam, atque exinde non recte ſentire de huiuſmodi delicti prohibitione. Et in ſpecie de hæreſi ſuſtinent contra *Sayrum in Claui Regia, lib. 12. cap. 2. num. 19. Caſtropalaus tom. 1. tract. 2. diſp. 2. punct. 7. num. 2. Merolla tom. 1. diſp. 2. cap. 4. dub. 7. num. 112. Alphonſus de Leone de officio Confeſſar. part. 1. recollect. 7. num. 45. Baldellus tom. 1. lib. 3. diſp. 14. num. 12. Sanchez in ſumma tom. 1. tract. 8. cap. 8. num. 66. Diana vbi proxime reſolut. 28.*

In ſortilegijs itidem, & magia nõ dari paruitatem materiæ docent *Leſſius lib. 2. cap. 44. dub. 4. num. 26. Caſtropalaus num. 2. cit. Alphonſus de Leone loc. cit. nu. 42. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 12. punct. 4. Delrius in diſquiſit. magic. lib. 4. cap. 2. quæſt. 4. Sanchez in ſumma tom. 1. lib. 2. cap. 38. num. 18.* & alij.

10 Tertio ſuppono. Quod etiamſi in aliquibus delictis ad S. Officium ſpectantibus ſecũdum probabilem opinionem admitti poſſit paruitas materiæ; tamen difficillimũ eſſet in aliquib[9] huiuſmodi delictis dignoſcere quando quis de facto non ita exceſſit, vt mortale peccatum commiſiſſe poſſit dici. Namque aut totaliter in internis actibus conſiſtunt, vt hæreſis Apoſtaſia, quos neque ipſe committens poteſt plene percipere; aut ad externos actus nimium obſcure, inuoluteque

que dimanant.

11 His præſuppoſitis, Dico primo. Cum crimen eſt tale, vt certius ſit in eo admittendam eſſe materiæ paruitatem, & facile in facto poteſt dignoſci, quod aliquis fines huius paruitatis non præterierit: tunc nulla eſt obligatio denuntiandi eum, qui in hac materia ſcitur commiſiſſe. Patet ex rationibus adductis a *Souſa num.* 2. relatis & ſecũdum hæc puto non eſſe reuelandum eum, quem ſcio ſolum legiſſe vnam lineam in libro totaliter interdicto.

12 Dico ſecũdo. Si probabilius ſit crimen non admittere in ſui materia quoad malitiã quãtitatis diuiſionem, tunc ſine dubio adeſt obligatio denuntiandi. Concluſio probatur; quia in re tam periculoſa ſequenda eſt tutior opinio, & non eſt fidendum vnius, aut alterius Authoritati.

13 Dico tertio, Etiam ſi probabile ſit aliquod crimen ad Inquiſitorum iudicium pertinens admittere materiæ paruitatem; tamẽ ſi difficile ſit in facto dignoſcere, an talis delinquens quantitatem debitam excesserit, nec ne, puto eum eſſe ſtatim denuntiandum, Probatur; quia alioquin tum impune delinquendi maxima occaſio daretur malis, tum fides ac Religio nimio periculo exponeretur. Et ita puto eſſe denũtiandum Confeſſariũ quomodolibet peccantem in ijs caſibus, in quibus ex Gregoriana Conſtitutione ſubditur ratione delicti Inquiſitorum poteſtati, nec eum ob materiæ paruitatem (quamuis illam in actibus Venereis etiã in miniſtratione huius Sacramenti cõmiſſis non negarem) non eſſe denuntiandum. Quia difficillimũ eſt cognoſcere an talis Confeſſor exceſſerit, nec ne in dictis, aut factis materiæ paruitatem. Sed hæc omnia clarius apparebunt, cum de ſingulis ſpeciebus delictorum reuelandorum pertractabimus.

CAPVT III.

An crimina ad Sanctũ Officium pertinentia, quando sunt occultissima, sint Inquisitoribus denuntianda.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dubitandi proponitur.*

2 *Peccatum hæresis quomodocumque publicum & etiam a duobus tantũm scitum debet denũtiari.*

3 *Crimen hæresis, eo ipso, quod est aliquo modo publicum potest esse nociuum alijs.*

4 *Quando hæresis est omnino occulta, ita vt ab vno tantum sciatur, tũc sustinent aliqui non adesse obligationem reuelandi.*

5 *Delicta occulta Diuino iudicio reseruantur.*

6 *Non est facienda denuntiatio, quæ nocet denuntiato, & alijs non prodest.*

7 *Crimen hæresis, ob suam specialem malitiam denuntiandum est, etiam si ab vno tantum sciatur.*

8 *Lege antiqua Deuteronomij Heretici occulti denuntiari iubebantur.*

9 *Ostenditur hoc ipsum ex doctrina SS. Patrum.*

10 *Ostẽditur ex duobus principijs lumine naturæ cognitis.*

11 *Denuntiationem hæresis occultissimæ necessariã esse bono communi, & priuato denuntiati.*

12 *Respondetur rationibus pro contraria sententia allatis.*

1 Qvamuis multipliciter accipiatur, & distinguatur a Iurisperitis crimẽ hæresis occultum, & publicum, vt videre licet in *Turrecremata, in cap. si peccauerit. 2. quæst. 1. num. 23.* tamen

tamẽ pro præsenti quæstione occultissimum crimen intelligimus, quod ab vno tantum sciatur; aut si sciatur a pluribus, ij plures ad inuicem non habent notitiam eiusdem, vel diuersæ hæresis, quam Hæreticus pluribus non simul, sed diuersis temporibus, diuersoque in loco cõmunicauit. V. G. Petrus coram me solo asseruit, sanctos non esse adorandos: vel hodie corã me solo, cras coram alio solo eamdem, vel diuersas hæreses protulit; quæritur an in hoc casu audiens habeat obligationem reuelãdi. Ratio dubitandi est, quia crimina occultatissima iudicij humani arbitrio non videntur subijcienda.

2 Dico primo. Quomodocunque peccatum hæresis publicum sit; vt scilicet etiam si duo ad inuicem tantum illius habeant notitiam; omnes, qui illud sciunt esse commissum, tenentur ex rigoroso precepto ad denuntiandam personam, quæ illud commisit. *Ita Suarez disp.* 20. *de fide sect.* 4. *num.* 5. vbi ait hoc esse certum, & conuenire omnes authores, etiam illi, qui sustinẽt hæreticos omnino occultos non esse denuntiandos. hanc vero assertionem desumi a *D. Tho.* 2.2.*quæst.*68.*art.*1. vbi de accusatione loquitur; sed a fortiori veritatem habet eius doctrina in denuntiatione, cuius obligatio suauior est, & minus onerosa.

3 Probatur cõclusio euidenti ratione. Peccatum hæresis est grauissimum, & valde nociuum, & eo ipso, quod aliquo modo est publicum potest nocere non tantum peccanti, sed etiam alijs; ergo oportet vtrique malo remedium adhibere. Sed ad remedium adhibẽdum denuntiatio non solum est vtillima, sed moraliter necessaria; ergo hæc obligatio cadit sub præceptum non tantum Ecclesiasticum, quod manifestius est; sed etiam Diuinum, & naturale ex obligatione Caritatis, & Iustitiæ.

4 Sed

4 Sed de hac conclusione non est dubium, dubitari tamen solet, an quãdo peccatũ hæresis est omnino occultum, ita vt ab vno tantum sciatur, adsit obligatio illud denuntiandi.

Aliqui negant dari præceptum in hoc casu, vel obligationem denuntiandi, imo indicare videntur huius opinionis Authores licitam non esse denuntiationem, vt testatur *Suarez* vbi supra *num.* 6. pro qua opinione citat *Ioann. Andream in cap. Nouit de iudicijs*, quem ait sequi *Villadiego in tract. de hæreticis quæst.* 10. Preter quos *Sanctarellus de hæresi cap.*9, *dub. vnico num.* 3. citat pro hac sententia. *Repertor. Inquisitor. verb. Accusatio vers. sed vtrum, & verb. denuntiatio, vers. generale tamen, & verb. occulta, vers.* 2. vbi ait *In peccato omnino occulto, quod probari non potest, non habet locum denuntiatio.* citat *Decian in tract. criminal lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 4. citat etiam *Simanch. de Catholic. institut. tit.* 4. *num.* 1. dicentem: *Non tenetur quis hæreticum accusare, nisi hæresim idoneis testibus cõprobare possit. & in Enchirid. tit.* 33. *num.* 1. Et *Farinaccius de hæresi quæst.* 167. §. 2. *num.* 36. in fine refert, hanc sententiam amplexã fuisse a grauissimis Doctoribus, licet contrariam esse iam receptam & *num.* 37. præter relatos Authores addit *Ludouicum a Paramo de orig. Inquisition. lib.* 3. *quæst.* 9. 45. *Nauarr. tit. de hæretic. lib.* 5. *cons.* 3. vbi, *quod sciens quem esse hæreticum tantum de auditu, vel suspicans, non tenetur illum reuelare, nisi sciuerit per visum, vel alium sensum corporeum, vel per confessionem, vel hoc sit indubitatum.* Citat etiam *Farinaccius Ioannem Rojas sing.* 3. *num.* 3.

5 Probant hanc sententiam primo ex generali regula Iuris Canonici, quod delicta occulta Diuino iudicio reseruantur, *cap. si Sacerdos, de officio Ordinarij*

cap.

cap. Qualiter, & quando, de Accusationibus. cap. Christus 1. quæst. 1. & cap. Si omnia. 6. quæst. 1.

Secundo specialiter allegatur *Clement. Nolentes, de hæreticis*, vbi in simili casu pertinente ad Hæresis iudicium ait Pontifex: *Si secrete nouerint, eos talia commisisse, ipsos grauiter arguere, & corrigere studeant in secreto*; ergo nunquam licet peccatum occultum iudicialiter præsertim denuntiare.

6 Tertio rationem adducunt. Qui denũtiat peccatum hæresis occultum, nocet denuntiato, & alijs non prodest; ergo denuntiatio in hoc casu non solũ non est sub obligatione; verum etiam nec licita videtur. Consequentia per se ipsa satis clara, & certa est. Quia contra omne fas, iusque videtur esse, id facere, quod obesse potest, & non prodesse. Maior quoad eam partem, quod talis denuntiatio esset nociua homini, qui hæresim commisit, clarissima est, cum ille grauissime infametur. Quod non sit alijs vtilis euidẽter ostẽditur. Nam iudex ex vi denvntiationis criminis adeo occulti non potest procedere, neque ad interrogandum reum, neque ad inquirendum de illo, cum ad Inquisitionem clamorosa infamia prærequiratur, ergo alijs talis denuntiatio est prorsus inutilis.

7 Dico tamen secundo in peccato hæresis, propter suam specialem rationẽ non solum est licita, sed etiã præcepta denũtiatio delinquẽtis etiam si solus denũciãs peccatum agnouit. Ita *Suarez d. disput.* 20. *sect.* 4. *num.* 7. vbi ait, hanc assertionem esse communem, & omnino certam. ac pro illa citat *D. Thom.* supra, & 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. vbi etiam *Caietan.* & *Alensis* 3. *part. quæst.* 72. *Anton.* 3. *par. tit.* 12. *cap.* 8. *Sotum lib.* 5. *de iust. & Iure quæst.* 5. *art.* 1. *& in relectione de secreto, membr.* 2. *quæst.* 5. *Castro lib.* 2. *de iust. hæretic. punit. c.* 25. *Cano* 12. *de locis cap.* 9.

Nauarr.

Nauarr. in cap. inter verba. 11. quæst. 3. Simanchas cap. 19. Rojas sing. 5. num. 19. (licet male citetur sing. 1. nu. 14.) vbi citat *Hostiensem in summ. de hæreticis §. qualiter deuitentur. num. 5. Innoc. in cap. 1. de test. augend. Cardin. in cap. Si peccauerit nu. 29. 2. q. 1. Gundisaluum de Villadiego de hæret. quæst. 6. num. 4. & q. 10. num. 7. Iacob. Septi. in instit. Catho. c. 18. in fine, & c. 42. num. 10. Viguerium cap. 12. suarũ institut. §. 2. vers. 10. Tolet lib. 4. summæ cap. 5. num. 1. Autor. tom. 1. lib. 8. cap. 19. quæst. 9. Bannes. 2. 2. quæst. 11. art. 4. Martinum del Rio disquisit. magic. lib. 5. sect. 4. Sancium lib. 2. Decalog. cap. 32. in fine Valentia 2. 2. disposit. 3. quæst. 10. punct. 5.* §. atque huiusmodi quibus adde *Farinacc de hæresi q. 197. §. 2. num.* 36. vbi ait, Amplia 1. hanc regulam, vt reuelare quis tenetur crimen hæresis, etiam quod illud probare nequeat vbi etiam citat. *Vmbertum locatum post Iudicial. Inquisitor, quæst* 28. *Sigismundum Scaccia de iudic. causarum ciuilium crim. & hæreticor. cap. 56. num.* 4. vbi, quod amplius testatur *ex Thom. Triuisan. decis. 51. num. 6. & 7.* ita sæpius decisum fuisse. *Lælium Zecchium in sum. in prima parte, tit. de fide rubr. de hæresi, cum. 12. vers. secundo amplietur Iacobum de Graffijs lib. 4. suarum decisionum, cap. 18. nu. 26.* & tandem dicit, *hanc sententiam passim esse receptam, & seruari in supremo totius Christianæ generalis, & Sanctæ Romanæ Inquisitionis Tribunali.*

Adde etiam *Auilam de Censuris par. 2. cap. 5. disp. 4 dub. 3. Si delictum,* inquit, *est contra bonum commune, vt crimen hæresis, statim denuntiandum est, quamuis occultum sit,* & dicit communiter Doctores ita sentire, & magis esse consulendũ bono comuni, quam famæ alicuius particularis. *Sanctarellũ de hæresi cap. 9. dub. vnico, num.* 2. vbi quamplures citat, & præsertim

Castro volum. 3. consil. 25. col. 3. vers. cum igitur, vbi ait *Quemlibet teneri reuelare hæreticum, etiam si secreto esset sibi notus*.

Adde etiam omnes illos Doctores, qui in terminis generalioribus sustinent, ꝙ si peccatum vergat in dãnum tertij, seu communitatis adsit obligatio illud denuntiandi, quos vide apud *Castropalaum par. 1. oper. moral. tract. 6. disp. 3. punct. 13. num. 10.* Qui a fortiori hoc affirmant de crimine hæresis,

Probatur primo ex *Deuter. 15.* ibi: *Si tibi persuadere voluerit frater tuus, vel filius, vel vxor, vel amicus clam dicens, &c.* vbi iubetur frater infidelis clãculũ sollicitans fidelem ad adoranda Idola statim denuntiari. Et quamuis lex hęc expresse loquatur de Idolatris, tamen extenditur etiam ad Hæreticos, vt fusius in quæstione de fraterna correctione. ergo etiam occulti Hęretici sunt denuntiandi.

Secũdo ex Patrum vnanimi consensu docentium Hæreticos, quamuis occultos esse reuelandos. *Leo Papa serm. 4. de collectis in fine Hortamur*, inquit, *vt Hæreticos vbicumque latentes vestris præsbiteris publicetis: magna est enim pietas prodere latebras*. & infra: *Non sinantur*, inquit *latere homines, qui Prophetis, & Sancto spiritui contradicunt*. Et infra: *Cauendi sunt ne cuiquam noceant: prodendi sunt, ne in aliqua Ciuitatis nostræ parte consistant*. & *in serm. 5. de ieiunio septimi mensis*, circa finem multis rationibus idem persuadet, & inter alia dicit: *Qui tales non perdendos putant, in iudicio Christi inuenientur rei de silentio, etiamsi non contaminentur assensu*. Et idem sumitur ex *D. Ambros. lib. 2. de offic. cap. 29.* vbi inquit: *in causa temporali licet tibi silere: in causa autem Dei, vbi communionis periculum est, etiam dissimulare peccatum est non leue*.

Tertio probatur ratione, præsuppositis duobus fun-

damentis naturali lumine cognitis.

Primum eſt, Bonum cōmune preferendum eſt priuato. Nam ex *D. Auguſtino* 1. *confeſſ. turpis eſt omnis pars, quæ ſuo toti non cōgruit.* & ex *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 92. *art.* 1. *ad* 3. *Bonitas cuiuſlibet partis conſideratur in proportione ad ſuum totum.* & 2. 2. *quæſt.* 47. *art.* 1. *ad* 2. & *quodlib.* 11. *quæſt.* 12 *Ille, qui quærit bonum commune multitudinis, ex conſequenti quærit bonum ſuum. Quia bonum proprium non poteſt eſſe ſine bono communi. Et bona diſpoſitio partium accipitur ſecundum habitudinem ad totum.*

Alterum fundamentum eſt. Primo quærenda eſt ſalus ſpiritualis proximi, ſaluo bono communi, & famæ illius eſt anteponenda; ſi non ſe ſimul compatiuntur. Et hoc voluit ſignificare *Eeterna veritas*, cum dixit *Matth.* 16. *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mūdum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?* Atque hoc præſcribit ipſe caritatis ordo, ab omnibus Theologicis deſignatus, quo maius bonum minori præferendum eſt. pro quo videri poteſt *D. Thom. quodlib.* 11. *q.* 12. & 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. *in fine.*

Quibus præhabitis ſic probatur concluſio.

12 Denuntiatio de crimine hæreſis ſic occulta eſt neceſſaria ad bonum comune Reipublicæ Chriſtianæ, & de ſe vtilis ad ſpiritualem ſalutem eius, qui denuntiatur; ſed bonū comune præferendum eſt priuato, & ſpirituale bonū temporali ſecundum ordinem, & obligationem Charitatis ergo etiam in eo caſu charitatis obligat ad denuntiandum.

Conſequentia cum minori ſatis euidens eſt. maior quo ad primam partem de bono communi oſtēditur. Primo enim ex vi denuntiationis vnius tantum poſſunt inquiſitores procedere ad inquirendum de tali perſona, & ſic fieri poteſt, vt

vt aliquam maiorem notitiam consequantur, vt de facto passim succedit, cum Inquisitio ex vnico teste incipiatur, & inde ad plenam probationem perueniatur. Secundo, quia, vt bene aduertit *Suarez loc. cit. num.* 9. possent in hoc casu Inquisitores maiorem cautionem, & vigilantiam circa talem personam adhibere, obseruando cum prudentia per se, vel per aliquem alium vitam, actiones, & verba talis personæ, vt aliqua alia indicia, si fieri potest talis peccati inueniant; præsertim quod hæresis mente concepta contineri vix potest, quin exterius prodeat.

Tertio, quia sæpe contingit, vt qui suam hæresim vni soli latenter manifestauit, idem cum pluribus singillatim, & occulte faciat; ideoque si singuli denuntiant, potest ad vlteriora procedi ex testibus singularibus.

Secunda pars quod talis denuntiatio expediat etiã ad bonum spirituale denũtiari probatur. Nam primo cum Hæreticus nunquam est a denuntiatione securus etiamsi occultissime cum vno suam hæresim communicet, tunc magis timebit vel in hæresim labi, vel saltem cum aliquo illam communicare, vel aliquem inducere, & ita aut omnino non peccabit, aut saltem minus peccabit. Secũdo, quia si hæreticus hac via aliquo modo ab Inquisitoribus punitur, ipsa patrati criminis punitio erit eiusdẽ aptissima medicina cum hæretici non nisi pœnis sanari possint, vt alibi latissimè.

Quarto ad argumenta pro contraria opinione respondeo primo, quod Authores citati nullo pacto dicunt non adesse obligationem denuntiandi in hoc casu sed solum accusandi, aut probandi crimen, quod denuntiatur; quod verissimũ est vt probauimus *cap.* 3. *quæst.* 2. *num.* 13. & ita Simanchas a Suarez citatus

expresse dicit: *Non tenetur quis hæreticum accusare*. Accusatio enim trahit onus probationis in quo a denuntiatione differt, vt ostēsum fuit *cap. 4. quæst. 1. nu. 16.* Ita etiam Paramus, & Rojas, qui etiam satis contrarium aperte docent in alijs locis. Nam Simāchas *tit. 19. iustit. Catholic. num. 10.* ait *Hæreticus quantumuis occultus protinus est iudicibus indicandus*. Et Ioānes Rojas postquam *num. 20.* retulisset opinionem Ioan. Andreæ, *vers. peccatū omnino occultū*, inquit: *Mea quidem sententia, quocumq; modo consideretur peccatum, seu crimē omnino occultum, illud si est crimen hæresis, quis sub præcepto tenetur denuntiare, nam iura & rationes modo relatæ in alijs criminibus procedunt*. Et Paramus pluribus in locis apertissimè hoc docet, & præsertim *lib. 3. de denuntiationibus in caus. hæres. num. 82.* dicens: *Octaua ratio nititur authoritate Sacræ scripturæ ex cap. 13. Deuteron. in quo traditur regula, quod etiam si crimen sit occultum, nō excusatur quispiam ab obligatione reuelandi hæreticum, quam sententiam omni penitus difficultate, & periculo expulso fere omnes DD. sequuntur*. Nauarrus vero ait non esse reuelandum, cum scientia non est sufficiens ad reuelandum, vt patet ex eius verbis, & nos infra ostēdemus. Imo vero Authores citati pro contraria opinione, a multis pro nostra, vera, & certissima citantur. Et ita Villadiego citatur pro nostra *a Rojas num. 19.* & idem *Farinaccius* pro ea citat *Rojas sing. 3. num. 3.*

Secundo canonum Authoritates, quod occulta Diuino iudicio reseruantur non procedunt in criminibus vergentibus contra publicam vtilitatem.

13 Tertio textus adductus *ex Clement. Nolentes*, non loquitur de crimine hæresis, sed de Officialibus, & Commissarijs hæreticæ prauitatis, quando prætextu

textu officij munera, aut pecunias accipiunt, vt bene explicat *Suarez & Roias vers. citato*, vbi ait, *hunc textum perperã intellectum fuisse a Gundisaluo*.

Quarto manet soluta ratio ex adductis in nostra ratione, in qua patet quam vtilis sit huiusmodi denuntiatio, & bono communi, ipsimet hæretico denuntiato.

Ex quibus clarum redditur contrariam opinionẽ nulla prorsus probabilitate niti, cum & Authoritate, & rationibus sit tantum destituta.

CAPVT III.

Quædam propositiones recensentur DD. Inquisitoribus denuntiandæ; quarum notitia in promptu non habetur, & cum magno Religionis detrimento callide, atque artificiose iactãtur.

SVMMARIVM.

1 *Haeretici aliquando sub specie pietatis venena diffundunt.*
2 *Reuelandæ sunt propositiones simplicium mentium seductiuæ.*
3 *Eæ etiam ob quas argumenta, quibus fidei probabilitas stabilitur, inderisum, & subsannationem veniunt.*
4 *Propositiones quoque laxiorem vitæ statum, latamque viam insinuantes, & aperientes.*
5 *Propositiones itidem, quæ dici possunt aueisiuæ a suscipiẽda fide, vel Romana Religione.*
6 *Et quæ anxiæ, ac nimis scrupulosæ dicẽdæ sunt.*
7 *Difficiles etiam, & obscuræ in materia, ac thesi graui.*
8 *Nec nõ illæ quæ præsumptuosæ appellari possunt.*
9 *Item dubitatiuæ de rebus*

CAPVT III.

An crimina ad Sanctũ Officium pertinentia, quando ſunt occultiſſima, ſint Inquiſitoribus denuntianda.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dubitandi proponitur.*

2 *Peccatum hæreſis quomodocunque publicum & etiam a duobus tantum ſcitum debet denũtiari.*

3 *Crimen hæreſis, eo ipſo, quod eſt aliquo modo publicum poteſt eſſe notium alijs.*

4 *Quando hæreſis eſt omnino occulta, ita vt ab vno tantum ſciatur, tũc ſuſtinent aliqui non adeſſe obligationem reuelandi.*

5 *Delicta occulta Diuino iudicio reſeruantur.*

6 *Non eſt facienda denũtiatio, quæ nocet denuntiato, & alijs non prodeſt.*

7 *Crimen hæreſis, ob ſuam ſpecialem malitiam denuntiandum eſt, etiam ſi ab vno tantum ſciatur.*

8 *Lege antiqua Deuteronomij Hæretici occulti denuntiari iubebantur.*

9 *Oſtenditur hoc ipſum ex doctrina SS. Patrum.*

10 *Oſtẽditur ex duobus principijs lumine naturæ cognitis.*

11 *Denuntiationem hæreſis occultiſſimæ neceſſariã eſſe bono communi, & priuato denuntiati.*

12 *Reſpondetur rationibus pro contraria ſententia allatis.*

1 QVamuis multipliciter accipiatur, & diſtinguatur a Iuriſperitis crimẽ hæreſis occultum, & publicum, vt videre licet in *Turrecremata, in cap. ſi peccauerit. 2. quæſt. 1. num. 23.* tamen

tamẽ pro præſenti quæſtione occultiſſimum crimen intelligimus, quod ab vno tantum ſciatur; aut ſi ſciatur a pluribus, ij plures ad inuicem non habent notitiam eiuſdem, vel diuerſæ hæreſis, quam Hæreticus pluribus non ſimul, ſed diuerſis temporibus, diuerſoque in loco cõmunicauit. V. G. Petrus coram me ſolo aſſeruit, ſanctos non eſſe adorandos: vel hodie corã me ſolo, cras coram alio ſolo eamdem, vel diuerſas hæreſes protulit; quœritur an in hoc caſu audiens habeat obligationem reuelãdi. Ratio dubitandi eſt, quia crimina occultatiſſima iudicij humani arbitrio non videntur ſubijcienda.

2 Dico primo. Quomodocunque peccatum hæreſis publicum ſit; vt ſcilicet etiam ſi duo ad inuicem tantum illius habeant notitiam; omnes, qui illud ſciunt eſſe commiſſum, tenentur ex rigoroſo precepto ad denuntiandam perſonam, quæ illud commiſit. *Ita Suarez diſp.* 20. *de fide ſect.* 4. *num.* 5. vbi ait hoc eſſe certum, & conuenire omnes authores, etiam illi, qui ſuſtinẽt hæreticos omnino occultos non eſſe denuntiandos. hanc vero aſſertionem deſumi a *D. Tho.* 2.2. *quæſt.* 68. *art.* 1. vbi de accuſatione loquitur; ſed a fortiori veritatem habet eius doctrina in denuntiatione, cuius obligatio ſuauior eſt, & minus oneroſa.

3 Probatur cõcluſio euidenti ratione. Peccatum hæreſis eſt grauiſſimum, & valde nociuum, & eo ipſo, quod aliquo modo eſt publicum poteſt nocere non tantum peccanti, ſed etiam alijs; ergo oportet vtrique malo remedium adhibere. Sed ad remedium adhibẽdum denuntiatio non ſolum eſt vtillima, ſed moraliter neceſſaria; ergo hæc obligatio cadit ſub præceptum non tantum Eccleſiaſticum, quod manifeſtius eſt; ſed etiam Diuinum, & naturale ex obligatione Caritatis, & Iuſtitiæ.

4 Sed

4 Sed de hac concluſione non eſt dubium, dubitari tamen ſolet, an quãdo peccatũ hæreſis eſt omnino occultum, ita vt ab vno tantum ſciatur, adſit obligatio illud denuntiandi?

Aliqui negant dari præceptum in hoc caſu, vel obligationem denuntiandi, imo indicare videntur huius opinionis Authores licitam non eſſe denuntiationem, vt teſtatur *Suarez* vbi ſupra *num.* 6. pro qua opinione citat *Ioann. Andream in cap. Nouit de iudicijs*, quem ait ſequi *Villadiego in tract. de hæreticis quæſt.* 10. Preter quos *Sanctarellus de hæreſi cap.* 9, *dub. vnico num.* 3. citat pro hac ſententia. *Repertor. Inquiſitor. verb. Accuſatio verſ. ſed vtrum, & verb. denuntiatio, verſ. generale tamen, & verb. occulta, verſ.* 2. vbi ait *In peccato omnino occulto, quod probari non poteſt, non habet locum denuntiatio.* citat *Decian. in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 4. citat etiam *Simanch. de Catholic. inſtitut. tit.* 4. *num.* 1. dicentem: *Non tenetur quis hæreticum accuſare, niſi hæreſim idoneis teſtibus cõprobare poſſit. & in Enchirid. tit.* 33. *num.* 1. Et *Farinaccius de hæreſi quæſt.* 167. §. 2. *num.* 36. in fine refert, hanc ſententiam amplexã fuiſſe a grauiſſimis Doctoribus, licet contrariam eſſe iam receptam & *num.* 37. præter relatos Authores addit *Ludouicum a Paramo de orig. Inquiſition. lib.* 3. *quæſt.* 9. 45. *Nauarr. tit. de hæretic. lib.* 5. *conſ.* 3. vbi, *quod ſciens quem eſſe hæreticum tantum de auditu, vel ſuſpicans, non tenetur illum reuelare, niſi ſciuerit per viſum, vel alium ſenſum corporeum, vel per confeſſionem, vel hoc ſit indubitatum.* Citat etiam *Farinaccius Ioannem Rojas ſing.* 3. *num.* 3.

5 Probant hanc ſententiam primo ex generali regula Iuris Canonici, quod delicta occulta Diuino iudicio reſeruantur, *cap. ſi Sacerdos, de officio Ordinarij*

cap.

cap. Qualiter, & quando, de Accusationibus. cap. Christus 1. quæst. 1. & cap. Si omnia. 6. quæst. 1.

Secundo specialiter allegatur *Clement. Nolentes, de hæreticis*, vbi in simili casu pertinente ad Hæresis iudicium ait Pontifex: *Si secrete nouerint, eos talia commisisse, ipsos grauiter arguere, & corrigere studeant in secreto*; ergo nunquam licet peccatum occultum iudicialiter præsertim denuntiare.

6 Tertio rationem adducunt. Qui denūtiat peccatum hæresis occultum nocet denuntiato, & alijs non prodest; ergo denuntiatio in hoc casu non solū non est sub obligatione; verum etiam nec licita videtur, Consequentia per se ipsa satis clara, & certa est. Quia contra omne fas, iusque videtur esse, id facere, quod obesse potest, & non prodesse. Maior quoad eam partem, quod talis denuntiatio esset nociua homini, qui hæresim commisit, clarissima est, cum ille grauissime infametur. Quod non sit alijs vtilis euidēter ostēditur. Nam iudex ex vi denuntiationis criminis adeo occulti non potest procedere, neque ad interrogandum reum, neque ad inquirendum de illo, cum ad Inquisitionem clamorosa infamia prærequiratur, ergo alijs talis denuntiatio est prorsus inutilis.

7 Dico tamen secundo in peccato hæresis propter suam specialem rationē non solum est licita, sed etiā præcepta denūtiatio delinquētis etiam si solus denūciās peccatum agnouit. Ita *Suarez d. disput.* 20. *sect.* 4. *num.* 7. vbi ait, hanc assertionem esse communem, & omnino certam. ac pro illa citat *D. Thom.* supra, & 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. vbi etiam *Caietan.* & *Alensis* 3. *part. quæst.* 72. *Anton.* 3. *par. tit.* 12. *cap.* 8. *Sotum lib.* 5. *de iust. & Iure quæst.* 5. *art.* 1. *& in relectione de secreto, membr.* 2. *quæst.* 5. *Castro lib.* 2. *de iust. hæretic. punit. c.* 25. *Cano* 12. *de locis cap.* 9.

Nauarr.

Nauarr. in cap. inter verba. 11. *quæst.* 3. *Simanchas cap.* 19. *Rojas sing.* 5. *num.* 19. (licet male citetur sing. 1. nu. 14.) vbi citat *Hostiensem in summ. de hæreticis* §. *qualiter deuitentur. num.* 5. *Innoc. in cap.* 1. *de test. augend. Cardin. in cap. Si peccauerit nu.* 29. 2. *q.* 1. *Gundisaluum de Villadiego de hæret. quæst.* 6. *num.* 4. & *q.* 10. *num.* 7. *Iacob. Septi. in instit. Catho. c.* 18. *in fine, & c.* 42. *num.* 10. *Viguerium cap.* 12. *suarũ institut.* §. 2. *vers.* 10. *Tolet lib.* 4. *summæ cap.* 5. *num.* 1. *Autor. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 19. *quæst.* 9. *Bannes.* 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 4. *Martinum del Rio disquisit. magic. lib.* 5. *sect.* 4. *Sancium lib.* 2. *Decalog. cap.* 32. *in fine Valentia* 2. 2. *dispo sit.* 3. *quæst.* 10. *punct.* 5. §. atque huiusmodi quibus adde *Farinacc de hæresi q.* 197. §. 2. *num.* 36. vbi ait, Amplia 1. hanc regulam, vt reuelare quis tenetur crimen hæresis, etiam quod illud probare nequeat vbi etiam citat. *Vmbertum locatum post Iudicial. Inquisitor, quæst.* 28. *Sigismundum Scaccia de iudic. causarum ciuilium crim. & hæreticor. cap.* 56. *num.* 4. vbi, quod amplius testatur *ex Thom. Triuisan. decis.* 51. *num.* 6. & 7. ita sæpius decisum fuisse. *Lælium Zecchium in sum. in prima parte, tit. de fide rubr. de hæresi, cum.* 12. *vers. secundo amplietur Iacobum de Graffijs lib.* 4. *suarum decisionum, cap.* 18. *nu.* 26. & tandem dicit, *hanc sententiam passim esse receptam, & seruari in supremo totius Christianæ generalis, & Sanctæ Romanæ Inquisitionis Tribunali.*

Adde etiam *Auilam de Censuris par.* 2. *cap.* 5. *disp.* 4 *dub.* 3. *Si delictum,* inquit, *est contra bonum commune, vt crimen hæresis, statim denuntiandum est, quamuis occultum sit,* & dicit communiter Doctores ita sentire, & magis esse consulendũ bono comuni, quam famæ alicuius particularis. *Sanctarellũ de hæresi cap.* 9. *dub. vnico, num.* 2. vbi quamplures citat, & præsertim

Castro

Castro volum. 3. *consil.* 25. *col.* 3. *vers. cum igitur*, vbi ait *Quemlibet teneri reuelare hæreticum, etiam si secreto esset sibi notus*.

Adde etiam omnes illos Doctores, qui in terminis generalioribus sustinent, ꝙ si peccatum vergat in dãnum tertij, seu communitatis adsit obligatio illud denuntiandi, quos vide apud *Castropalaum par.* 1. *oper. moral. tract.* 6. *disp.* 3. *punct.* 13. *num.* 10. Qui a fortiori hoc affirmant de crimine hæresis,

Probatur primo ex *Deuter.* 15. ibi: *Si tibi persuadere voluerit frater tuus, vel filius, vel vxor, vel amicus clam dicens, &c.* vbi iubetur frater infidelis clãculũ sollicitans fidelem ad adoranda Idola statim denuntiari. Et quamuis lex hęc expresse loquatur de Idolatris, tamen extenditur etiam ad Hæreticos, vt fusius in quæstione de fraterna correctione. ergo etiam occulti Hęretici sunt denuntiandi.

Secũdo ex Patrum vnanimi consensu docentium Hæreticos, quamuis occultos esse reuelandos. *Leo Papa serm.* 4. *de collectis in fine Hortamur*, inquit, *vt Hæreticos vbicumque latentes vestris præsbiteris publicetis: magna est enim pietas prodere latebras*. & infra: *Non sinantur*, inquit *latere homines, qui Prophetis, & Sancto spiritui contradicunt*. Et infra: *Cauendi sunt ne cuiquam noceant: prodendi sunt, ne in aliqua Ciuitatis nostræ parte consistant*. & *in serm.* 5. *de ieiunio septimi mensis*, circa finem multis rationibus idem persuadet, & inter alia dicit: *Qui tales non perdendos putant, in iudicio Christi inuenientur rei de silentio, etiamsi non contaminentur assensu*. Et idem sumitur ex *D. Ambros. lib.* 2. *de offic. cap.* 29. vbi inquit: *in causa temporali licet tibi silere: in causa autem Dei, vbi communionis periculum est, etiam dissimulare peccatum est non leue*.

Tertio probatur ratione, præsuppositis duobus fun-

damentis naturali lumine cognitis.

Primum eſt, Bonum cõmune preferendum eſt priuato. Nam ex *D. Auguſtino* 1. *confeſſ. turpis eſt omnis pars, quæ ſuo toti non cõgruit.* & ex *D. Thom.* 1. 2. *quæſt.* 92. *art.* 1. *ad* 3. *Bonitas cuiuſlibet partis conſideratur in proportione ad ſuum totum.* & 2. 2. *quæſt.* 47. *art.* 1. *ad* 2. & *quodlib.* 11. *quæſt.* 12 *Ille, qui quærit bonum commune multitudinis, ex conſequenti quærit bonum ſuum. Quia bonum proprium non poteſt eſſe ſine bono communi. Et bona diſpoſitio partium accipitur ſecundum habitudinem ad totum.*

Alterum fundamentum eſt. Primo quærenda eſt ſalus ſpiritualis proximi, ſaluo bono communi, & famæ illius eſt anteponenda; ſi non ſe ſimul compatiuntur. Et hoc voluit ſignificare *Eeterna veritas*, cum dixit *Matth.* 16. *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mũdum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?* Atque hoc præſcribit ipſe caritatis ordo, ab omnibus Theologicis deſignatus, quo maius bonum minori præferendum eſt. pro quo videri poteſt *D. Thom. quodlib.* 11. *q.* 12. & 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. *in fine.*

Quibus præhabitis ſic probatur concluſio.

12 Denuntiatio de crimine hæreſis ſic occulta eſt neceſſaria ad bonum comune Reipublicæ Chriſtianæ, & de ſe vtilis ad ſpiritualem ſalutem eius, qui denuntiatur; ſed bonũ comune præferendum eſt priuato, & ſpirituale bonũ temporali ſecundum ordinem, & obligationem Charitatis ergo etiam in eo caſu charitatis obligat ad denuntiandum.

Conſequentia cum minori ſatis euidens eſt. maior quo ad primam partem de bono communi oſtẽditur. Primo enim ex vi denuntiationis vnius tantum poſſunt inquiſitores procedere ad inquirendum de tali perſona, & ſic fieri poteſt,

vt

vt aliquam maiorem notitiam consequantur, vt de facto passim succedit, cum Inquisitio ex vnico teste incipiatur, & inde ad plenam probationem perueniatur. Secundo, quia, vt bene aduertit *Suarez loc. cit. num.* 9. possent in hoc casu Inquisitores maiorem cautionem, & vigilantiam circa talem personam adhibere, obseruando cum prudentia per se, vel per aliquem alium vitam, actiones, & verba talis personæ, vt aliqua alia indicia, si fieri potest talis peccati inueniant; præsertim quod hæresis mente concepta contineri vix potest, quin exterius prodeat.

Tertio, quia sæpe contingit, vt qui suam hæresim vni soli latenter manifestauit, idem cum pluribus singillatim, & occulte faciat; ideoque si singuli denuntiant, potest ad vlteriora procedi ex testibus singularibus.

Secunda pars quod talis denuntiatio expediat etiã ad bonum spirituale denũtiari probatur. Nam primo cum Hæreticus nunquam est a denuntiatione securus etiamsi occultissime cum vno suam hæresim communicet, tunc magis timebit vel in hæresim labi, vel saltem cum aliquo illa communicare, vel aliquem inducere, & ita aut omnino non peccabit, aut saltem minus peccabit. Secũdo, quia si hæreticus hac via aliquo modo ab Inquisitoribus punitur, ipsa patrati criminis punitio erit eiusdẽ aptissima medicina cum hæretici non nisi pœnis sanari possint, vt alibi latissimè.

Quarto ad argumenta pro contraria opinione respondeo primo, quod Authores citati nullo pacto dicunt non adesse obligationem denuntiandi in hoc casu sed solum accusandi, aut probandi crimen, quod denuntiatur; quod verissimũ est vt probauimus *cap.* 3. *quæst.* 2. *num.* 13. & ita Simanchas a Suarez citatus

textu officij munera, aut pecunias accipiunt, vt bene explicat *Suarez & Rojas verſ. citato*, vbi ait, *hunc textum perperã intellectum fuiſſe a Gundiſaluo*.

Quarto manet ſoluta ratio ex adductis in noſtra ratione, in qua patet quam vtilis ſit huiuſmodi denuntiatio, & bono communi, ipſimet hæretico denuntiato.

Ex quibus clarum redditur contrariam opinionẽ nulla prorſus probabilitate niti, cum & Authoritate, & rationibus ſit tantum deſtituta.

CAPVT III.

Quædam propoſitiones recenſentur DD. Inquiſitoribus denuntiandæ; quarum notitia in promptu non habetur, & cum magno Religionis detrimento callide, atque artificioſe iactãtur.

SVMMARIVM.

1 *Haeretici aliquando ſub ſpecie pietatis venena diffundunt.*
2 *Reuelandæ ſunt propoſitiones ſimplicium mentium ſeductiuæ.*
3 *Eæ etiam ob quas argumenta, quibus fidei probabilitas ſtabilitur, in deriſum, & ſubſannationem veniunt.*
4 *Propoſitiones quoque laxiorem vitæ ſtatum, latamque viam inſinuantes, & aperientes.*
5 *Propoſitiones itidem, quæ dici poſſunt auerſiuæ a ſuſcipiẽda fide, vel Romana Religione.*
6 *Et quæ anxiæ, ac nimis ſcrupuloſæ dicẽdæ ſunt.*
7 *Difficiles etiam, & obſcuræ in materia, ac theſi graui.*
8 *Nec nõ illæ quæ præſumptuoſæ appellari poſſunt.*
9 *Item dubitatiuæ de rebus*

bus ab Ecclesia confirmatis, & stabilitis, seu disputatiuæ, ex dubitatione ortæ.

10 *Et propositiones periculum in fide, aut moribus afferentes.*

11 *Propositiones irreuerentes, ac miscentes sacra prophanis.*

Ad has reducuntur propositiones non allegantes fideliter verba Sacræ Scripturæ.

11 *Reuelandæ sunt propositiones Ecclesiæ decoloratiuæ.*

13 *Illæ etiam, quæ acerbè, ac satyricè aduersus Ecclesiasticos, & laicos iactantur, & prædicantur.*

1 HAeretici, quippe versuti, callidi, ac versi pelles, cum timeāt in aperto venena diffundere, ea quandoque sub melle recondunt, & ita quanto occultius, tanto periculosiut perniciem moliuntur, vt optime illis aptari possint verba *Ieremiæ cap. 9. 3. Extenderunt linguam suam, quasi arcum mendaci, & nō veritatis & vers. 8. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum loquuta est: & ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias*. Loquentes ergo dupplici corde in corde, & corde loquuntur. Quia scilicet, vt explicat *Rabanus, aliud habenti in corde, aliud in ore. Et Carensis, extrinsecus ostendūt virtutem, intus pleni sunt improbitate.* Iuxta illud *Salustij: Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habent:* Quapropter prudentissimi Pontifices, eorum versutiæ, atque caliditati obuiantes, aliquas propositiones, quæ sub pietatis speciem impietatem occultam retinent, & simplicium mentis facile deprauare possent, DD. Inquisitorum iurisdictioni subiectas esse voluerunt.

3 Igitur prçter propositiones, relatas in edicto fidei, ibi: *Paraque si supieredes o entendieredes, o huuieredes visto, o oydo dezir, que alguna,*

na, o algunas personas, viuos presentes, o ausentes, o difuntos ayan hecho, o dicho, o creydo, algunas opiniones, o palabras hereticas, sospechosas, erroneas, temerarias, mal sonantes, escandalosas, o blasphemia heretical contra Dios nuestro Señor, y su santa fe Catolica, y contra lo que tiene, predica, y enseña nuestra sãta madre Iglesia Romana, lo digays, y manifesteys ante nos. De quibus passim Theologi in tract. de fide, & præsertim *Suarez disp. 19. sect. 1. & Paramus de orig. Inquisit. lib. 3. q. 3 de hæres. & eius spec.*

2 Primo reuelanda est illa propositio, quæ appellari potest Simplicium mẽtium seductiua. Quæ propositionis censura reperitur apud *Leonem X. in Bulla Cõtra Martinum Luther ũ.* Hæc qualitas in pluribus gradibus propositionũ dãnabilium inuenitur; verum proprie, & stricte sumpta ad eas doctrinas extẽditur, quæ sub prætextu pietatis, veritatis, aut Religionis simplicem plebem male informant, aut animant contra legitimos Magistros, & Pastores, vel ipsorum vitia, vel ipsorũ ignorantias, propalando; vel alijs modis fideles a Sanctis operibus artificiose disiungẽdo, vt si quis pericula frequẽtis cõmunionis exageret, vel incommoda status religiosi amplificet ita vt vel videsetur de frequentia Communionis, & de sanctis Religiosornm ordinibus male sentire, vel a communicandi frequentia, & religioso statu suscipiendo alios in detestationem, & horrorem induceret.

3 Secundo reuelãdæ sũt propositiones fidei denigatiuæ, aut subsannatiuæ. Quę species Censuræ est in *Bulla Martini V. ad finem Cõcilij Constantiencis*, quam irrisiuam, & subsanatiuam argumentorum, quibus fides stabilitur, nominare possumus. Ideo hæc qualitas est fere eadem, atque illa, quæ habetur in *Concilio Romano sub Gelasio Papa, & cap. Sancta Romana Ec-*

cle-

cleßa, diß. 15. vbi ex historij Ecclesiasticis, falsitatem manifestam continentibus, dicitur exteris, dari occasionem subsannandi, & irridendi nostram Religionẽ. Exempla huic censurę supposita, sunt : Si quis de se ipso, aut euulget, aut e vulgari faciat operationes miraculosas, vel propheticas reuelationes, aut cœlestes illustrationes, aut prodigiosas, & insitatas Corporis afflictiones ad captandam sœcularem gloriam ex integro, aut ex parte confictas. Nam cum prophetiæ, reuelationes, miracula, gestà Sanctorum, vitæ asperitas, & integritas sint efficacissima argumenta ad euidẽtiam probabilitatis fidei stabiliendam, & consequẽter ipsam fidem roborandam, necesse est, vt ex huiusmodi confictionibus, & delıramẽtis omnia antiqua monumenta, aut infamentur, aut eneruẽtur. Idcirco iste veluti denigrator, & obscurator miraculorum, Prophetiarum, illustrationum, & virtutum, quibus Ecclesia Dei ab initio fulget, & splendet, & veluti falsarius adulterator probatissimæ monetæ, quam Prophetæ, & operatores virtutum exhibuerũt, sicut debet ab Inquisitoribus puniri, ita etiam debet ijsdem statim denuntiari. Quod si aliquando aut sola deceptio, aut inuincibilis, aut crassa, & sine fictione affectata ignorãtia possit huiusmodi personis excusationẽ aliquam præbere tamen hoc Iudicium Inquisitoribus est omnino relinquendum, & ipsi delatores, & denuntiatores simplicitate potius, quam prudentia, quæ in hoc casu imprudentia, & arrogantia esset denominanda vtantur. Ne sint vero tã faciles, ac procliues ad dandam fidem ijs miraculis, atque reuelationibus, quæ non sunt Ecclesiæ authoritate, ac testimonio obsignata. Sic enim quamplurium, præsertim aut simplium, aut ambitiosarum fœminarum error, & su-

& superbia fouetur, & veris miraculis magna iniuria irrogatur; quæ per hæc tẽpora ſicut ad confirmandã fidem adeo neceſſaria nõ ſunt; ita rariſſime ab authore miraculorum & prodigiorum operantur.

4 Tertio reuelandæ ſunt ſtatim iactatę quędam propoſitiones, quæ ducunt ad viam latam, & laxiorem ſtatum vitæ inſinuant. Huius propoſitionis grad⁹ dãnabilis meminere. *Nauarrus Apol. de reditibus, quæſt.* 1. *monito* 38. *Corduba lib.* 4. *quæſt.* 1. *propoſit.* 6. *Simanchas de Cathol. inſtit. cap.* 55. & alij *Iſtas Pius Quartus conſtit.* 77. quæ incipit *Dominici gregis*, appellat, *Pietati, ac morum honeſtati inutiles*.

Huius generis ſunt opiniones, quæ ſpeculatiuè cõſideratæ probabilitatẽ aliquam habere poſſunt; at in praxi exerceri nequeunt abſque peccato: huius generis quamplurima ſuppeterent exempla circa obſeruantiam ieiuniorum, ſimoniam, compẽſationem, recuperationẽ honoris cõtumelioſè, aut violenter læſi, contractus, leuitatem aut paruitatem materiæ in rebus venereis, in quibus practicè nihil patrari poteſt abſque grauiori culpa, ſaltem propter periculum euidens maioris delicti; tamen libet ea ſapientioribus ſcrutanda relinquere.

5 Quarto reuelãdæ ſunt propoſitiones, quę dici poſſũt auerſiuę a ſuſcipiẽda fide, vel Romana Religione. Eæ ſunt, quæ ſeparant a ſuſcipienda fide, & obedientia Eccleſiæ; vel poſtquam ſuſcepta eſt, pudore vel triſtitia afficiunt ſuſcipientes. Huius generis propoſitiones ſunt ſimiles illis tractatibus, quos poſt *Conſiliũ Florẽtinum ſub Eugenio IV.* Marcus Epheſinus, & alij Epiſcopi per vniuerſas prouincias Orientales diffuderunt, imponentes Eccleſiæ Occidentali ſęuitiam in iudicando, auaritiam in exigendo, & alia quæ cum valde ipſam odioſam facerent

rent; idcirco ab ipſa ſuſcipienda fide amouebāt, aut in ſuſceptam deteſtationē inſinuabant. Similia ſunt verba, & propoſitiones, quę ab aliquibus iactari conſueuerunt contra recens conuerſos a ſecta Mahometana, vel a Gentiliſmo, quibus aduerſus illos obijcitur, quod aut non ſincerè fidem ſuſcipiunt, aut pauci, vel nullus forſan ex illis ſincere, ac non ficte credat, quod profeſſi fuerunt; & alia huius generis, quæ vel ab ingreſſu in Eccleſiam ſeiungunt, vel pudorem, aut triſtitiam inferunt ijs, qui eam ingreſſi ſint.

Idem dicendum eſt contra eos, qui ſimiliter inuehuntur indigniſſimis verbis cōtra illos qui deſerto Iudaiſmo ad Religionem Chriſtianam cōuertuntur, quos merito Luſitana Inquiſitio punit, & caſtigat; & huiuſmodi tractatus, e libris expungit.

6 Quinto reuelandæ sūt propoſitiones ſcrupuloſæ, & anxię. Illę vero ſunt, quę cum non poſſint vrgentibus teſtimonijs, aut fundamētis impugnari, sēp tamē ſi ſunt in materia morali cū formidine, ac ſcrupulo exequutioni mandantur; & ſi ſunt in materia ſpeculatiua, nō ſine ſcrupulo & formidine docentur; cum tamē oppoſita doctrina omni careat ſcrupulo, & anxietate. Hęc cenſura comprehenditur in illa clauſula *inſtructionis Pontificiæ Clementis Octaui: Verba dubia & ambigua, quæ legentium animos a recto, Catholicoque ſenſu ad nefarias opininiones adducere poßunt*. Nam ſi verba anxia, dubia, & ambigua plectenda ſunt, multo magis opiniones, aut sēſus dubij, anxij, & ambigui. Plures huius generis ſunt propoſitiones in quæſtionibus moralibus, & ſpeculatiuis, quę denuo emergunt circa vſuras, ſimonias, theſes iuriſdictionales, ſcripturarum clauſulas, Conciliorum, & Decretalium limitiones.

7 Sexto reuelandæ ſunt pro-

propoſitiones difficiles & obſcurę in theſi, & materia graui, quę & ſi in diſputationibus poſſunt permitti, permitti nullo pacto debẽt aut in Concionibus, aut in communibus conſeſſibus, & colloquijs, cum multi, & pręſertim rude vulgus non capiendo, vel non intelligendo in errorem labatur. Huius gradus meminit *Albertinus de agnoſcẽdis Catholicis aſſertionibus quæſt. 7. num.* 19. cuius hęc ſunt verba: *Alia eſt ratio eorum, quę proponuntur diſputanda: Alia eorum, quę ad doctrinam in ſcriptis traduntur legenda. Quod enim diſputandum proponitur, & ſi dubium, ambiguum, obſcurum, vel ęquiuocum ſit, aliquam recipit, excuſationem; ſed ſcribendo omnia clara, dilucida, expedita eſſe debent.* Si enim talis difficultas, ambiguitas, obſcuritas in ſcriptis nequaquam eſt permittenda; multo minus in verbis, colloquijs, & ſermonibus, ad quos audiendos cõmixtim concurrunt ignorantes, ac plebeij, qui nec diſtinguere, nec tantas trices extricare ſciunt, ac valent.

Peccatur ſępiſſime in hac materia in pulpitis, cũ concionatores, vt magis auribus auditorum abblandiantur, quam eorum animos paſcere ſtudeant peregrina, paradoxa, & a cõmuni tramite deuia in rebus non modo moralibus, ſed etiam Theologicis, ac fidem ipſam tangentibus non ſolum inutiliter, ſed etiam periculoſe iactant, & effundunt, Defendunt ipſi errorem ſuum, quod ea, quę dicunt, Sanctiſſimorũ Patrum teſtimonio, verbiſque confirmant. Verum hęc eorum reſponſio multis modis infirmatur. Nam aliquando Patres obiter, & in trãſcurſu aliqua dicũt q̃ nullatenus ſunt ſerio, luculenterque tractanda. Aliquando etiam alia eſt ipſorum patrum ſententia, & mens, ſi verba ad totum contextum referãtur. Habent in ſacris litteris, qui-

bus auditores, & docere, & delectare poſſint, abſq; eo, quod huiuſmodi, aut theſes, aut quos vocant conceptus, in quibus aliquando fides ipſa vacillare, ac titubare videtur, infructuoſe comminiſcantur.

8 Septimo reuelādę sūt propoſitiones pręſumptuoſę. Pręſumptuoſas eas dico, quę grauiori nota Theologica infamant aſſertiones probabiles Doctorum, vt ſi quis eas appellet hæreticas, aut erroneas, aut temerarias. Probatur primo; quia in *litteris Apoſtolicis Sixti IV. allegatis a Frāciſco Diago, lib. 1. Annal. Aragon. cap. 33. & ab Alphonſo Fernandio in concertatione prædicatoria editionis Salmaticenſis, pag. 227. 228. 229.* iubetur a Santa Sede, vt Inquiſitores Apoſtolici ſeuere puniant Theologos nōnullos, qui mala nota & cēſura Theologica infamauerāt opinionem Doctorum, quam laudant, & ſectantur antiquiores illi verſiculi in gloriam Deiparæ: *Peccatores non abhorres ſine quibus nunquam fores digna tanto filio.* Verba Pontificis ſunt: *Cum dupplex ſit opinio Catholicorum Doctorum circa cauſas præcipuas incarnationis Verbi Diuini intuentium altera, quod ſi Adam non peccaſſet, Dei filius humanā carnem non aſſumpſiſſet; altera, quod etiamſi non fuiſſet humana natura in primo parente lapſa, adhuc Dei filius carnem aſſumpſiſſet: & opinio vtraque pietati, fidei authoritatibus, & rationibus ſubſiſtat: Cumque priori opinioni verſus illi innitantur, dicimus quidquid contra dictos verſus attentatum fuit, temerarium, præſumptuoſum & pœna dignum præſumptū fuiſſe, tanquam contra opinionem a Doctoribus Catholicis poſitam.* Ex quibus cōſtat, de mente Apoſtolicæ Sedis eſſe, vt veluti temerarij, præſumptuoſi, & pœna digni ab Inquiſitoribus puniantur ij, qui damnant propoſitiones a Doctoribus Catholicis veluti probabiles toleratas. Secundo

pro-

probatur eadem conclusio authoritate duorum Pontificum *Pij V. & Gregorij XIII. in Bulla aduersus Michaelem Baium*. Prædicti Pontifices varias propositiones illius Doctoris condemnant, quarum nõnullæ non aliam ob caussam dãnantur, nisi quia censura Theologica infament opiniones aliquas probabiles Doctorum Catholicorum, vt expendunt *Suarius prolegom 6. de gratia cap. 2. Turrian. 2. part. Selectarum, Centuria 3. dub. 6. pag. 173. & disp. 31. dub. 59. & in opuscul. de gratia, tract. vlt.* in quo pro eodem sensu allegat *Cardinalem Toletum, Gabrielem Vasquez; & alios.*

Ampliatur hæc conclusio, vt non solum hoc procedat in cẽsuris illatis probabilibus doctrinis Catholicorum Doctorum in materia, aut Theologica, aut ad fidem spectante, sed etiã circa theses opiniones, & doctrinas Philosophicas, q̃ nullo modo pertinent ad Religionem Christianam.

Probatur *ex Concilio Constantiensi sect. 19. pag. 895.* iuxta editionem Coloniẽsem *ann:* 1618. quæ sessio quo ad hanc partem fuit approbata *a Martino V.* Hieronymus de Praga cõdemnauerat per censuram Theologicam propositionẽ quandam probabilem ex tractatu de vniuersalibus, quã ipse Hieronymus veluti fidei inimicam infamauit. Ob hanc caussam generalis illa Synodus constãciensis coègit prædictum Hieronymum Pragensem abiurare illam censuram veluti noxiam Catholicæ Religioni, Ergo ex mente vniuersalis Ecclesiæ materia est abiurationis quæuis iniusta censura illata doctrinis catholicorum Doctorum etiam in materia ad fidem nequaquam pertinente. Atque hoc ipsum cõfirmatur, & illustratur ex *pag.* 890. eiusdem Concilij in præfata editione: nam fiscales post censuram vnanimem quattuor Academiarum, & plurium Cardina-

na-

nalium, Episcoporum, & Theologorum, Ioannem Hussium accusauerũt, quia articulos quosdam pure philosophicos per censurã Theologicam infamauerat veluti erroneos; talis est articulus ille cõdemnans veluti erroneam opinionem de compositione continui permanentis, & successiui punctis dum taxat, & instãtibus, ergo censurauilis nota debetur ab Inquisitoribus ei infligi, qui propositiones a censura Theologica alienas censura Thologica afficit; & consequenter huius sceleris patrator debet, vt puniatur, Inquisitoribus denuntiari Idem confirmat *Melchior Canus lib. 12. de locis cap. 11.* ibi: *quæ confidenti audacia insolenti proteruia, exultatione impudenti, iactatione superba non contra fidem dico, sed contra Ecclesiasticæ modestię regulam asseruntur, ea Theologi in præsenti temeraria censent, atque inter errorum gradus constituunt, & locãt, qui quoniam hæresum appendices sunt, a fidei iudicibus sunt animaduertẽdi* hæc ille.

9 Octauo contra dubitantes in rebus fidei procedere Sanctum Officium est certum, *Pegna in comment. cap. 1. de hæretic. part. 2. in director. vers. cum itaque*.

Ratio est; quia dubius in fide, infidelis est, vt in *cap. 1 de hæretic.* ac proinde voluntarie, ac cum pertinacia dubitantem de rebus fidei Hæreticum esse, communiter docẽt Authores, quos vide apud *Carenam part. 2. tit. 1. §. 3. num. 17.*

Dubitatio autẽ hęc solet manifestari, aliquãdo aperte, aliquando artificiose cũ quis disputationem suscipit de rebus fidei non tanquã de rebus certis, sed dubijs. Talis dubitatio, quæ res certas, atque ab Ecclesia definitas in controuersiam reuocat, omnino est per sacros Canones prohibita, vt sumitur *ex Concilio Calcedonensi, actione quinta, in secunda difinitione fidei* & clarius, & copiosius in *Leone Papa epist.* 48. aliàs 50. ad *Mar-*

Martinum Augustum. multa similia habet *epist.* 73. 75. *& 78. ad Leonem Augustum, & 76. ad Anatolium*, & optime etiam *Gelasius Papa epist.* 11. *ad Episcopos Dardaniæ*, & concordat lex ciuilis *in l. Nemo. C. de summa Trinitat. & fide Catholic.*

Hoc autem modo disputantes subdi iudicio Inquisitorum, clarũ est; quia dubius in fide hæreticus est ergo disputatio ex dubitatione peccatum est fidei contrarium, vt recte docet *Suarez num.* 2. *cit.* Et in specie, qnod Inquisitores possint procedere contra disputantes de fide in casu a Iure prohibito, docent *Zanardus in director. Theolog. par.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 32. *Vmbertus Locatus in praxi Inquisitor. verb. disp. num.* 2. & ex noetericis *Farinaccius de hæresi quæst.* 78. *nu.* 117. quos refert & sequitur *P. Diana, resolut. moral. par.* 4. *tract.* 8. *resolut.* 56.

Abstinere igitur debent ab inutilibus quibusdam cõcertationibus, in quibus plus dubitationem mentis, quam addiscendi voluntatẽ possent insinuare. *V. G.* in materia prędestinationis & præscitionis, vbi solet quandoq; animus conturbari, & quemdam rancorẽ pręseferre de sortis inequalitate, de Diuinæ Iustitiæ distributione, de gratiæ efficacis cum quadam quasi mortalium inuidia concessione.

10 Nono reuelandæ sũt propositiones periculosæ in fide, quæ qualitas censuræ illata est a *Leone X. in Bulla aduersus Lutherum* propositionibus nonnullis huius hæresiarchæ, & propriæ illę doctrinæ periculosæ dicũtur, in quibus licet non sit aperta hæresis, aut error, est tamen periculum, ne exinde oriatur. & dicitur periculosa in fide ad differentiã propositionis periculũ afferentis circa mores. Sub hoc gradu continentur eæ, quæ a *Clemẽte Octauo instructione Pontificia* prohibentur, ijs verbis: *Quæ contra Sa-*

cra-

cramentorum ritus, & ceremonias contraque receptum vsum, & consuetudinem Sãctæ Romanæ Ecclesiæ nouitatem aliquam inducunt, prophanę etiam nouitates vocum ab hæreticis excogitatę ad fallendum introductę.

Propositiones in moribus periculosæ illę sunt, quę speculatiuæ cõsideratæ aliquam habẽt verisimilitudinem, & apparentem colorem probabilitatis, verum in praxi moraliter loquendo sine grauis culpæ reatu non possunt exequutioni mandari. Hæ propositiones a *Clemente Octauo in Pontificia instructione* appellantur: *Bonis moribus cõtrarię.* Hæ igitur, præsertim si adsit periculum disciplinæ relaxandæ, & ducendi in viam latam, prouidendum est ne ad praxim, & exequutionem probentur, & laudentur, vnde qui hoc modo illas spargunt, & dissеminant, iustissimo Inquisitorum iudicio condẽnantur, & ipsis vt condemnentur, denuntiantur. De his propositionibus exempla retulimus in *nu.* 4. *huius capitis, vers. Huius generis sunt opiniones.*

11 Decimo reuelãdi sunt ij, qui propositiones irreuerentes, & miscentes sacra prophanis impudẽter eructant, aut scribunt. Horum punitio prius a *Tridentina Synodo* Episcopis mandata fuit *sess.* 4. per hæc verba *Post hęc temeritatem illam reprimere volens, qua ad prophana quæque conuertuntur verba, & sẽtẽtię Sacrę Scripturę ad scurrilia, scilicet fabulosa, vana, adulationes detractiones, superstitiones impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos, mandat, & pręcipit ad tollendam huiusmodi irreuerentiam, & contemptum, ne de cætero quisquam quomodolib. verba Scripturę Sacrę ad hęc, & similia audeat vsurpare, vt omnes huius generis homines temeratores, & violatores Verbi Dei, iuris, & arbitrij pœnis per Episcopos coërceantur.* Sed post instructionẽ

Pon-

Pontificiã *Clementis Octaui an.* 1595. harum propositionum iudicium, & vindicta etiam ad Inquisitores pertinet. *Expungi oportet* (ait Clemens) *verba Scripturę Sacrę, quęcumque ad prophanum vsum impie accomodãtur.* Quod explicite dictum est de Scripturis Sacris similiter intelligendum est de Scriptis Sanctorum Patrum, de Officijs Ecclesiasticis, & de personis sanctitatis eximiæ, & earum gestis, si ad scurrilia, adulatoria, aut detractoria accomodantur; cum id non sine magna irreuerentia, & sacrorum contemptu cõtingere possit.

Illud tamen aduertendũ est, quod ad incurrendam hanc censuram non satis est, si sacra prophanis, aut prophana sacris immisceãtur, sed præterea necesse est, vt irreuerenter, vel ridiculè, vel assentoriæ, vel maledice, vel indecẽter id fiat; aliter enim nihil peccatur, cum sæpè Sancti Patres, & interpretes res, & locutiones sacras per res, & loqutiones prophanas Philosophorum, Poetarum, & Oratorum explanent. de quibus passim exẽpla suppetunt. Sed in hanc censuræ notam facillimè possunt incurrere ij, qui Sacra argumenta, vera gesta, vel parabolas in comica transferunt argumẽta, & ex illis comedias effingunt. Nam cum genus Comicum per se debeat cum risu, scurrilitate facetijs pertractari; si non multum prudentiæ, ac cautionis adhibeatur, facile erit, vt res sacræ prophanis, & irreuerentibus ornamentis vestiantur, & multa exempla afferri possent (si grauitas materiæ permitteret) propositionum, piarũ aurium offensiuarũ, & forte grauioris censuræ quæ sparsę sunt in Comedijs Hispano idiomate scriptis, & typis mandatis, que cẽsoris censuram euaserunt præcipue in his quæ *autos del corpus* in Hispania vocitamus, vbi desinens vulgo *consonãte* cogit aliquando Poetas

Hh si non

si non hereticare saltim delirare sed de hoc satis, cum multi in hunc abusum proclamauerint.

Huc etiam spectant propositiones non allegantes fideliter verba Scripturæ Sacrę. De quibus *Instructio Clementis Octaui* sic habet: *Verba Sacrę Scripturę non fideliter prolata, vel ex prauis hęreticorum versionibus deprompta.*

Dupplex genus propositionum hac censura continetur: aliud est cum allegantur pro verbis Dei ea, quę non sunt, vel ex additione, vel ex mutilatione, vel ex inuersione, vel ex truncatione, in quo est grauissima iniuria Sacrę Scripturę, dum verba hominis pro oraculis Diuinis exhibentur: violatur enim pręceptũ Diuinum *cap.* 4. *Deuteron.* euulgatum: *Non addetis, neq; diminuetis* Aliud genus huius corruptelę est cum scripturarum verba fideliter allegantur; verum ad extortam, & repugnantem sententiam retorquẽtur, & trahuntur. Hoc infidelitatis genus eo malitiæ peruenit, vt *Ludouicus Viualdus in* 10. *persecutione* dicat, *hæreticum esse eum, qui falsam, & extortam interpetrationem in Scripturis Diuinis ponit, docet, vel prædicat*; ad quod allegat hæc verba *Hieronymi*: *Quicumque aliter Scripturam Sacrã intelligit, quam sensus Spiritus Sancti efflagitat, quo cõscripta est, licet ab Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.* Sed quid quid sit de mente Viualdi, & interpetratione Sancti Hieronymi, semper vtrumque genus præfati abusus impietatem redolet, & Dei verbo affert iniuriam. Caueant ergo Prædicatores Verbi Diuini, qui cum ad Paradoxicas theses venandas insudant, & adeo peregrinas quæstiones perquirere student, vt a fide ipsa peregrinare videãtur; quãdoque probationum difficultate coacti, necesse est vt vim inferãt reluctãtibus verbis Sacrarũ litterarum.

11 Vn-

12 Vndecimo reuelãdæ ſunt propoſitiones Eccleſiæ decoloratiuæ, quas hoc nomine appellauit S. *Bonauentura in 4. diſtinct.* 19. Earum natura in eo ſita eſt, vt doceatur abuſus poteſtatis Eccleſiaſticæ & Regalis. Exempli gratia, ſententia certiſſima eſt poſſe Romanum Pontificem vti diſpẽſatione circa Sacros Canones, at tueri, id abſque vlla cauſa frequenter eſſe faciendum, nimis decolorat Eccleſiæ nitorem, quod his verbis monet Bonauẽtura vbi ſupra: *In iis, quæ ſtatum Eccleſiæ decolorant, diſpenſandum non eſt: & hoc eſt quando multis conceditur, quod paucis eſſet concedendũ.* Multiplex abuſus hui⁹ principij decolorat Eccleſię nitorem dum, per EpyKias, vel ratihabitiones, aut abſoluunt, aut interpetrantur aut diſpẽſant inferiores Prælati, & Sacerdotes: dum ad libitum docent, in pluribus caſibus non potuiſſe limitari poteſtatem, niſi cũ animarum deſtructione, & plura alia huius generis.

13 Duodecimo reuelãdæ sũt propoſitiones acerbe, & ſatiricè aduerſus Eccleſiaſticos, & laicos è pulpito iactatæ, & prædicatæ. Nam Ordinarijs prædicatoribus Verbi Diuini, qui nullam habent iuriſdictionem Epiſcopalẽ, aut quaſi Epiſcopalem ne determinatas perſonas Catholicas, præcipue Eccleſiaſticas vel ſtatus in Eccleſia receptos, aut legitimè toleratos acerbioribus verbis, & obiurgationibus è ſacro pulpito eulnerent, & infament, iubent ſeueriſſimè Concilia, nominatim *Senonenſe cap.* 36. *in decretis morum, pag.* 167. *Colonienſe part.* 4 *cap.* 8. *pag.* 186 *& par.* 6. *cap.* 13. 15. 16. 17. *pag.* 190. *Auguſtenſe cap.* 13. *pag.* 214. *Treuirenſe, C. miſſi pag.* 270. *Mediolanenſe*, 1. *pag.* 261. *iuxta editionem Colonienſem an.* 1618. quibus ſuccurrũt Concilia Generalia, Canones religioſorum Cœtuum, Theologi ſummiſtæ, & Iuriſtę. *Paulus Terti⁹ an.* 1542.

in Bulla, quę incipit: *Apostolici Culminis*, Inquisitoribus iniungit mediolanensibus, (quod a Iure cœteris iniunctum supponit) vt similes concionatores plectant seuerissimè. Similes enim obiurgationes sunt nō modo inutiles, sed etiam scandalosę, seditiosę, & viā ad schismata pariunt, tumultus prouocāt, quemadmodum pluribus historiarū monumentis confirmare possemus, nisi breuitati cōsultum esse cuperemus.

Multis vero ex capitibus harum propositionum cēsura, & punitio ad Inquisitores pertinet. Primo quia ex similibus temerarijs reprehensionibus Regnorum subuersiones possunt, ac solent oriri. Secundo quia Paulus Tertius committit Apostolicis Inquisitoribus talium propositionum cognitionem, & Iudicium. Tertio quia ex decreto Supremę Inquisitionis Hispanię dato *an. Dom.* 1634. puniri debēt Prędicatores infamantes è pulpito personas, familias, aut Cœtus Ecclesiasticos Regularium, ita vt ignominia in cœtum, & religionem refundatur. Verba edicti hęc sunt: *Porende vsando dela autoridad Apostolica a nos concedida, por el tenor de la presente mādamos que qualquier persona Ecclesiastica, o seglar destos Reynos de qualquier estado, condicion, dignidad, o preeminencia que sea, que desde el dia de la publicacion deste nuestro edicto injuriare a las Religiones, o Religiosos, de suerte que redunde la ofensa, o injuria en la Religion assi. sea la dicha offensa, o injuria echa de palabra en Pulpito, o Cathreda, o por escrito, o aiudaren a ello incurra en la pena de excommunion mayor declarandole desde luego como le declaramos por priuado de qualquier officio, o ocupacion que tuuiere de la Inquisicion, y por inhabil, y incapaz de poderle tener, ni ser reintegrado en ningun tiēpo, demas de las otras penas y exemplar castigo, que conforme a derecho se exequtarā en*

los

los transgreſſores paraq; de todo punto ceſſen los atreuimiẽtos que eſtos dias ſe han viſto, publicando libros ſin Autor, lugar ni impreſſor cõtra la religion della Compañia de Ieſus, y ſus ſanct s inſtitutos imponiendola falſamẽte leyes, è inſtituciones politicas, indignas, de ſu ſagrada Religion con animo de infamarla, y deſacreditarla con los Fieles (a loque parece) y eſtoruar el, fruto, que haze en ſeruicio de la Santa Igleſia Catholica. Quarto demum, quia ſemper hę reprehenſiones fiũt abutendo ſcripturarũ verbis, aut exemplis: propterea iuxta *Decretum Concilij Tridentini ſeſſ. 4.* tranſgreſſores ſunt grauiter puniendi. Abutuntur vero exemplis ſcripturarum, dum ad ſuam defenſionẽ adducũt reprehẽſiones Chriſti Do: & Prophetarum. Prophetarũ enim & Chriſti reprehẽſiones nõ poſſe ad exẽplũ trahi pro Ordinarijs Prædicatoribus patet ex multis. Primo quia in Prophetis extraordinaria inerat obiurgandi iuriſdictio, & perſonam ſummi numinis ſingulari modo repreſentabãt aut ab illo coacti nominatim ſingula dicebant. Secũdo quia ſpiritus a quo dirigebantur Prophetæ, hominum culpas nouerat, & priuatas a publicis ſecernebat. Tertio ex prophetia videbant, quando eſſet tempeſtiua obiurgatio, quid vtilitatis ex ea, quid ve mali ex ſilentio ſequeretur. Nos igitur cum id ſolum aſſeramus de ijs cõcionatoribus, qui nõ Prophetica, aut nulla Epiſcopali iuriſdictione muniti, ſed ſolum magiſtrali, & Doctrinali ſatis liquet quàm ſit diuerſa ratio in vtriſque. In Chriſto vero hęc omnia excellẽtiori prętogatiua procedebãt. Quãuis autem poſitis quampluribus ſimul circumſtantijs liceret aliquando ordinarijs Concionatoribus Catholicos e pulpito determinatè reprehendere; tamen cum hę ſint ſeptem in vniuerſum, & ferè nunquã ſimul concurrere poſſint; id cir-

idcircò absolute dicendum est eis hoc nunquam licere. Si vero res ad Ecclesiasticos Prelatos, Catholicos, aut seculares Principes referatur, licet adsint omnes requisite conditiones, nunquam hoc tamen faciendũ est absque Sedis Apostolice consultatione. Ita expresse determinant *Concilium lateranense sub Leone X. sess. 11. & Clementina, Religiosi, de priuilegijs, cum Concilio Viennensi.*

Ratio, qua hec duo concilia fundantur, sepe ingeminata fuit a Sancto Francisco Xauerio, & habetur in vltimis regulis exercitiorum S.Ignatij vnde translata est ad regulas sanctissimas, & prudentissimas cõcionatorum Ordinis Iesuitarum, his verbis: *Cum experientia doceat, & Sanctæ memoriæ Pater Ignatius scriptum reliquerit, nihil vtilitatis percipi ex ijs concionibus, in quibus Principes, & magistratus Reipublicæ Prælati, & alij Ecclesiastici in particulari reprehenduntur, concionatores nostri ab huiusmodi reprehensionibus abstineant*. Neque Dei, & Inquisitorum iudicium euitare debent ij, qui calide, ac perniciosè; dum nomina tacent, personas ita circũscribunt, vt in eorum notitiam tacite cum facilitate deueniatur.

CAPVT V.

Enumerãtur quamplura crimina denuntianda, contra Sacramenta Matrimonij, Eucharistiæ, Pœnitẽtię, Ordinis Baptismi cõmissa vel in celebratione, vel in administratione, vel in susceptione.

SVMMARIVM.

1 *Reuelandi sunt trãseuntes ad secundas nuptias, non præmissa probatione de morte*

te primi coniugis.

2 *Item contrahentes secundum matrimonium, nõdum declarata nullitate primi, aut contrahentes secundum nullum.*

3 *Nec nõ contrahentes spõsalia cum alia viua, aut viuo coniuge. Sed non sunt reuelandi tractantes tantum de contractione secundi matrimonij.*

4 *Contrahẽtes cum polygamo, vel polyuira denuntiandi sunt.*

5 *Regulares Professi, & Clerici in sacris constituti contrahentes matrimonium, seu sponsalia reuelãdi sunt, etiam si sint Religiosi Societatis Iesu post emissionem simplicium votorum.*

6 *Denuntiandus est vxoratus, viua coniuge Ordines sacros suscipiens. limita in Græcis vxoratis.*

7 *Celebrans, aut Sacramẽtum Pœnitentiæ administrans, cum non sit Sacerdos, in quibus casibus sit, vel non sit denuntiandus.*

8 *Sacerdos, quando denuntiari debeat vel fingens consecrare Hostiam, vel consecrando non in celebratione missæ. Et in quibus casibus debeant reuelari Eucharistiæ Sacramentum malè suscipientes.*

9 *Quando adsit obligatio denuntiandi in reiteratione baptismi.*

10 *Præcipui casus circa sollicitationem in Confessione enumerantur.*

HVc vsque egimus de criminibus tangentibus Hęresim, & propositionibus Hęreticis, seu Hæreticalibus; sequitur, vt agamus de specialioribus delictis Hęresim sapientibus, & hęresis suspicionem inducentibus.

Cõtra Sacramentũ Matrimonij, Polygamia, vel Polyuiria cõmittitur, circa quam materiam sequentes casus seligendos duxi.

1 Praxis est apud Curias Ec-

Eccleſiaſticas, vt volens quis ad ſecundas nuptias conuolare, probare debeat prius per vnum teſtem de viſu, deponēte qualiter viderit coniugem ab hac vita deceſſiſſe, & inſuper neceſſe eſt, vt alij teſtes examinentur, qui deponant, de publica voce, & fama, & de luctu coniugis; ita *Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſtici, tit. de Reb. Matrimon. reſolut.* 231. *in impreſſis Neapoli de anno* 1620. *Carena part.* 2. *tit.* 5. §. 4. *num.* 25. vbi, quod ſi coniux deceſſiſſet in partibus longinquis vnius teſtis abſq; alia probatione ſufficeret.

Hinc caſus contingere poſſet, quod aliquis, vel aliqua ſecūdum matrimonium contraheret non adhibita hac probationis ſollemnitate. dubitatur an ſciens teneatur reuelare. Reſpōdeo affirmatiuè; *Carena*, vbi ſupra *num.* 27. & teſtatur de pluribus caſibus, in quibus ita in S. Officio practicatum fuit quia talis iudicio, & foro Inquiſitorum legitime ſubditur, quod ex multis probat.

Vbi admonet Parochos ne ſint negligentes in indagando contrahentium ſtatu, cum quandoq; præſertim fœminæ, aſpectus, & ætas eos fallere poſſit, vt ſibi perſuadeant, quod primas nuptias contrahant. Nam in facti contingentia eos punirent Inquiſitores ſicut ex ordine Sac. Congregationis ſuſpenſus ab officio fuit per quinquennium Parochus, qui in hac inueſtigatione ſe habuit negligenter, vt refert *Carena in fine dicti*, §.

2 Aliquis credit primū matrimonium eſſe nullum, & nullitate non dum declarata, tranſit ad ſecundū, an ſciens debet illum denuntiare? Reſpondeo affirmatiue. licet poſtea ab Inquiſitoribus dijudicandū erit, an nullitas fuerit patens, nec ne, & conſequenter an ſit per S. Officium puniendus, de quo vide *Carenam d. tit.* 5. §. 5. & quæ ipſe attuli *in l.* 2. *de polyg. q.* 7.

Si

Si quis contrahat secundum matrimonium nullũ denuntiari debet, quia subditur foro Inquisitorum, vt docet *Carena ibidem vers. In quare bene*. Et ego probaui latè *lib. 2. cit. qu. 9.*

3 Quis scit coniugatum contraxisse sponsalia, seu celebrasse, cõtractum matrimoniale, aut confecisse capitula cum alia, viua cõiuge, tenetur eum reuelare, quia talem subdi Inquisitorum iudicio verior opinio docet, & vsu iam in S. Officio receptum est; ita *Costa de Remed. subsid. Rem. 15. num. 18.* vbi alios cumulat, *Carena tit. cit. §. 6.* Et ego late *lib. 2. quæst. 3. num. 16.*

Sed quid dicendum; si vxoratus nec matrimoniũ, nec sponsalia contraxit cũ alia, viua coniuge, sed tantummodo tractauit de ducenda alia? talem esse denuntiandum putaret *Carena*, cum in *fine d. §. 6.* dicat, hunc omissa omni abiuratione debere pœnis arbitrarijs puniri ab Inquisitoribus. Sed in hoc casu cum ideo non sit indicẽda abiuratio, quia nõ videtur fundata sufficiens origo, vnde possit hæresis suspicio deriuari, non video cur hoc delictum ad Inquisitores pertineat, & consequẽter, quod adsit obligatio denuntiandi.

4 Aliquis non vxoratus contraxit matrimonium cum polyuira, vel aliqua cum polygamo, dubitari potest, an sciens teneatur Inquisitoribus reuelare? Respõdeo affirmatiue, quia in hoc casu procedunt Inquisitores, vt probat ex multis *Carena tit. cit. §. 8. contra Canteram, qu. climin. par. 4. cap. 4. num. 9.* & ipse latius tractaui in lib. de polygamia.

5. Religiosus Professus, & Clericus in sacris tamen constitutus, si matrimoniũ contrahunt, reuelãdi sunt, quia ex hoc sunt de hæresi suspecti, siue palam, siue clam matrimonio iungantur, prout distinctionem hanc reprobantes sustinent

Simanchas de catholic. instit. tit. 40. *num.* 9. *& seq. & in Enchirid. tit.* 12. *nu.* 1. *Penna comment.* 74. *p.* 2. *vers. Iam Apostata : Decian. l.* 5. *cap.* 22. *num.* 40. & alij *a Farin.* relati *de hæresi q.* 183. *num.* 72. *& seq.* quos sequitur *Carena par.* 2. *tit.* 17. §. 3. *Ego ipse lib.* 3. *de polyg q* 12.

Amplia, vt etiam Religiosi Societ. Iesu, qui post biennium emissis votis simplicibus matrimonium cõtrahunt, denuntiandi sint, quia ex ea votorum emissione veri Religiosi constituuntur, & eorum matrimonium ob dicta vota irritatur, vt a *Gregor. XIII.* declaratum fuit *in Bulla* incipiente, *Ascendente Domino in Nauiculam*. Pro qua materia videri possunt *Sanchez de matrimonio l.* 7. *disp.* 25. *nu.* 15. *& in summ. l.* 5. *cap.* 1, *Vasquez p.* 2. *q.* 96. *disp.* 65. *Diana resolut. moral. p.* 4. *tract.* 7. *resol.* 2. *vers. notandum etiam, Carena* vbi proxime *vers. ex qua ratione*. Satis a me de hac re dictum fuit de *polyg. lib.* 11 2. *quæst.* 17. *num.* 22.

Amplia secundo, vt etiã sint denuntiandi Religiosi, seu clerici in sacris constituti, si solum sponsalia contraxerint, vt de vxoratis diximus cum alia contrahentibus sponsalia, & in terminis docet *Carena ibidem nu.* 11.

6 Denuntiãdus est vxoratus, qui viua coniuge Sacros Ordines susceperit, cum talis in Tribunali S. Officij ijsdem regulis omnino castigari debeat, quibus Regularis, & Clericus in sacris constitutus matrimonium contrahentes, ita *Simanchas tit.* 40. *num.* 14. quem sequuntur *Farinacc. cit.* 183. *num.* 74. *Caren* *ibidem num.* 12. *Ego etiam lib.* 3. *qu.* 13.

Quæ tamen non procedunt in Grœcis vxoratis, cum vnica tantum, & Virgine, cum possint sine vllo impedimento sacris Ordinibus decorari, licet mortua postea vxore non possint cum alia matrimonio copulari, *Carena ibid. n.* 13.

de

de qua limitatione diſſerui in *lib. 2. de polyg. q.* 17.

7 Circa celebrationem, aut adminiſtrationem Sacramēti Pœnitentiæ a perſonis, qui Sacerdotes non ſunt, crimina ſequentia debent reuelari.

Si quis ſcit aliquem celebraſſe aut pœnitentiæ Sacramentum adminiſtraſſe cū non ſit Sacerdotali charactere, ac ordine inſignitus, debet eum Inquiſitoribus reuelare, quia eorum iudicio ſubdi iam dubitari non poteſt ſtante *conſtitutione Gregorij XIII.* incipiente, *Officij noſtri*, impreſſa apud *Rodriquez qu. Regular. tom.* 2. *qu.* 28. *art.* 2. *Et in Bullario nouo Cherubini tom.* 2. *conſtit.* 21. *inter Conſtitutiones Gregorij XIII.* & docet *Carena par.* 2. *tit.* 11. §. 1.

Primo Amplia, vt ſit reuelandus, qui cum non ſit Sacerdos miſſam incœpit, licet verba conſecrationis non protulerit *Souſa in Aphoriſmis Inquiſit. lib.* 1. *c.* 32. *nu.* 5. & 6.

Secundo amplia, vt non Sacerdos audiens confeſſionem denuntiandus ſit, quamuis non tribuat abſolutionem; quia hunc comprehendi in Conſtitutione Gregorij ſatis probabile eſt ex Authoribus relatis ab *Alberghino cap.* 25. *num.* 6. contra Doctores allatos a *Carena vbi ſupra* §. 3. *num.* 14. *verſ. Atq; ita in terminis.* Vel ſaltem certum eſt puniendum eſſe ab Inquiſitoribus pœna extraordinaria, ſi non ea, quæ eſt decreta in Pontificijs Conſtitutionibus, vt recte docet *Alberghinus num.* 10.

Sed qui per iocum alterius confeſſiones audiret, denuntiandus eſt, quia talis punitur ab Inquiſitoribus, vt aſſerit *Carena par.* 2. *tit.* 17. §. 2. *num.* 9. *verſ. Eodem modo*, & *Alberghinus loc. prox. citato*.

Quod ego intelligerem, dummodo pœnitens ſerio peccata aperiret, credens eum eſſe vere Confeſſariū. Nam ſi vtriq; iocarentur, non crederem eſſe denun-

tiandos, nisi iocus expressum contemptum ceremoniarum Sacramenti, aut ipsius Sacramenti præseferret, aut esset de natione infecta sectæ lutheranæ, quales sunt Vltramentani, quia in his suspicio, quod male sentirent de Sacramento Pœnitentiæ oriri posset.

Circa celebrationem, aut susceptionem Sacramẽti Eucharistiæ hæc sunt reuelanda.

8 Si quis scit Sacerdotẽ missam celebrando, non consecrasse Hostiam, sed solum consecrare finxisse, statim denuntiet, quia suspectus est de hæresi, maxime si esset assuetus hoc facere ex multis, quæ affert *Carena par. 2. tit. 17. §. 4. a nu. 16.*

Denuntiari etiam debet laicus, qui maxime tempore mortis Hostiam non consecratam sumeret, nisi manifeste constaret hoc fecisse ex magna reuerentia, idem *ibidem nu. 15. Alberghinus in manual. Qualificat cap. 24. num. 4.*

Sacerdos, qui oblitus cõsecrare Hostiam exponendam E. G. in orationibus quadraginta horarum, vel pro processione Corporis Domini, conficeret Corpus Christi, & Hostiam consecraret sine Missæ celebratione esset denuntiandus, quia esset de hæresi suspectus, docet *Alberghinus cap. 24. cit. num. 3.* Videtur enim approbare errorem Hæreticorum missæ ceremonias, ac rithus reprobantium.

Sacerdos proferens verba Cõsecrationis super Hostia consecrata denuntiandus est, quia redditur de Hæresi suspectus, vt plures testantur apud *Albergh. cap. 24. cit. nu. 1. & Cacenam. §. 4. cit. num. 16. vers.* Et sic Bariola Consultor S. Officij Midiolanensis in *suis Aphorismis vtriusq; Iuris in verbo, Sacerdos*, attestatur *sub die* 30. *Aprilis* 1627. fuisse per Congregationem S. Officij mediolani decisum, quod poterat S. Officium procedere contra quemdã

Sa-

Sacerdotem, qui huiuſmodi crimen commiſerat.

Reuelandus eſt celebrãs, aut ſuſcipiens Euchariſtiæ Sacramentum non ieiunus, quia ſubditur DD. Inquiſitorum iudicio, vt ego oſtendi in *tract. de polyg. lib. 3. quæſt. 2. nu. 55.* & meam ſententiam amplexus eſt *Alberghinus cap, 23. num, 3.*

Denuntiandus eſt eodẽ modo ille, qui Sacramentũ Euchariſtiæ ſumit ad ſatiãdam famem corporis, non ad reficiendas vires ſpirituales, vt ego ipſe *loc. cit.* docui *nu.* 28. & docet *Alberghinus* vbi proxime citatus *num.* 4. Et de facto ab hoc Tribunali punitus fuit quidam qui in Ciuitate Leocatæ Diœceſis Agrigẽtinæ è ſacra Pixide formulas conſecratas ad hoc efectum furatus eſt.

Item reuelandi ſunt ſumentes in Communione plures, aut maiores Hoſtias, vt ex multis probat *P. Diana par.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 96. quem ſequitur *Albergh ibidẽ nu.* 6. & ego dixi *n.* 28. *cit.*

9 Circa Sacramentum Baptiſmi, ſi quis rebaptizet pueros, vel baptizet imagines ex qualibet materia, vel conſecret, aut baptizet libros, vt faciunt Magi, qui libros ſuos, vt vim Energiticam accipiant (vt falſo credunt) curant benedici per Sacerdotem aliquem Stola, aqua benedicta, & aſpergillo ex herba hypericonis eos aſpergentẽ. Reuelandus eſt ſtatim, Similiter baptizans magnetem, vel cadauer hominis mortui, vel monetam quam vocant De retorno, quia ſuſpecti ſunt de hæreſi. Ita *Martinus Delrius Diſquiſit. Magic. ſect.* 15. *verſ.* Dico quarto quem ſequitur *Alberghinus cap.* 18. *ſect.* 2. §. 1. *num.* 10. & plures congerit *Carena par.* 2. *tit.* 12. §. 4. *num.* 25.

10 Circa ſollicitationem in Cõfeſſione Primo quoad perſonas ſollicitatas, reuelãdus eſt Cõfeſſarius etiã maſculos, ſollicitãs, quia *a Paulo V. die 6. Februarij an.* 1619. declaratum eſt ſollicitantes

tes pueros eſſe incluſos in Bullis,& nouiſſime habetur declaratio *Gregorij XV*.

Quo ad perſonas ſollicitantes an interpres ſiue laicus, ſiue Sacerdos ſollicitans in confeſſione ſit denuntiandus, affirmat *Freitas*, quē ſequitur alijs relatis *Trimarchus diſp.7.ſect.* 3.

Denuntiãdus eſt ex probabili opinione Confeſſarius ſollicitans, etiam ſi non habeat poteſtatem abſoluendi. Quod amplia etiam ſi mala fides Confeſſarij, & pœnitẽtis interueniat, quia vnuſquiſq; cognoſcit confeſſionem inualidam futuram eſſe ex defectu iuriſdictionis. Idem ibid *ſect.*9.

Item non ſacerdos fingens ſe confeſſarium, & pœnitentem mulierem ſollicitans reuelaudus eſt, non tanquam ſollicitator, ſed ob illegitimam Sacramenti adminiſtrationem, ob quã redditur de hæreſi ſuſpectus. Idem ibid.*ſect.*2.

Item Confeſſarius arte Dæmonis ad Venerem excitatus, qui prius conſtans fuerit, & firmus, & mulierem in confeſſione Sacramentali ſollicitauit, denuntiandus eſt, quia regulariter ex Diabolica illa vehementia non deperdi ſolet ſufficiens libertas ad operandum. Idẽ.ib.*diſ.*14 *ſec.*1.

Secundo quo ad media ſollicitationis, ſi ſollicitet verbis, vel ſignis dubijs, ſeu nutibus, & tactibus, vel mulieris formam, laudãdo. *Diana p.*4.*tr.*5. *reſ.*18. & 25.

Atque etiam ſi prœbeat pœnitenti ſcriptum, in quo ſollicitatio continetur, quãuis tale ſcriptum non tradat ſtatim legendum, ſed domi ſuæ, aut alibi, quia hæc ſollicitatio ortũ habuit a Sacramento. Id. ib. *reſ.* 2.

Ac etiam ſi det pœnitentiam, vt fœmina, vel puer a ſe nudi verberentur,, quia talis pœnitentia videtur ordinata ad actum turpem. Idem ibid. *reſ.*47.

Itẽ ſi ſuadeat fœmina ſibi actu cõfitenti, vt ipſi eo loco vas naturale oſtẽdat, ꝙ ipſa in eadẽ cõfeſſione morbo affectũ habere dixerat.

Ter-

Tertio, Quo ad locum sollicitandi, reuelandus est Cōfessarius sollicitās siue in Confessionario, siue in loco quocunque, vbi Confessiones Sacramentales audiri consueuerunt, siue etiam sit locus in Ecclesia, siue in domo, in agro, in monte, dummodo aut vere confessionem peragant, aut eā simulent; ita vt a circumstātibus, & præsentibus cōfessionem peragi credi, & suaderi possit. Plures relati ab *Albergh.cap.*31.§.1.*n.*15.

Quarto Quoad tempus sollicitandi, denuntiandus est Confessarius sollicitans non solum in actu, Confessionis, sed etiam vel immediate antea, vel immediate post Confessionem. *Greg. XV. D. B.*

Quinto, Quo ad actum, ad quem fit sollicitatio reuelandus est Confessarius sollicitans mulierem ad rē siuè secum, siue cum alijs peragendam, siue ad lenocinium exequendum, scilicet vt mediet, & intercedat vt alia fœmina in fornicationem consentiat siue cum eodem Confessario, siue cum alio. Idē ib.*ref.*12.

Item si pœnitens sollicitet ad fornicādum, & Confessarius fornicationem respuens, ostendat se esse cōtentum solum osculis, vel tactibus.

Si tamē Confessarius sollicitet pœnitentem ad alios actus illicitos extra actus turpes, & lasciuos, puta ad occidendum, furandum, & similia non est denunciandus, quia Venerea solū turpitudo in Bullis Pontificijs cōtinētur. Id.ib.*ref.*17.

Sexto, Quo ad Sacramētum, in quo sollicitatur, si Cōfessarius sollicitet in alijs Sacramentis, quam in Sacramento Pœnitentiæ, puta in baptismate matrimonio &c. non est denuntiandus, quia Bullæ solum de pœnitentiæ Sacramēto loquuntur. Id. ib. *ref.* 17.

Septimo, Quo ad consensum præstitum sollicitationi alterius, reuelandus est Confessarius, si a fœmina sollicitatus consensum

sol-

ſollicitationi prœbuerit.

Atq; etiam ſi ad inuicem Confeſſarius, & pœnitens ſe ſollicitauerit, fœmina itē ſollicitata in actu Sacramētalis Confeſſionis etiamſi cōſenſerit Confeſſario ſollicitanti ad inhoneſta exercenda, & de facto exercuerit, eum denuntiare tenetur. *Trimar. proxime citād.*

Ad maiorem vero mulierum promptitudinem, quæ ad denuntiādum ſunt difficiliores. Illud aduertēdum eſt in hoc caſu, fœminam non obligari ad aſſerendum ſe conſenſum ſuo Confeſſario præbuiſſe, aut cum ipſo crimen commiſiſſe, ſed aſſerere poteſt ſe denunciare ex zelo Sacramentorum, & fidei Chriſtianæ. Inquiſitores autem non poſſunt mulierem denuntiātem interrogare an conſenſum prœbuerit, imo ſi interrogaretur, non tenetur reſpondere; vel etiam negare poteſt ſe cōſenſum prœbuiſſe; modo adſit in mente æquiuocatio videlicet, ſe *negare vt interroganti manifeſtet.* vt ex Bonacina, Acunna, Sanctarello, & P. de Peyrinis docet *Trimarchus de abut. Sacram. Pœnit. diſp.* 4. *ſect.* 6. *nu.* 62.

Quod ſi mulier volens, aut imprudēter peccatum commiſſum cum confeſſario manifeſtauerit, non propterea caſtiganda erit, quia denunciatio Confeſſarij præcipitur ad ipſum Cōfeſſarium puniendum, non ad mulierem caſtigandam, vt proſequitur idem Trimarchus ex iiſdem Authoribus citatis. Imo vero in caſu, quo mulier ſollicitata, quæ conſenſum dedit ſollicitanti Confeſſario, conſenſum datum reuelaret, nullo pacto deberet in Actis deduci, quia dictum huiuſmodi non pertinet ad iuriſdictionem huius Tribunalis vt ſatis pie, ac docte admonet *P. de Peyrinis tom.* 2. *Priuilegior. conſtit.* 4. *Gregor. X V.* §. 3. *num.* 12. Quæ debent a prudentibus Confeſſarijs mulieribus exponi, vt ad denunciationē

Con-

Confeſſariorum ſollicitantium facilitentur, & ſuadeantur.

Quod ſi adhuc mulier ſollicitata dictum Confeſſarium ſollicitantem reuelare noluerit; in eo caſu, debet Confeſſarius petere licentiam ab ipſa muliere, vt adeat Inquiſitores, qui de conuenienti remedio ſtatim prouidebunt, vt fiat denuntiatio abſq; periculo, & indecentia pœnitentis. In ciuitatibus vero, vbi ſunt Commiſſarij, adeat Confeſſarius Commiſſarium, qui DD. Inquiſitores certiores faciat, & ipſi ad debitum finem nego tiũ dirigi mandabunt.

Deberet autẽ hoc onus Confeſſarius libenter ſuſcipere, cum ſit in Religionis, fidei, ac Sacramentorum obſequium, in animarum ſalutem, leue quidem, ſed ſatis fructuoſum, quod fortaſſe ſubterfugere licitè nõ poſſent, cum vrgeat obligatio caritatis, & forte etiã iuſtitiæ, ob naturale debitum, quo quiſque tenetur ſuccurrere bono communi, & publicæ vtilitati.

CAPVT VI.

De Denũtiatione blaſphemarum Hæreticalium.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemia alia eſt hæreticalis, alia ſimplex.*

2 *Blaſphemiæ hæreticalis cognitio ſpectat ad Inquiſitores.*

3 *Quæ ſit propriè hæreticalis blaſphemia.*

4 *Blaſphemia committitur verbo, ſcripto, aut facto.*

5 *Blaſphemia committitur primo aliquid falſum de Deo affirmando.*

Exempla huius generis in hæreticali plura recenſentur.

6 *Aliquid verum de Deo Incarnato affirmando, quod reſultet in eius opprobrium, eſt blaſphe-*

mia hæreticalis.

7 *Idem de Beata Virgine.*

8 *Tribuere aliquid creaturæ, quod soli Deo cõpetit, aliquando fundat etiam propositionem hæreticalem.*

9 *Amasias laudare per exaggerationem Diuinis nominibus non sonat blasphemiam hæreticalem.*

10 *Diabolum appellare sanctũ in sortilegijs habetur pro hæreticali blasphemia; extra sortilegia praua cõsuetudo excusat ab hæresis suspicione.*

11 *Consuetudo regionis in blasphemando licet non excuset a grauitate culpæ, excusat a suspicione hęresis.*

12 *Committitur etiam blasphemia hęreticalis remouẽdo aliquid a Deo, quod ipsi inest.*

Quamplura exempla ad hoc genus spectãtia enumerantur.

31 *Frangentes, & conspurcantes sacras imagines denuntiandi sunt, tanquam facto blasphemi.*

1 Blasphemiã diuidi in plures species satis patet, & videri potest presertim *Lazarius in tract. de blasphemia q. 1. per totum* Sed illa diuisio facit ad rem nostram, quod alia est hæreticalis, alia simplex scilicet grauis, aut atrox tantum.

2 Blasphemiam hæreticalem denuntiandam esse Inquisitoribus, manifestum est ex ipsorum edictis, cum ex ea magna oriatur de hæresi suspicio, *cap. vt Inquisitionis, de hæret. lib. 6. Thesaur. fori Ecclesiast. par. 2. c. 16. num. 30. Lazarius ibid. quæst. 6. num. 8. & quæst. 12. num. 18.*

3 Proprie autem hæreticalis blasphemia est illa, quæ hæresim, seu falsitatem contra fidem formaliter, aut virtualiter continet, ac significat, & regulariter quę Sanctæ fidei articulis Christianis omnibus notis, vel qui omnibus noti esse debent, expresse contradicit, & di-

& directè fidei confessioni aduersatur; licet proferens non consentiat, vt pluribus citatis probat *Lazarius de blasph. quæst. 7. a num. 5.*

4 Potest autẽ talis blasphemia, sicut etiam non hereticalis cõmitti aut verbo, aut scripto, aut facto, vt pluribus relatis ostendit eruditissimus *D. Franciscus Marin. de Rodezno Granatensis Inquisitor. & Placentinæ Ecclesiæ Scholę magister in sua speciali decisione in causa famosi libelli publicè affixi contra Christi legẽ, & incorruptam Deiparę Virginitatem. a num. 90.*

5 Blasphemia hereticalis committi solet multis modis. Primo, cum quis aliquid falso de Deo affirmat, vt si quis dicat Deum crudelem proditorẽ, ignauum.

Ad hoc genus blasphemiæ pertinent improbæ illæ voces, *Dio partegiano*, hoc est *partiale, Dio è tanto misericordioso, che non inuestiga li peccati, è tanto giusto, che non riceue i penitenti;* quæ si cum pertinaci credulitate euomantur, sine dubio sunt hæreses, prout notat *Gabriel Paris. lib. 1. de fide cap. 3.* & sequitur *Iacob. Graff. in praxi, lib. 1. cap. 10. num. 49. Lazarius quæst. 7. num. 48.*

Idem est si diceretur *Dio becco, Dio cornuto*, vt rectè adnotatur ab *Eminentissimo Cardinali Scaglia Romanæ Inquisitionis Generali Inquisitore in sua praxi M. S. Inquisitionis Ramanæ cap. 9. de blasphemis vers. con le bestemmie.*

Eiusdem speciei est dicere, *Venga il cancaro a quel traditore di &c. Lazarius q. 7. cit. num. 56.*

Dicere *al corpo*, aut *al Sangue di Dio*, non esse blasphemiam hæreticalem docet *Lazarius* vbi supra *nu. 75.* Quod regulariter verũ est, quia quamuis Deum nõ habere corpus, & sanguinem de fide sit; tamen hæc verba non solent ex praua credulitate proferri, & possunt ad Deũ humana carne vestitum referri. Ve-

rum apud Valentianos, & Cathalanos dicere, *Capdiu Deu*, & *fetche de Deu* hoc est *Higado de Dios fegato di Dio* atrocius sonat, & maiorem irreuerentiam significat.

6 Huc etiam spectare videtur, cum quis de Deo incarnato aliquid verum, quod ei insit, ita irreuerenter proferat, vt in eius contemptum, & opprobrium resultet, vt si quis iuraret per Christi pudenda licet *Albertinus de agnosc. Cathol. assertion. quæst. 6. num. 2.* excuset ob iurandi consuetudinem ab hæresis suspicione Perusinos iurare solitos per pudibunda Christi quia id faciunt per lasciuiã, non per animi duritiem, & mentis errorem, vt scribit *Baldus in l. 2. C. ad l. Iuliæ Maiestatis* & notat *Albertinus cap. 16. num. 10.*

7 Punitur etiam tanquã hæreticalis blasphemia Sacrilegum illud in B. Virginem iactatum improperiũ, *Puttana di Dio*, vt de consuetudine S. Officij Cremonæ testatur *Carena par. 2. tit. 7. num. 9.* vbi pro hac sententia citat *Naldum*, *Homo bonum*, *Belochium*, *Girlenzonem*. Et pro hæreticali expresse declaratum esse *in tract. inform S. Officij ad Vicarios S. Inquisitionis, cap. 5.* asserit *Lazarius quest. 7. cit. n. 51.* quamuis *Cardinalis Scalia* vbi supra dicat, non esse in totum pro hæreticali reputatam, licet pro hæreticali receptam in S. Officio testetur, dicere: *Puttana della Vergine:* Quia in ea loquutione subintelligitur aliquando a proferẽtibus, *di Dio Bacco* Hæreticalis similiter est illa, *Potta di Dio*, & ita sæpius fuisse decisum in *Curia Archiepisc. Neapolit.* attestatur *Viuius decis. 383.* prout eã refert, & sequitur *Carena ibidem, vers. Quarto pro hæreticali*.

8 Tribuere aliquid creaturæ, quod soli Deo competit, aliquãdo potest fundare non solum blasphemiam hæreticalem, sed etiã hæresim, vt si quis diceret: *Fatum regere omnia: Diabolum omnia posse: Si Deus non vult*

vult ſuccurrere, ſuccurrat Diabolus: Diabolum habere maiorem poteſtatem, quam Deus quas enumerat *Lazarius quæſt. 2. num. 5.*

9 Blaſphemiam hæreticalem putat *Alberghinus in ſuo Manual. Qualificat. cap. 16. num. 3.* appellare creaturam *Omnipotentem, ſummè ſapientem, ſummè pulchram, qualiter ſolent laſciui vocare Amaſias ſuas, & Idolatræ Idolum Adoratũ*. Hæc ſunt eius verba.

Sed *Lazarius quæſt. 7. cit. nu. 12. fine* ſic habet: *Hinc dicerem non eſſe abſolute verum. quod aſſerit Graffius in praxi lib. 1. cap. 10. nempe attribuere id, quod eſt Dei, creaturis, eſſe hæreticalem blaſphemiam, & incidere in caſum hæreticalis blaſphemiæ*. Idem *Lazarius quæſt. 2. num. 6.* impudentem loquendi, aut canendi abuſum a laſciuis, & affeminatis mulierculalarum amatoribus; ita immodice Amaſias prædicantibus, atque exaltantibus, vt non vereantur eas proprijs Diuinis nominibus, ac titulis cõhoneſtare inter blaſphemias non hæreticales reponit, citans *Io. Azor. par. Inſtit. moral. lib. 1. cap. 28. q. 3. & Greg. Sayrus in Claui Regia lib. 6. cap. 13. num. 3.* Quibus mihi videtur aſſentiendum, cum ſimilia potius ex inſana exageratione, atq. amplificatione, quam ex incredula intentione cõſueuerint eructari.

Sed hoc ſine debita animaduerſione prætereundũ non eſt, vt a ſimilibus abſtineant Catholici, tum quia præfati Authores ſimiles loquutiones collocant inter hæreticales blaſphamias, tũ etiam quia tam inordinatus abominãdi amoris affectus potens eſt vt intellectus, mentiſq; lumen damnanda caligine offuſcet.

10 Sed quid dicendum, ſi quis Diabolo ſanctitatem tribuat; quali eſſe ſolet ſiculę blaſphemiæ inueteratæ corruptela, *Diauolo Santo?* Diſtinguendum eſt. Aut enim profertur in exercitio alicuius ſortilegij, & tũc omni-

omnino reuelāda blaſphemia eſt. Aut profertur in ludo, in ira, vel in alia occaſione extra ſortilegium, & hoc caſu, ob conſuetudinem reputatur pro ſimplici blaſphemia, & non adeſt obligatio denuntiandi, vt docet *P. Ioſeph. de Auguſtino, huius Sicilienſis Tribunalis Qualificator, & conſultor*, vir non minus litteris, & ſapientia, quam virtutibus, & morum integritate conſpicuus, in 1. *pręceptum Decalogi tit. de blaſphemia nu.* 14. & notat *Alberghinus cap.* 16. *num.* 10. & ita in hoc tribunali practicatur.

11 Et quamuis communis conſuetudo regionis nō excuſet blaſphemantes, vt eſt communiſſima ſententia *Farinacc. de delict. & pœnis quæſt.* 20. *num.*44. & *ſeqq: Sanctarellus de hæreſi tract.* 3. *de blaſph. cap.* 6. *dub.* 5. & 8. cum alijs ibi allegatis, pro vt eos refert, & ſequitur *Carena par.* 2. *tit.* 7. §. 10. tamen hoc non eſt intelligendum, quoad inducendam ſuſpicionem hæreſis in aliquo delicto, quod ſolitum eſt committi; cum praxis edoceat, q̄ in aliqua regione aliquod crimen non fundet ſuſpicionem hæreſis ob conſuetudinem committendi vt eſt in hac conſueta Siculorum blaſphemia & in ſuprarelata Peruſina; in aliqua vero regione locorum trahit ſuſpicionem hæreſis ob prauam committendi frequētiam, quod alioquin in alijs locis non puniretur, vt de hæreſi ſuſpectum, & ita de facto ſolent in Principatu Cathaloniæ puniri per Inquiſitores latrones SS. Euchariſtiæ Sacramentum ad ſui defenſionem frequētiſſime in ſinu geſtantes, cū alioquin hoc crimen ab Inq̄ſitoribus nō puniatur. Ratio autē eſt, quia in aliquibus locis committūtur hæc crimina cū ſuſpicione hæreticæ credulitatis.

12 Alio modo cōmitti poteſt blaſphemia hæreticalis aliquid, q̄ Deo competit, & ineſt, ab ipſo remouendo.

Ad

Ad hoc blaſphemãdi genus pertinet blaſpemia illa *Renego Dio*, vt ex multis probat *Lazarius qu. 7. cit. num. 9.*

Dicere, *Al deſpecho de Dios* Aliqui putant nõ eſſe hæreticalem blaſphemiam *Ioann. Capeauil. de caſibus reſeruat. cap. 19. q. 2. Suarez tom. de ſtatu relig. tract. 3. lib. 1. cap. 5. num. 8.* Cum per hoc verbum non videatur ſignificari aliquid poſſe fieri contra efficacem Dei voluntatem, ſed ſignificari poteſt voluntas obſtinata faciẽdi aliquod, quod eſt cõtra voluntatem Dei, & etiam quod ipſi diſpliceat.

Sed alij quos refert, & ſequitur *Lazarius loc. cit. nu. 38. & Alberghinus cap. 16. num. 7.* aſſerunt importare blaſphemiam hæreticalem, quia dicere videtur ſe facturum aliquid, velit, nolit, Deus, ac proinde ſentire videtur, Deum impotentem eſſe ad tale factum impediendum.

Idem videtur dicẽdum de ea loqutione; *Nec Deus ſi deſcenderet de Cœlo, amoueret frumentũ de area ipſa,* vel, ꝙ *Hiſpani peſe a Dios, mal grado aya Dios, Franciſcus de Pradilla in ſumma legum pœnalium cap. 2. num. 5. Scaglia* vbi ſupra.

Sed ſi quis dicat *Al diſpetto della Vergine,* vel *di S. Pietro. e S. Paulo*, atrocem eſſe blaſphemiam, ſed non hæreticalem verius putandum eſt. Hæreticale eſt: *Si Deus non facit vindictam, non credam eſſe iuſtum*, vel *negabo fidem*, aut *non eſſe Deum. Greg. Sayr. d. cap. 13. num. 3.* & ſequitur *Lazarius quæſt. 7. cit. num. 5.* Vbi putat idem eſſe dicendum de eo, qui dixit: *Io credo che Iddio non ſi ricordi di me. & num. 52.* idem putat de eo dicente, *Iddio non ha fatto mai queſto matrimonio.*

13 Facto etiam committitur blaſphemia, & maius crimen eſt facto, quam ore blaſphemare, vt pluribus relatis probat *Lazarius qu. 2. nu. 37.* Quapropter Imagines

gines Dei, aut Sanctorum frangens, vulnerans, deturpans, spurcans, lapides in eas iaciens, vel similia operans debet statim Inquisitoribus denuntiari, quia redditur vehementer de hæresi suspectus. *Simanchas de catholic. instit. tit.* 33. *nu.* 18. *Farinacc. de hæresi quæst.* 178. *num.* 53. *Zanardus in summa cap.* 64. *Carena* 7. *par. tit.* 7. §. 7. *num.* 38. & alij communiter.

CAPVT VII.

De denuntiatione sortilegorum.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegium quid sit, & quas species comprehendat.*

2 *Inter sortilegos, & dæmonem intercedit pactū expressum, seu tacitum, & quid vtrumque sit.*

3 *Sortilegium aliud est hæreticale, aliud non hæreticale.*

4 *Sortilegium cui sit denūtiandum.*

5 *Hæreticale sortilegium quod sit, & plures eius species enumerantur.*

6 *Sortilegiū factum ad inueniēdas res subreptas quando sit hæreticale.*

7 *Astrologi iudiciarij quādo sint denuntiandi.*

8 *Hęgyptianæ, vulgo, dictę, Zingarę Hisp. Gitanas quādo sint denūtiandę.*

9 *Obseruantes dies faustos, vel infaustos an sint reuelandi.*

10 *Præbens pocula amatoria denuntiandus est.*

11 *Sortilegium ad sanitatem consequendam quando sit hęreticale.*

12 *Dęmonis inuocatio quādo inducat sortilegium hęreticale, vel simplex.*

13 *Enumeratio multipliciū sortilegiorum hęreticalium.*

1 Sortilegium committere dicitur, qui ad aliquid consequendū Diabolicis vtitur instrumentis, *Sca-*

Scacia de iudic. ciuil. crim. & hæret. lib. 1. cap. 12. num. 20. quem ſequitur *Carena part. 2. tit. 12. §. 1. num. 1.*

Sortilegij nomen commune eſt apud Authores, comprehendẽs Diuinationes, Incantationes, Strigas, Lamias, Sortilegas, Idololatras, Magos Ariolos, Aruſpices, & alios, ita *Farinacc. de hereſ. quæſt.* 181. *num.* 3. *verſ. Præmitto ſecundo*, latiſſime *Martinus del Rio diſquiſit. Magic. lib.* 4 *per totum*, & alij allegati *a Carena ibidem num.* 3. & præcipue præter Ordinarios in hac materia videndi ſunt. *Remigius demonolatria Bodinus demonomania Torre blanca demagia, & de iure ſpiritualium.*

2 Inter ſortilegos, & dæmonem dupplex pacti ſpecies ſolet intercedere. Alterum expreſſum, alterum tacitum. ita *Suarez de religion. tom. 1. lib. 2. de ſuperſtitione, cap. 9. Delrius diſquiſit. magic. lib. 2. quæſt.* 4. *&* 5. & alij, *quos refert Carena tit. 12. cit. §. 3. nu.* 17.

Expreſſum eſt, quod expreſſis verbis a ſortilego fit cum dæmone: Tacitum, cum quis ſuperſtitioſis vtitur ſignis, ad quorum vſum dæmon vigore pacti expreſſi habiti cum primo inſtituente, aliquid facit, & operatur, ita *del Rio* vbi ſupra *toto cap.* 9. quem ſequitur *Carena* proxime citatus *num.* 18. *&* 19.

3 Sortilegiorum vulgatiſſima diuiſio eſt in qualificata, ſeu hæreticalia, & non qualificata, ſeu nõ hæreticalia, de qua latiſſime *Scaccia, Farinacc. & delrius locis a Carena* relatis vbi ſupra §. 4. *num.* 23.

4 Sortilegium hæreticale denuntiandum eſt DD. Inquiſitoribus. Sortilegium ſimplex denuntiari poteſt omnibus Iudicibus Eccleſiaſticis tam Inquiſitoribus, quam Epiſcopis ex Bulla *Sixti V.* incipiente, *Cœli, & Terræ Creator*, per quam derogatur Iuri communi in *cap. accuſatus §. ſane.*

5 Sortilegium hæreticale, & qualificatum, quod

exercetur cum aliquo dicto, seu facto hæreticali, vel cum aliquo abusu, Sacramentorum, vel rerum, quas Theologi appellant Sacramentalia, puta Olei Sancti, Aquæ vel candelæ benedictæ, Agnus Dei, &c. vel cum in eo adhibetur Euangelium, Symbolum, Pater noster, vel aliquis Psalmus Dauid, vel aliquæ aliæ orationes, aut verba Scripturæ, præsertim ad consequendũ aliquid, quod de se sit peccatum mortale; ita *Pegna ad director. par. 2. comment. 67.* cum alijs quos citat *Carena ibidem num. 23 citato*.

Vel abutendo in sortilegio vasis, aut vestibus Sacris V.G. Altaris Palla, Calice, Patina, Purificatorio, Tabernaculo Eucharistiæ, aut Reliquiarum lapide sacrato, vel eius frustro, corporali manipulo, stola, Alba, velis Sanctuarij, &c. *Martinus Delrius lib. 5. disquisit. magic. sect. 16. vers. Sacerdos celebrans*.

An vero sit sortilegium hæreticale abusus hostię nõ consecratæ, dummodo super eam sit celebrata missa, negatiue respondent plures citati *a Diana par. 4. tra. 7. resolut. 10. vers. quæro igitur*. Sed ipse Diana affirmatiuam sustinent, & in eadem sententia est *Carena tit. 12. §. 8.* alijs relatis, quibus omnino me subscribẽdum esse puto.

Idem dicẽdũ censeo de qualibet re; super qua missa fuerit celebrata, quod vniuersaliter docet *Sousa in aphorism. Inquisit. lib. 1. cap. 57. num. 11.* quem refert ibidem *Diana*.

Imo vero *Carena tit. 12. §. 5. num. 37.* non improbabiliter hoc extendit ad hostiam non consecratam, super qua etiam non fuerit missa celebrata; quia formulæ illæ sunt per se destinatæ ad materiam Sacramẽti Eucharistiæ, licet per accidens aliquãdo ad alios vsus conuertantur, vt ad claudendas litteras.

6 Sortilegium factum ad inuenienda furta, etiam si fiat

ſi fiat ſine ſacrificijs, & ſine dæmonis inuocatione, denuntiari debet *Alberghinus cap.* 18. *ſect.* 2. §. 1. *num.* 4. citans *Martinum Delrium diſquiſit. magic. lib.* 5. *ſect.* 15. *Axiomate* 1.

Quapropter hæreticale reputatur, cum ad inuenienda furta, vel ſcienda alia occulta, accipitur phiala plena aqua, & ante eam ponitur puer, vel puella Virgo cum candela, ſeu cereo benedicto, reſpiciẽs dictam quam, dicendo iſta verba *Angelo Bianco, Angelo Santo, per la tua Santità, per la mia Verginità, &c. quæſt.* 181. *num.* 15. cum alijs ab eo relatis, *Carena tit.* 22. §. 4. *num.* 27. Ratio eſt, quia vocatur Diabolus Sanctus in ſortilegio. Idem etiam exiſtimandum eſt de vſu ſpeculi ad ſcienda futura cum accentione candelæ, quæ adorationem ſignificat. *Riccius in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. deciſ.* 243. *volum.* 2.

7 Aſtrologus iudiciarius inueſtigans, aut prædicens pendentia ex libero arbitrio denuntiandus eſt. V.G. cum quis diuinat matrimonium, liberos mortem &c. ita pluribus relatis ſecundum conſtitutionem *Siſti V. Carena tit.* 12. § 11. *num.* 65. *verſ. Aſtrologia iudiciaria.* Quod ampliat ibidẽ *num.* 66. vt ſuppoſita dicta Conſtitutione illicitum omnino ſit Aſtrologo prædicere ſupradictos effectus non vt certo, ſed vt probabiliter euenturos, & citat *Sanchez in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 34. *Salas par.* 2. *quæſt.* 9. *art.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 2. *ſect.* 3. *n.* 36.

Huc ſpectat dubitatio de Aegyptiacis, quas Hiſpani Gitanas, & itali Zingare, vocitant an ſint denuntiandæ, cum ex manus inſpectione dicũt, vt vulgo dicitur *la buena ventura*. Reſpondeo cum *Carena tit.* 12. *cit.* §. 17. *n.* 164. Quod regulariter non ſunt denũtiandæ, quia ſemper in hiſce locis ſiunt hæc cum riſu, & iocis, & nemo eſt quãuis ſimplex, qui fidem illis

præſtet, Vnde teſtatur Carena de facto nunquam vidiſſe in Inquiſitionibus Italiæ proceſſum fuiſſe contra haſce Aegyptiacas, ob id præciſe, quod di u nent bonam venturam. Sed in Hiſpania vbi hæc colluuies eſt rei publicæ preiuditialior quia de præda, & raptu viuere ſolent, & in his ſuperſtitionibus magis peccant cum maiori attẽtione materia tractanda eſt vt erudite Don Ioannes Quiñones Regis noſtri conſiliarius meritiſſimus adnotauit in *tract.* de hac materia pie & docte conſcripto.

Quod tamen limita, niſi ex parte Aegyptiacæ interuenirent aliquæ ſuperſtitiones, vel futura ab eis certitudinaliter annunciarentur, vt bene ſe explicat idẽ *Carena ibidem num.* 165. Et ſecundum hæc intelligendum eſſe puto P. *Dianam part.* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 128. adducentem *Villadiego in polyt. cap.* 5. §. 20. *num.* 20. dicentem: *los Inquiſitores caſtigan a las Gitanas que dizen la buena ventura*, & *Alberghinum cap.* 18. *ſect.* 2. §. 6. *n.* 3.

Huc etiam ſpectat conſtitutio dierum fauſtorum, vel infauſtorum, in quibus ij, qui obſeruant eorũ fauſtitatem, vel infauſtitatem, aliquid faciunt, vel facere omittunt, hi enim mortaliter peccant, vt bene notat *Carena tit.* 12. §. 13. *nu.* 227. vbi ob ſolam hanc obſeruationem non videtur inducere reuelandi obligationem.

10 Sortilegium itidem reuelandum eſt cum quis prœbet pocula ad excitandum amorem, vel odium, hic enim diligenter eſt ab Inquiſitoribus examinandus, an credat Dæmonem poſſe cogere voluntatem alicuius, vt pluribus citatis docet *Carena tit.* 12. §. 17. *n.* 51. *verſ. Sed an ſit ſortilegiũ hæreticale ſi quis*.

11 Item ſortilegium ad ſanitatem conſequendam, ſi fiat cum cõmixtione rerum Sacramentalium hæreticale eſt, vt ex multis

pro-

probat *Carena tit.* 12. §. 5. si sine immixtione harum rerum, erit simplex.

12 Inuocans dæmones, cum adoratione latriæ, vel dulię, vel est hęreticus, vel suspectus vehementer de hęresi *Carena tit.* 12. §. 10. *num.* 56. Et sic hęreticale sortilegium committit inuocans dęmonem faciendo circulos in terra, illosq; aliquibus signis muniendo, & puerum in medio ponẽdo, cum in hoc facto aliquis honor tribui videatur Diabolo. Idem ibid *nu.* 56.

Vel si quis portaret cartam appensam ad collum cum nominibus *Gibet* & alijs incognitis, quia nomẽ illud *Gibet*, est nomen Dęmonis, & delatio illa ad collum significat quamdã reuerentiam. idem ibidem *num.* 57.

Idem erit, si quis inuocet dęmonem, aut ad faciendum ea, quę virtutem naturalem dęmonis, superãt, aut ad scienda, quę soli Deo sunt reseruata. Idem ibidem *num.* 58. & 59.

Si autem inuocatio fiat ad faciendum, vel cognoscendũ ea que sunt intra fines potestatis Diabolicę vt ad tentandam mulieris pudicitiam, ad inueniendum thesaurum, ad sciendum an partus futurus (in vtero tamen formatus) sit nasciturus masculus, vel fœmina, ad sciendum dictum, vel factum pręteritum, ad impediendum ne ignis filũ vel aliam rem proiectam comburat, ad illuminandum cœcum non a natura, sed ex impedimento, quod ab ipso possit amoueri, aut ad adipiscẽdã scientiã per purgationem phantasmatum, & facilitatem sensuũ, ad conuocandas nebulas, commouẽdas tempestates, ad faciẽdum apparere corpus mortuum viuum per aliquod tempus, ad ligandos sponsos, ad inducendas ægritudines, quæ legenda sunt apud *Torreblanca de magia lib.* 3. *cap.* 8. *per totum* in his, & similibus casibus committi sortilegium hæreticale, si inuocatio fiat

ver-

verbis deprecatiuis; ſimplex, ſi fiat verbis imperatiuis, docet *Carena ibidem num.* 60. & 61. dummodo non adſit pactũ expreſſum cum dęmone, aut abuſus Sacramentorum, vel Sacramentalium, & pluribus relatis dicit eſſe communẽ DD. *P. Diana tract.* 7. *par.* 4. *reſol.* 10. *verſ. ſed oritur*. qui ex occaſione ſortilegij ad tentandam mulieris pudicitiam rem generaliter tractans contrariam ſuſtinet, cum imperium hoc ab homine in Diabolum, qui ei non ſubditur, exerceri non poſſit, vt probat, ex multis, quæ opinio mihi ſatis placet.

13 Generaliter autem, quæcumq; ſortilegia fiunt cum pacto expreſſo cum dæmone ſunt hæreticalia, ita *Martinus Delrius diſq. magic. lib.* 5. *ſect.* 15. *num.* 2. *verſ.* 2. *axioma*.

Hæreticalia ſortilegia itẽ ſunt, in quibus ſortilegi imagines baptizant, pueros rebaptizant, caput defuncti ſufumigant, Sanctorum imagines conculcant, Sacramentis, vel Sacramentalibus abutuntur, dæmones inuocãt, eis thura adolendo, Sacrificia afferendo candelas accẽdendo, cultũ tribuendo, genua flectendo, humi proſternendo, preces emittendo, adorando, ſe eis deuouendo, obedientiam promittẽdo, laudes eorum, vel cantus proferendo, caſtitatem, pro eorum reuerentia, vel ad monitu ſeruando, ieiunando, carnem ſuam macerando, veſtibus nigris, vel albis, pro eorum reuerentia induendo, per characteres, ſigna, & ignota nomina obſecrando, Aues, vel alia ſimilia animalia immolãdo, ſanguinem proprium ex ſe emittendo, ſtigmata quædam in propria carne exarando. vel aliquid ſimile in eorum cultum, & obſequiũ peragẽdo, qui eorum ſcripta nomina honoris, & cultus cauſa ſecum deferunt, vti latiſſimę hęc omnia proſequitur *Beloch. de caſibus reſeruatis, p.* 2. *q.* 1. *in primo*

mo casu Tabellæ Anchonitanæ num: 73. & fere per totum illum casum, *& Carena ibidem*. Et colliguntur ex præcitatis authoribus nempe *Bodino, Remigio, Torreblanca, Rafael de la Torre*, & alijs in tractatibus de hac re diffuse editis.

His adde faciẽtes Breuia cum characteribus, seu litteris ignotis; vel dicentes, seu recitãtes quasdam orationes pro sanandis infirmis, fabricantes imagines cereas, & pũcturis eas cruciando ad amorem, vel infirmitates inducendas, vel maleficia faciendo; qui capillos, ferramenta, clauos, lapides, &c. adhibent, quę postea ab ore maleficiatorum euomentur. hi enim omnes subduntur Iudicio DD. Inquisitorum, vt docet *Episcopus Viuaquensis, Aloysius Riccius in praxi tom.* 1. *resolut.* 423. & alij penes ipsum, quos sequitur *Diana par.*4. *tract.*8. *res.* 103.

CAPVT VIII.

De Denunciatione variorum criminũ pertinentium ad cognitionẽ S. Officij quorum notitia perfecte non habetur ex edicto fidei.

SVMMARIVM.

1 *Comedentes carnes in diebus prohibitis denuntiari debent, modo non adsit necessitas, aut legitima licentia.*

2 *Non confitentes, & non communicãtes semel in anno in quibus casibus denuntiandi sint.*

3 *Denuntiandi sunt legentes, aut retinentes libros hæreticos.*

Amplia vt sint denuntiandi etiam retinẽtes, aut legentes libros prohibitos ob obscœnitatẽ.

4 *Con-*

4 *Contemptores Ecclesiasticarum Censurarum in quibus casibus reuelandi sint.*

5 *Reuelandi quoque sunt contemptores Indulgẽtiarum campanarũ, & rithuũ Ecclesiasticorũ.*

6 *Fractio sigilli confessionis Sacramentalis non pertinet ad Tribunal SS. Inquisitionis, sed est Ordinarijs denuntianda.*

7 *Sodomiæ crimen an in Regnis Portugaliæ, Aragoniæ, Valentiæ, & Cathaloniæ denũtiandum sit Inquisitoribus sub ea obligatione, qua cætera delicta in edicto contenta?*

8 *Venerantes homines mortuos ante eorum canonizationem, vel Beatificationem quando debeant reuelari.*

9 *De denuntiatione sacrarum imaginum, quorũ habitus Sanctorum aut contemptum, & irrisionem, aut lasciuiam representat.*

1 Comedentes carnes in diebus vetitis vt in die veneris, & Sabati, & in omnibus diebus quadragesimæ, vigiliarum, & quatuor temporum reuelandi sunt DD. Inquisitoribus; quia ob solam commestionem prohibitam, reputantur de heresi suspecti, vt docent plures, quos refert *Carena par. 2. tit. 15. num. 3.* Et ratio suspicionis est, quia omnes fere nostri temporis hæretici conueniunt in reprobãdo delectu ciborum in ieiunijs; vt videre est apud authores citatos ab eodem *Carena ibidem n. 4. vers. Attamẽ existimo.* Quæ tamen procedũt dummodo non adsit necessitas, aut legitima licentia.

2 Non confitentes, & non communicantes semel in anno reuelandi sunt Inquisitoribus dummodo aut adsit contẽptus Sacramentorum, aut Eccclesiæ præceptorum, aut persona que semel in anno peccata sua nõ confiteretur aut Sacratissimam hostiam non sumeret

meret esset alias de hæresi suspecta, & ageretur de dicta omissione per plurimos annos sine vlla legitima, vel colorata caussa, & de obstinata volūtate nō obediendi præceptis Ecclesiæ; quia in his casibus posse procedere DD. Inquisitores verior sententia docet *Pegnæ*, quem sequutus est. *Farinaccius de hæresi quæst.* 178. *n.* 79. *vers.* Ex quibus prout eos citat *Carena p.* 2. *tit.* 17. §. 1. *n.* 4.

3 Retinentes, vel legentes libros hæreticos reuelādi sunt DD. Inquisitoribus, quia legentes, vel retinentes tales libros esse de hæresi suspectos expresse dicitur *in Bulla Pij IV.* quæ incipit. *Dominici gregis.*

Quod amplia etiam si libri prohibiti sint non ob hæresim, vel suspicionem falsi dogmatis; sed solum ob obscenitates in illis cōtentas; stante determinatione supreme, & generalis Romanæ Inquisitionis constituente, DD. Inquisitores, Iudices etiam contra retinentes libros prohibitos ob res lasciuas, & cōtra bonos mores vt constat *ex litteris conscriptis Reuerendiss. Patri Inquisitori Cremonæ per Eminentiss. tunc Cardinalē Millinū sub die Sexto Februarij* 1627. prout eas refert *Carena par.* 2. *tit.* 10. §. 2. *num.* 19. *vers.* vt in litteris, sequitur nouissime *Albergh. in manual. Qualificatorum cap.* 32. *num.* 18. *vers. de Inquisitorib.* Quas autem personas, & quos casus hæc prohibitio librorum comprehendat vide apud scribentes in primo canone Bulę Cænę, vbi cōtra eos excommunicatio fulminatur. vide etiam scriptores in materia Sancti officij. Sub titulo. De retētoribus librorum prohibitorum, & præsertim *Carenam par.* 2. *tit.* 10. *per totum*.

4 Quoad contemnentes censuras Ecclesiasticas in his casibus adest obligatio reuelandi. *Si* quis laceraret cedulones excommunicationum in quibus declarā-

tur aliqui excommunicati, quia contra talem procederet Sanctum Officium tanquam cõtra ſuſpectum de hæreſi, vt videre eſt apud *P. Dianam p. 4. tract. 8. reſolut. 103. & Carenam parte 2. tit. 17. §. 2. n. 7.*

Si quis etiam ex certa ſcientia quod eſſet excommunicatus, intraret Eccleſiam etiam cum officia diuina non recitantur, ac etiã ſi ad Portas Eccleſiæ audiret officia diuina, aut ſine vllo reſpectu, catholicorũ communioni, quam poſſet facile vitare, ſeſe immiſceret, aut ſi quis verbis cenſuras vilipenderet, vt ſi diceret. *che ſcumunica ? che ſcomunica ?* vel: *Ancora li ſcommunicati mãgiano?* maxime ſi talia committens eſſet homo peſſimæ vitæ de quibus videndus eſt *Carena ibidem num. 7. & 8.*

Quæ etiam extendenda ſunt ad contemptores Indulgentiarum, campanarũ ceremoniarum, & rituum Eccleſiaſticorum, & ad cõtemptores interdicti, & ſuſpenſionis a diuinis, vt ſi quis in ſacris ordinibus, nõ obſtante ſuſpenſione celebraret, aut adminiſtraret Sacramenta, prout in ſimilibus caſibus proceſsũ fuiſſe referũt quamplures authores. *Zerola in praxi Epiſcopalis in verbo caſus, in quibus &c. verſic: Cãpanarum*, vbi narrant factum cuiuſdam, qui nocte Sabati Sancti abſtulit martellos a quibuſdã cãpanis, & illos appẽdit in arbore nucis. *Riccius in praxi fori eccleſiaſtici reſolut. 423. Verſic. Campanarum. Amidanus in votis manuſcriptis tomo 2. vota 7.* vbi refert fuiſſe concluſum in congregatione Cremoniæ potuiſſe Sanctum Officium procedere contra quoſdã Religioſos, qui ioci cauſſa induerunt quendam fratrẽ idiotam veſtibus pontificalibus, mitram capiti imponentes, & ei ſuper aſinũ ſedenti honorem Epiſcopalem deferentes dum per clauſtra Monaſterij deductus benedictionẽ impertiretur. Similiter fuerunt pu-

puniti p hoc Tribunal duo Religiosi, quorũ alter Missam de requie, alter vt aiũt, de Gloria celebrauit in die quo vnius Amasia, eo reiecto, cum altero se se coniunxit.

6 Si quis sciret confessarium aliquem confessionis sigillum fregisse non habet obligationem eum denuntiandi DD. Inquisitoribus; sed potest eum deferre ad Iudicẽ Ecclesiasticũ ordinarium vt ab eo puniatur secundum pœnam statutã *in cap. omnis vtriusq. sexus de pœnit.* vt deponatur a Sacerdotali officio, & ad agẽdam pœnitentiam in aretum Monasterium detrudatur: Sed de pœnis huiusce delicti vide latius *Aug. Barbosa in collectan. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 38. *cap.* 12. *n.* 15. Denunciationes ergo huiusmodi a Tribunale S. Inquisitionis non recipiuntur sed ad ordinarios remittũtur vt docet *Diana* vbi supra *resolut.* 95. *Carena parte* 2. *tit.* 17. §. 23. *num.* 91. vbi alijs relatis verissimam hãc sententiam dicit, & attestatur se nunquam vidisse similes processus agitatos in S. Officio licet communis vulg. opinio contrarium arbitretur.

7 Abominandi criminis sodomiæ cognitio ex priuilegio Regis, & ex constitut. *Pij IV. & Gregorij XIII.* translata est ad Inquisitores in Regno, Portugalliæ, vt notat *Emmanuel Moura de incantation. opusc.* 1. *sect.* 3. *cap.* 1. *num* 16. *Barbosa de potest. Episcopi par.* 2. *alleg.* 40. *num.* 45. *Sousa in aphoris. Inquisit. lib.* 1. *cap.* 59. *num.* 10. Quod etiam seruatur in Regnis Aragoniæ, Valentiæ Cathaloniȩ & ex *Bull. Clem. VIII.* vt testatur *Cas. Palaus in sum.* 1. *tract.* 4. *disp.* 8 *punct.* 12. *num.* 11. *Henriquez lib.* 13. *cap* 24. *n.* 2. *in gloss. litt. P. Narbona in lib.* 4. *recopil. tit.* 1. *leg.* 20. *gloss.* 8. *num.* 3. *Salzedus in add. ad pract. crimin. Bernardi Diaz. cap.* 86. & præcipue Dominus Isidorus S. Vicente Sanctæ Inquisitionis Senatus meritissimus Consiliarius, & de-

rebus ad ſacrum Tribunal ptinẽtibus inter Doctiores doctiſſimus in ſua eruditiſſima praxi manuſcripta q̃ in his caſib⁹ pro norma merito tenenda eſt *in titulo de los ſodomitas cap.* 24. *Diana par.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 20.

Eiuſdẽ criminis cognitionem generalem reſpectu omnium, a pientiſſimo Rege Hiſpaniarum Philippo Secundo in litteris concordatis de anno 1597. cõceſſam fuiſſe Inquiſitoribus Siciliæ ſatis patet ex §. 2. ibi: *Y porque he reſeruado a la juriſdicion de los Inquiſidores el delito del pecato nefando, con que ſe aya de ſuplicar a ſu Santidad en mi nonbre, que les conceda Breue, paraque aueriguada la culpa, relaxen a la iuſticia ſeglar los tales delinquentes, ſin incurrir por ello en irregularidad; mi voluntad es, que en caſo que ſu Santidad no de el dicho Breue, que de tambien a mi iuſticia ſeglar el conoſcimiento de los tales nefandarios.*

Sed quia huiuſmodi Breue de relaxatione ſodomitarum ad iuſtitiam ſecularem non viſum fuit Pontifici concedendum Siciliæ Inquiſitoribus, vt ad hæreſes puniendas atq; extirpãdas ſedulius incumberent. Idcirco remanſit apud Inquiſitores cognitio huius criminis ſolum contra ſuos familiares, quæ ſemper immota, imperturbata penes ipſos fuit; licet ab eorum iuriſdictione, ac poteſtate eam ſubtrahere in vanum attentauerit *Cutellius* ſcribens *ad leges Martini R. S. controuerſia* 16. Regis pientiſſimam beneficentiam, & litterarum Pontificiarum mentem ad reluctantem intelligentiam detorquens;

Sed potẽtiſſimus Rex noſter nihil de hac re abſque pleniore informatione voluit ſtatuere, & vt conſtet de mente Sanctiſſimi, literã poſteriorem Cardinalis S. Seuerinæ huic Tribunali directã quæ in ſecreto originalis ſeruatur, & ex qua derogatur anterior a Cutuclio citata, & ius Inquiſito-

rum

rum stabilitur per extensũ inserere non grauabor, cuius series sic se habet.

MOLTO ILLVSTRI & molto Reuer. Sig.

Essendosi nella Congregatione del S. Officio letta à la Santità di nostro Signore la lettera delli SS. VV. de gli 11. di Giugno riceuuta a 7. del presente nella quale asserijcono di conoscere i delitti di sodomia contra gli Officiali e familiari del S. Officio in cotesto Regno; & che però nõ si le habbia a pregiudicare cõ la lettera scritta al 1. di Aprile: La Santità sua mi ha ordinato che io faccia sapere alli SS. VV. come so con la presente che la volõtà, e mente di sua Beatitudine non è stata, ni è di toglierli ne di scemarli con la sudetta lettera del primo di Aprile la Iurisdittione che essi dicono di hauere contra li sudetti Officiali, & familiari, ne meno concedergli cosa alcuna di nouo. Et però elli doueranno conformarsi in ciò con l'ordine espresso di sua Beatitudine. Ne mi occorrendo altro in risposta li saluto con pregargli dal Signore ogni contento. In Roma a 16. di Luglio 1599.

Delli SS. VV. molto Illustri, & molto Reuerẽdi.
Come Fratello
Il Cardinal di S. Seuerina.

His preiactis dubitatio oritur, an qui sciret in supradictis Regnis aliquem commisisse crimen Sodomię, teneretur sub pœna excõmunicationis Inquisitoribus reuelare, cum hoc delictum in edicto fidei, quod per ea Regna publicatur, sicut cœtera crimina contineatur.

Ad cuius satisfactionem dicendum est primo, quod non denuntians tale crimẽ Inquisitoribus in predictis Regnis nõ incurrit excommunicationem, quia huius criminis denuntiatio ibi nõ precipitur per edictum fidei sub pœna excommunicationis, vt notat *Emmanuel*

nuel de Valle de Moura in lib. de incantationibus, opusc. 1. sect. 3. cap. 4. nu. 2. & 28. vbi testatur de praxi. Nec item conuictus ex Sodomia cogitur abiurare, vt notat idem *Moura cap. 1. num. 16.* Imò neque modus procedendi in hoc delicto est idẽ qui in alijs cum reo huius criminis dẽtur nomina testium, quia delictum hoc ex sui natura non habet suspicionem hęresis, sed commissum est DD. Inquisitoribus ob ipsius atrocitatẽ, atq; enormitatẽ. Secũdo, quod peccat mortaliter non denuntiãdo, quia præceptum grauiter impositum in edicto fidei de huius criminis denuntiatione sonat mortalem obligationem, vt aduertit *Moura num. 2. cit.* Quod tamen intelligendum est in ijs casibus in quibus vrget obligatio denuntiandi, & non adest legitima causa excusationis, sicut in cęteris criminibus, quę sub pręcepto denuntiari pręcipiũtur ab Ordinarijs, cum onus denũtiãdi hęresim, aut crimina de hęresis suspecta latius extendatur, quia denuntianda sunt, etiam si occulte commissa sciantur. Tertio, quod si Sodomię dirum crimen reuelatur in dictis Regnis Iudici sęculari, neq; peccatum mortale committitur, quia pertinet ad Inquisitores priuatiue ad Iudices Ecclesiasticos, cumulatiue ad sęculares, *Moura num. 2. & 28. citato.*

8 Contra venerãtes homines mortuos ante eorũ canonizationem, vel beatificationem alio cultu, quã eo, qui permissus est a Santissimo Dom. nostro *Vrbano VIII. in constitutione lata in S. Officio vniuersalis Romanę Inquisitionis sub die 13. Martij. 1625.* quę est constitutio trigesima septima Sanctitatis suę, incipit *Sanctissimus Dominus noster sollicite animaduertẽs ex relata a Diana post quartam partem inter Bullas Apostolicas spectantes ad Tribunal S. Officij fol. mihi* 481. *in impre-*

pressione Lugdunensi, vnde posse precedere Inquisitores patet ex ipsa Bulla, *vers. vt autem præmissa*; & ante eam docuerant *Zanchinus de hæretic. cap. 22. num. 8. Pegna in eius scripto* super hoc cõfecto, impresso apud *Turrianum in selectis disputationibus Theologicis, p. 1. disp. 33. vers. postremo illud obseruandũ*, vbi dicit quod similia præsumentes interrogari ab Inqsitoribus possũt, quid sentiũt de Romani Pontificis authoritate.

Quapropter si quis peccaret in casibus in d. Bulla expressis reuelandus est, vt si quis libros in quibus sine recognitione, atq; approbatione Ordinarij vitam, & gesta similium virorum cõtinentes ederet, aut retineret, aut ad eorum sepulcra tabellas, aut imagines depictas, aut esculptas appenderet, aut eorum imagines cum laureolis, seu radijs, aut splendoribus proponeret. Oblationes autem, receptionemq; Tabellarum huiusmodi licet Ecclesiasticis Præpositis in secreto aliquo, atq; ab Ecclesia seorsim loco collocare, vt idem SS. Vrbanus exposuit in declaratione impressa post dictam Bullam edita 30. *Octobris* 1625. & etiam adducta *a Barbosa cap. 2. de reliquijs, & veneratione Sanctorum*.

9 Item reuelandus esset quicumque pingeret, seu sculpiret, aut pictas seu sculptas retineret figuras, & imagines, quorum habitis, aut forma, vel contẽptum, & irrisionem, vel lasciuiam, impudentiam, atq; obscenitatem præseferret, quia in Indice expurgatorio Hispanico librorum prohibitorum *regula XI.* talis abusus prohibetur, quę regula ortum habuit ex *Cõcilio Trid. sess. 25. in decretis de Inuocatione, & veneratione. & reliquijs Sanctorum, & Sacris Imaginibus* Ex quibus *Alberghinus in Manual. Qualificat. cap. 29. num. 3.* animaduertit coercendam esse ineptiam & superstitionem (vt ipse appel-

appellat) eorum, qui Chriſti paruuli imaginẽ fœminea veſte, & Cyclade, vulgo, *Guarda infante, y enaguas* Hiſpano idiomate, circumducunt; tanquam ornatum ad irriſionem habitus Saluatoris potius, quã ad deuotionem, & grauitatem excitandam, quod multis comprabare nititur; & merito, quia indecens hic abuſus, anſam prebuet hæreticis lutheranis, qui omnes Yconoclaſtę sũt, sãctorum imaginum venerationem irridendi: & fidelibus etiam occaſionẽ pręſtant ſcandali, iuxta illud *Horatij in art. P.*

Segnius irritant animos
demiſſa per aures.
Quã quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus:
Et quæ ipſe ſibi tradidit
ſpectator.

de quo videndus eſt *Ioannes Molanus in tractatu de imaginibus* 1. *parte per totam.*

CAPVT IX.

Traduntur Regulę generales ad dignoſcẽdum quæ ſint delicta, quæ hæreſis ſuſpicionem inducũt.

SVMMARIVM.

1 *SVſpectum eſſe deberesi eſt ſuſpicionem tradere, quod qui agit aliquod delictum, putet ſibi licere quod agit.*

2 *Gradus ſuſpicionis de heresi eſt triplex leuis, vehemens, violentus.*

3 *Regula illa, quod delictum ab aliqua hæresi laudatũ, vel permiſſum ſit ſufficiens ad fundandam ſuſpicionem hæreſis, quomodo ſit intelligenda.*

4 *Traditur diuiſio criminum in triplicem claſſem, ex qua dignoſci poteſt, quando crimen inducat ſuſpicionẽ hęreſis.*

5 *Ad*

5 *Ad inducendam suspicionem hæresis in aliquo crimine, multum interest considerare qualitatem personæ illud cōmitentis.*

6 *Regula vniuersalis ad cognoscendum, quando crimen commissum in materia Sacramentorū trahat suspicionem hæresis.*

1 SVnt aliqua delicta, quæ nec in edicto fidei sunt expressa, nec ab auctoribus sunt specialiter designata & tamen aliquādo habere possunt annexā heresis suspicionem, ex qua oritur obligatio denuntiādi; quapropter consentaneum mihi visum fuit generales aliquas regulas tradere, ex quibus cognosci possunt aliquot delicta, quæ alioquin ex sui natura nullam trahunt suspicionem hæresis in aliquo casu cum hæresis suspicione commissa fuisse.

1. Dico primo esse de hæresi suspectū nihil aliud est quam in suspicionem venire, quod qui agit aliquod delictum, putet sibi licere quod agit, vt colligitur ex *Alphonso de Castro lib. 1. de iusta hæretic. punit. cap. 1.* exempli gratia si qui fornicationem aut furtum cōmittat ita; vt alijs ansam quandam præberet ad suspicandum, quod talia cōmittat cum credulitate, quod licitum esset fornicari, aut iurari, talis esset de hæresi suspectus, cum sit hæresis cogitare quod fornicatio, aut furtum sit licitum.

2 Dico secundo Hanc suspicandi occasionem ex hæretica credulitate, tripliciter quis potest ex facto vel dicto ante scientium oculos obijcere aut leuiter, aut vehementer, aut violēter, vnde orti sunt tres gradus suspicionis scilicet leuis, vehementis aut violentæ.

3 Dico Tertio Regula illa quod delictum ab aliqua hæresi, vel laudatum, vel permissum sit sufficiens ad

Nn su-

suspicandum; quod qui illud agit putet sibi licere quod agit; merito reijcitur ab *Alphonso de Castro loc cit.* quē sequitur *Sousa in tract. de sollicit. in confess. cap.* 4. *n.* 9. vbi dicit *eam opinionem esse omnino falsam, & valde rigorosam*. Ratio est, qa nullum forte esset delictum, ex quo hæresis suspicio non posset oriri, cū omne fere delictum habeat patronū aliquem hæresiarcham. nā promiscuum fœminarum vsum licitum, ac permissum esse dixerūt Nicolaitæ Floriani, & Adamitæ. Simplicem fornicationē Græci à peccato defendunt, Circumcelliones occisionem sui ipsius æquant Martyrio; virilium abscissionem necessariam esse asseuerāt Valesij. Et sic per omnia vitia, & peccata, vt videre fusius est apud Alphonsum loco citato, & Prateolū de vitis, & sectis Hereticorum. Quapropter regula illa sic simpliciter prolata non est vniuersaliter admittenda. Sed tunc solum procedere potest, cum opus, quod fit, magis communiter ab hæreticis laudaretur, & probaretur, & de illo esset plurimę speciales hæreses vt bene notat *Carena par.* 2. *tit.* 12. §. 2. *num.* 4. *vers. attamen existimo ego,* & ipipse etiam tractaui *in lib. de Polyg.*

4 Dico quarto, ex criminum diuisione in triplicem classem regulam generalem formari posset: tripliciter enim quodcūq; delictum ad cuiuslibet voluntatem se potest objicere primo vt ad illud voluntas naturali propensione etiam conscientia contradicente inclinet huiusmodi est carnis voluptas diuitiarum cupiditas, honoris appetitus. ex his enim delictis absolute, & per se cōsideratis non potest heresis suspicio iusta oriri, cum ad ea homines, non quia putent sibi licere trahantur; sed quia voluptate alliciūtur, fragilitate labuntur;

tamen ratione alicuius circumstantie huiusmodi criminibus annexæ vehemens etiam suspicio hęresis oriri: Eualis esset si quis Sacerdos, aut Religiosus non Sacerdos matrimonium cōtraheret; ea enim circumstantia matrimonij, coitum de hæresi non suspectum, redderet suspectum, quod talis male sensiat de Sacramentis Ecclesiæ.

Secundo sunt alia opera his contraria, a quibus Scilicet animus naturaliter refugit & abhorret, vt est; Sui ipsius occisio; proprij mēbri mutilatio: Ad hæc ergo non ex voluptate, sed aut ex errore, aut ex vehementia passionis homines rapiuntur; qui vel vitæ tædio se ipsos enecant, vel doloris impacientia membrū aliq͡ abscindunt In his ergo adhibēda est discussio, & si reperiatur, talē nō ex furore passionis ad ea delicta rapi, suspicandum ergo merito est: ad ea trahi ex errore quod putet sibi licere quod agit;

Tertio sunt aliqua opera indifferentia quæ non habent vnde voluntatem vel alliciant, vel deterreant. huiusmodi sunt Iudaicę cęremoniæ Sarracenorum, aut hæreticorum ritus, vt Sabbatorum obseruantia, abstinentia a suffocato, & Sãguinea vt alijs cibis in lege Mosaica prohibitis Imagines, aut corpora mortuorum baptizare, sacras imagines cōfringere Sacramētum altaris conculcare. Ad hæc non potest voluntas aut vehementi passione rapi, cum sibi contraria non sint nec voluptate trahi, cū nil contineant voluptuosū, sequitur, vt errore intellectus ad ea deducantur. Ex his igitur non solum vehemens, sed etiam vehementissima oritur hęresis suspicio atq; ita bene distinguit *Alphonsus a Castro loc. cit.*

Ex quibus potest regula firmari ad cognoscendum, quæ crimina generaliter reddant criminosum, suspectum de hæresi. crimina enim primi generis, si nul-

nulla circũstãtia illis addatur nec habent hæresis suspicionem, nec sunt reuelanda. Crimina secundi generis vt reueletur, prius certificandus est reuelans ea non fuisse commissa ex passionis vehementia. Tertij vero generis eo ipso quod sciuntur commissa sine vlla mora nec discussione tanquam de hæresi suspectissima sunt reuelanda.

5 Dico quarto. Ad cognoscendum, an aliqua crimina reddant de hæresi suspectum, multum interest considerare personam cõmittentis crimen, cum aliquod crimen respectiue ad aliquẽ facilius inducat hæresis suspicionem, quam respectu alterius nequaquam induceret. Vt si aliquis esset infecta propagine Iudæorum, aut alias fuisset in S. Officio condemnatus. Et ita me fiscale in Vallisoletana Inquisitione cũ denũtiati fuissent duodecim, lusitanos in nundinas euntes, quod antequam comederent semper manus lauabant, adiunctis alijs adminiculis præcipue, quod ex Iudæorum stirpe originem traxissent capti, omnes tandem cõfessi sunt, lotionem illam manuum confecisse in obseruantiam Iudaicorum cæremoniarũ & omnes reconciliati fuerunt ex quibus vnus Gonzalo Lopez nomine pertinax in errore per multum tempus perstitit.

6 Dico sexto in materia Sacramentorum illud obseruandum est, an quis celebret, ministret, aut recipiat aliquod Sacramentũ ad finẽ obtinẽdi medio Sacramẽto rẽ, aut effectũ aliquẽ illicitũ, hic enim abusus inuolueret suspicionem hæresis. qualis esse solet in sortilegijs in quibus Sacramenta, aut Sacramentalia admiscentur. Abusus autem ille, quem generalem dicere possemus, vt quis cum obice, indispositus, & in peccato mortali existẽs celebraret, Sacramentum per se non inuoluit hæresis suspicionem, & multo minus

nus si in tali statu idẽ mini-strarent, aut reciperet, vt ego latius ostendi in *tract. de polygam. lib. 3. quæst. 2. a num. 16.*

CAPVT X.

An si cessaret præsumptio in illis criminibus, in quibus, vel de iure, vel ex bullis Põtificijs hæresis præsumitur, esset tamen criminosus denuntiandus.

SVMMARIVM.

1 *IN quibusdam criminibus habetur præsumptio Iuris, & de Iure.*

2 *Sententia contraria refertur.*

3 *Vbi cessat præsumptio non habet locum præceptum, seu lex fundata in illa præsumptione.*

4 *Vera sententia fundatur.*

5 *Supposita præsumptione Iuris, & de Iure, iudicium illud, an de facto crimen habeat præsumptionẽ annexam spectat ad Inquisitores.*

1 SVnt aliqua, de quibus est præsumptio Iuris, & de Iure, quam Iurisperiti definiunt, vt sit legis dispositio aliquid præsumentis, & super præsumpto, tanquam sibi comperto statuentis. ita *Simanch. de cath. institut. tit. 51. nu. 4.* Tale crimen est sollicitatio in confessione Sacramentali, cum Pontifices præsumant sollicitantem Confessarium suspectum esse de hæresi, & ob hanc præsumptam suspicionem pœnas statuunt. Quo posito casus occurrere potest, vt aliquis Cõfessarius sollicitet in cõfessione, sed tamen certo moraliter constat hunc nõ male de Sacramento Pœnitentiæ sentire, sed solum ex libidine ad sollicitationem fuisse pellectum; an in quam talis sit denũtiandus

dus & sic in similibus criminibus, in quibus hæresis præsumitur.

2 Ad hanc difficultatem negatiue respondet *Riccius p.3 decis. 127. n. 6.* prout eum refert *Diana loc. citãdo*, & ante illum *Valerius in different: vtriusq; fori, verbo Hæresis, differentia 1. nu. 4.* vbi videtur cum distinctione respondere. In dubio sc:an cessauerit presũptio, quilibet obligatur ad reuelandum. Si vero constat præsumptionem non adesse, nõ teneri ad denũtiandũ dicit enim Valerius quod regula ad reuelandos in fide suspectos virtute edicti tum valet in his, in quibus edictum dicitur fundatum in præsumptionibus V. G. in Chiromanticis, Negromanticis, & cæteris, qui ex inspectione rumularũ, aut linearum manuum nõnulla prædicunt, nec non, si alias habeatur scientia, quod talis non habet pactum aliquod cum Diabolo: Vnde, in hoc casu non reperitur obligatio ad denuntiandos tales Chiromanticos, & Negromanticos: quia bulla Sixti Quinti facta aduersus istos videtur fundata in hoc pacto.

3 Probari potest opinio Valerij ratione, nam vbi cessat præsumptio non habet locum preceptum, seu lex fũdata in illa presũptione, vt ex multis probat *Homobonus p.1. Exam. Eccl. tr.5. cap.8.q. 53.* Sed preceptum denuntiandi in his criminibus fundatur in heresis præsũptione ergo cessante presumptione, cessandũ est preceptum, & lex.

Contrariam tamen sententiam veriorem puto; eamq; in materia sollicitationis aliquos Theologos non obscuri nominis simpliciter tenere affirmat *Trimarchus de confess. abut. Sacram. pœnit. disp. 12. sect.6. n.47.* vbi ita ait sentire *Riccium par. 3. decis. 287. n. 6.* & alij, quorũ mentionẽ facit tacitis nominibus *Freitas in addit. ad Acunha qu. 21. num. 26.* quos sequitur *Trimarchus loc. cit. nũ. 48.* di-

dicens hanc esse veriorem sententiam, *Diana in tract. de denũtiationibus resolut.* 10. *vers. & his minime suffragãtibus* quę probatur.

5 Primo; quia supposito delicto de hęresi presũptiuo ex Iure, vel ex Bullis Põtificijs, Iudiciũ hoc an vere adsit nec ne presũptio hęresis, nõ pertinet nõ modo ad denuntiantes, sed neq; ad Inquisitores quia vbi leges disponunt, hominis dispositio non habet locũ, ergo supposito delicto de hæresi præsũptiuo semper habet locum denuntiandi obligatio. Secundo quia fere nunquam denuntiatio locum haberet eũ semper quilib. posset iudicare, talẽ non ex errore intellectus, sed aut ex vehementi passione, aut ex voluptate ad ea delicta raptum fuisse.

Ad rationem in contrarium adductam; esto sit verum, quod cessãte pręsũptione legis, lex, & pręceptum etiam cessat; tamen cessauerit nec ne præsumptio legis: non est hoc Iudicium tam graue, tanque Reipublicę periculosũ priuatis personis, in quibus etiam mulierculę, & rudes homunciones comprehendentur, vllo modo relinquẽdum: tantum igitur põderis tanto Tribunali demandãdũ est, quod non solum ex sapientissimorum hominum prudentia, sed etiam Spiritus Sancti regimine gubernatur vt recte tradit *Trimarchus in terminis sollicitationis loc. citat. num.* 50.

QVAE-

QVAESTIO QVINTA.

De ſcientiæ qualitate ad denuntiandum huiuſmodi delicta requiſita in denuntiante.

CAPVT PRIMVM.

Scientiam criminis habitam per aliquem ex corporis ſenſibus ſufficientiſſimā eſſe ad inducendam denuntiandi obligationē.

SVMMARIVM.

1 *Ea, quæ non verè, ac realiter ſciuntur non ſunt ex obligatione denuntianda.*

2 *Scientia habita, ex aliquo corporis ſenſu ſufficientiſſima eſt ad inducendam obligationem denuntiandi.*

3 *Scientia huiuſmodi tripliciter in delicto hæreſis poteſt haberi.*

1 Re-

1 REgulare hoc eſt in omnibus ſiue ſtatutis, ſiue monitorijs ad denuntiandum obligantibus, vt non ſit obligatio denuntiandi ea, quæ non vere, & realiter ſcimus. Ratio autẽ huius regulæ dupplex aſſignatur a *Bonacina tom.* 1. *de onere, & obligat. denuntiandi punct.* 1. §. 4. *propoſit.* 5. *nu.* 1. Prima eſt; quia obligatio non eſt extendenda vltra id, quod exprimitur edicta autem loquuntur de ſcientibus, qui ſcilicet vere, ac realiter ſciunt. Secunda eſt; quia ſi aliquis non habens veram notitiam, ad reuelandum accederet, ſeipsũ periculo leuitatis exponeret; nam qui cito credit leuis eſt corde, *cap. non ſolum* 11. *q.* 3. & reo damnum inferret, quia ob id rigidius a Iudice, imo etiam aliquãdo iniuſte poſſet tractari de quo vide *Lazarium in practic. qq. ſect.* 2. *q.* 12. *p* totam, & præſertim *n.* 3.

2 Quoniã vero quo ad ſufficientiam ſciẽtiæ ad denuntiandum exquiſitam multiplex controuerti poteſt difficultas, primum an ſit ſufficiens ſcientia cõparata ab vno ex quinq; corporis ſenſibus, ſecũdo an ex audito, tertio an ex rationibus, vel indicijs, quarto an debeat præcedere infamia delicti, quinto an requiratur ſcientia delicti huiuſmodi, vt qui ſcit, illud probare teneatur.

Idcirco vt exacte pcipiamus, in propoſita materia quis vere, ac realiter ſcire dicatur, vnum quodq; horum in ſingulis capitibus diſcutiẽtes in præſenti agemus de ſcientia habita ex aliquo corporis ſenſu.

Dico primo, ſcientia habita per vnum, ex quinque corporis ſenſibus eſt ſufficiẽtiſſima ad denũtiandũ. Probatur quia vt diximus, ſtatutum obligans ad denuntiandum ſcientes, obligat eos, qui vere, ac realiter ſciunt, ſed ſcire proprie, ac vere eſt veritatẽ viſu perceptam retinere, vt inquit *gloſſ. in l.* 2. §. *idem habeo ff. de aqua pluuia arcen. gloſſ. in*

cap. tua nos, de ſponſal. & eſt textus in cap. hoc videtur 22. *q.* 3. Et ſcire dicitur, qui cognoſcit per vnum] ex quinque corporis ſenſibus *l. qui teſtamento, ff. de teſtam. l.* 1. *in princip. ff. de his, quæ in teſtament. delentur. praxis Neapolit. cap.* 2. *notab.* 9. *Lazarius in pract. qq. q.* 12. *num.* 3. *Ioan: Petrus Ferr. in prax: Papien. in forform. infra teſtium in gloſſ. dicere num.* 1. *Menocchius de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 22. *num.* 10. vbi inquit, *teſtis atteſtari debet de ijs, quæ vel vidit, vel quæ ſenſu corporis certa eſſe percipit.*

3 Scientia vero huiuſmodi tripliciter in delicto hæreſis poteſt haberi; primo ſi quis audierit quempiam hæreſes, aut hæreticales propoſitiones proferentem. Secundo ſi quis audieret hæreticum proprio ore confitentẽ, ſe hæreſes, aut hæreticas propopoſitiones protuliſſe aut factum aliquod hæreticale perpetraſſe. Tertio. Si quis viderit aliquem facinora, de quibus hæreſis præſumi, recteq; conijci poteſt, operantem. Cum non ſolum verbis, ſed etiam operibus hæreſis manifeſtetur.

Quia vero de his nulla eſt difficultas ſufficit afferre ſolum *Nauarrrum in conſ.* 3. *de hæreticis. a Sanctarello citatum in tract. de hæreſi cap.* 9. *dub. vnico, num.* 16. dicentem: *Edicta quibus iubemur denuntiare aliqua, quæ ſcimus, non obligant eos ad denunciandum, qui tantum aliquo modo ea audierũt vel de illis ſuſpicantur. ſed tantum illos, qui certo illa cognouerunt vel quia reus id confeſſus eſt vel quia viſu viderunt.*

CAPVT II.

An ſcientia hæreſis ex auditu ſit ſufficiens ad reuelandum?

SVMMARIVM.

1 *IN Iure teſtis de auditu regulariter non di-*

diciturſcire; niſi adſint aliquæ conditiones.

2 *Perſona, a qua teſtis audiuit, debet eſſe fide digna.*

3 *Procedit hoc etiam in crimine hæreſis.*

4 *Perſona, a qua teſtis audiuit, debet eſſe certa, & cognita ab audiente.*

5 *Is, a quo auditur. certo ſcire debet, & qui audit ab aliquo vacillante nõ tenetur denunciare.*

6 *Concurrentibus his conditionibus, adeſt obligatio denuntiandi hæreticos, ſeu ſuſpectos de hæreſi.*

7 *In dubio, an adſint prædictæ conditiones, tenetur quis denuntiare.*

1 HAec dubitatio non leue fundamentũ in Iure videtur habere ad reuelandum enim, etiam in delicto hæreſis requiritur vera ſcientia. De iure autem non dicitur regulariter ſcire teſtis, quod audit *l. 2. §. habeo ff. de aqua pluuia. arcend.* Et regulariter teſtis de auditu videtur nullius momenti, tanquam non concludens neceſſario *l. teſtium C. de teſtibus*. his tamen minime releuantibus, dico; quod ſi in teſte de auditu adſint tres conditiones, dicitur proprie ſcire, ac tenetur reuelare.

2 Prima conditio eſt, vt perſona, a qua audiuit, ſit fide digna ita *Bonacina to. 1. de onere, & obligat. denunc. punct. 1. §. 4. num. 1.* loquens de obligatione reuelandi quælib. delicta in genere. vnde ſi quid audiuimus a perſona fide non digna, non tenemur denũtiare, quia hęc non dicimur ſcire; *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 13.* & alij, quos citat *Bonacina* vbi ſupra, *Lazarius* loquens de monitorijs generaliter *in pract. qq: quæſt. 12. ſect. 2. num. 4.*

3 Loquens autem in terminis hęreſis *Sanctarellus cap. 9. dub. vnico, num. 16.* ſic ait *(ſi quis audiuit à perſona fide non digna aliquem eſſe hæreticum, non tenetur*

illam denunciare; nam leuis tunc haberetur iuxta doctrinam Cordubæ lib. 1. *quæſt.* 9. 43.*deb.*2.*§.*6 *quando. & in ſumm:quæſt.* 64. *in fine* ,*§. il ſexto Petrus Nauar.lib.* 2.*de reſt.cap.*4.*par.*2.*dub.*10.*num.* 198.*Roderic. de ordin. iudiciar. cap.* 4. *concl.* 10 *nu.*12. *Gutierez lib.* 1. *quæſt. canon. cap.* 11. *num.*71. *qui docent, quod cum quis tenetur aliquid ſub peccato mortali denuntiare ,ſeu reuelare,excuſari ab hac denuntiatione ,ſi id audiuit a perſona leui, & indigna, cui habeatur fides. At ſi audiuit a perſona fide digna, tenetur, ea non denũtiante, ipſe denuntiare ; nam talis notitia plurimum valet, & ſuperior poteſt citare illam perſonam, a qua denuntiator audiuit eiuſq; teſtimonium accipere. ita Nauarr. in cap. Inter verba, coroll.* 66.*num.* 290. *in ſecunda editione; & in ſumm. cap.* 25. *num.* 46. *Roderic. in ſumma tom.* 2. *c.* 217. *num.* 9.*& de ordin. Iudici. cap.* 4. *concl.* 20. *nu.*12. ita *Sanctarellus*.

4 Secunda conditio eſt, vt perſona a qua audiuimus, ſit certa, & a nobis cognita, vnde quando auditio fuit dubia, vel neſcitur, a quo audiuimus, vel a perſona incognita, vt per vicos, & plateas, tunc non tenetur quis reuelare, ita *Lazarius ſect.* 2.*cit. qu.* 12. *num.* 2. vbi citat *Nauarr. in man. cap.* 25. *num.* 46. *verſ.* 7.*& in cap.inter verba* 11. *q.* 3. *concl.* 6. *corol.* 66. *num.* 786. *in fine*. *Cordub. lib.* 1. *quæſt.* 43. *in* 6. *caſu Greg. Sair. in claui Regia lib* 12. *cap.* 14. *n.* 33. *Graff. conſil.* 1.*de teſtibus cogend. num.* 19. *& par.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 30.

5 Tertia conditio eſt, vt is, a quo audiuimus, certo ſciuerit; nam quando quis audiuit ab aliquo vacillante, non tenetur reuelare, quia teſti vacillanti nũ creditur. *Lazarius loc. cit. nu.* 2. *Bonacina tom* 3 *de onere, & obligat denunc. punct.* 1. *§.* 4. *propoſit.* 1. *num.* 1. *Sanctarellus* loquens in terminis de hæreſi *cap.* 9. *dub. vnico,num.* 16. vbi ait : *Nec*

item

item tenetur denunciare, ſiquidem audiuit, nec recordatur, a quo id audiuerit, vel ſi ÿ, a quo audiuit nihil certi ſciat, citat *Nauarr. iu cap. inter verba coroll. 66. n.* 291.

6 His igitur conditionibus poſitis ſc: dignitate, & certitudine perſonæ, a quo auditur, & eiuſdem certa ſcientia, adeſt obligatio denuntiandi, dummodo, perſona, a qua audiuimus, ipſa non denuntiauerit, eo .n. caſu quis denuntiare non tenetur. ita *Bonacina l. cit. punct.* 1. §. 4. *propoſit.* 1. *nu.* 2. vbi citat *Nauarr.* loco ſupra citato *Auila diſp.* 15. *concl.* 6. *Sayrum lib.* 1 *de cenſuris, cap.* 9. *n.* 34. *Rodriquez* 1. *part. cap.* 79. *num.* 7. *Graffium.* 1. *part. deciſ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 3. *Lazarium l. cit. num.* 9. & ſuppreſſo nomine alios. *Lazarius q.* 12. *citata num* 9. cum pluribus ab eo citatis.

7 Notandum tamen eſt cum *Genuenſi in prax. Archiepiſc. cap* 2. *not.* 9. *Nauarr. d. coroll.* 66. *num.* 787. *& in manual. cap.* 25. *num.* 49. quos refert, & ſequitur *Lazarius l. cit. num.* 4. quod in dubio, quãdo reuelãs neſcit diſcernere dictas qualitates in illis, a quibus audiuit, debet reualare ex regula Iuris, quod tutior via ſit eligenda.

CAPVT III.

Sciẽtia, quæ habetur ex indicijs, & rationibus qualis eſſe debeat, vt quis ad denunciandum obligetur.

SVMMARIVM.

1 *SVſpicio hæreſis etiam leuis, conſiderata in ordine ad crimẽ ipſum, inducit obligationem reuelandi.*

2 *Idem eſt in ſuſpicione leui, conſiderata reſpectu motiui, & præſumptionis, quæ leuẽ connexionem habet cum crimine commiſſo.*

3 *Leuitas ſuſpicionis conſi-de-*

derata ex parte ſcientiæ ſuſpicantis excuſat ab onere denuntiandi.

4 *Doctores, & rationes, qui bus hæc doctrina nititur.*

1 PRo ſolutione aduertẽdum eſt, quod ſuſpicio de hæreſis poteſt cõſiderari primo ex parte delicti, & conſiſtit in quadam connexione operis, quod cum hæreſis formaliter nõ ſit, habet tamen cum hęreſi affinitatem; idcirco ſecundum hanc maiorem, ſeu minorem affinitatem, & connexionem, diſtinguitur ſuſpicio in leuem, vehemẽtem, & violentam, & idem opus in Inquiſitione Romana reputatur ſuſpectum de vehementi, quod in Hiſpana habetur pro leui, quale eſt polygamia, & reſpectu huius leuitatis, quis ſciens commiſiſſe aliquod crimen, quod reddat leuiter ſuſpectum de hæreſi ſẽper tenetur illud manifeſtare, quia huic leuitati cõpetit pœna abiurationis, & aliæ.

2 Secundo, ſuſpitio cõſiderari poteſt reſpectu motiui ducentis ad ſuſpicandum, quod dici poteſt præſumptio, ſeu medium, & argumentum, quo ſuademur, leuiter quidem, aliquẽ commiſiſſe crimen quod etiam de ſe ſit ſuſpectum de vehementi, imo quod ſit hęreſis, vel Iudaiſmus. Tale eſt exemplum allatum *quæſt.*4. *cap.* 9. *nu.* 5. de quibuſdam, qui conuicti fuerũt de Iudaiſmo, & ſolum denuntiati fuerũt, quod ſemper lauarent manus, prius quam comederent. Nam lotio manus leuem habet cõnexionem, vt ſuadeatur quis, quod ſic lauans efficiat hoc ad peragendas cęremonias Iudaicas. Et in hoc caſu attenta præſertim qualitate committẽtis crimen nõ eſt omittenda denunciatio, quia ex leui veſtigio ſolet ſemper magnorum delictorum inquiſitio inſtitui. Et ſic de facto in celeberrimo illo actu An. 1641. habito Panormi duo,

qui

qui tãquam hæretici combusti fuerunt, denuntiati fuere, sed non de hęresi formali.

3 Tertio cõsiderari potest suspicio ex parte suspicantis, & tunc distingui potest in leuem, seu grauem, secundum minorem, vel maiorem certitudinem, quam habet ex indicijs, & coniecturis suspicans, quod aliquis cõmiserit hæresim, aut crimen de hęresi suspectum. Adeo, vt possit dari leuis suspicio de crimine, quod violentam hęresis suspicionem inducat, & è cõtra. Exemplo rem illustrabimus. Crimen sollicitationis in Sacramentali Confessione, fert secum in Inquisitione Romana vehementem hęresis suspicionẽ, quia sollicitatio in confessione licet non sit formaliter hęresis; tamen magnam habet connexionem cum praua de offenso Sacramẽto opinione. Si autem pœnitens non certo scit sollicitatam fuisse, quia videlicet non se tam aperte confessarius declarauit, habet tamẽ aliqua indicia; in hoc casu habetur leuis suspicio de facto, & opere, quod secum fert vehementem hæresis suspicionem.

Et in hoc casu quis non debet se mouere ad denũciandum aut ex temeraria cognitione, aut ex multum leui, in quo casu loquuntur DD. asserentes.

Quod ex leui suspicione, leuibusq; signis nõ tenetur quis denunciare. ita *Bonacina loc. cit. punct.* 1. *num.* 1. *§. hinc sequitur*, vbi reddit rationem, quia hæc non dicitur scire, & ad denunciandum vera scientia acquiritur. *Sanctarellus de hæresi d. cap.* 9. *dub. vnico, num.* 16. vbi loquẽs de hæretico, sic ait: *Non tenetur quis denunciare eum, quem ob leuem suspicionem, & ob indicia, quæ facile fallere possunt, suspicatur esse hæreticum.* ita *Nauarr. consf.* 3. *de hæreticis*, incipit, *Dubito.* vbi etiam ait, *Edicta, quibus iubemur denunciare aliqua, quæ scimus, non obligare eos ad denun-*

nunciandum, qui tãtum aliquo modo ea audierunt, vel de illis suspicantur, sed solum illos, qui certo illa cognouerunt, vel quia reus id confessus est, vel quia visu viderũt illum delinquentem. ita Innocent. in cap. Cum caussa n. 1. de iuramento calumn. vel saltem ab aliquo viro fide digno illud cognouerent, tanquã rem certam iuxta glossam in l. Titio ff. de conditio. & demonstr. Hæc Sanctarellus *Thomas Zerola in praxi Episcopali prima part. in verb. hæretici, quæst. 25.* ait *Quando scio aliquem esse hæreticũ per visum alium sensum corporalem, vel per confessionem eius, fieri illud, vel quod habetur pro indubitato; secus quando leuis esset suspicio, aut signa leuia, quæ facile fallaces sunt, Nauar. cons. 3. de hæreticis.* hæc Zerola. Et secundum hæc explicandi sunt Authores asserentes leuiter suspectum de hæresi non esse denuntiandum.

(:) † (:)

CAPVT IV.

An scientia ad denuntiandum necessaria præréquirat infamiã delictorum.

SVMMARIVM.

1 *Ad inducendam denunciandi obligationem non prærequiritur infamia commissi delicti.*

2 *In alijs criminibus, præterquam in hæresi requiritur præuia infamia.*

3 *Non modo non requiritur infamia, sed denuntiãdus est vir bonæ famæ, si constat crimen huiusmodi commisisse.*

4 *Sententia aliquorum asserentiũ ad denuntiandum confessarium sollicitantẽ prærequiri diffamationẽ sollicitationis.*

5 *Contraria sententia, tãquam vera proponitur.*

Plu-

6 *Pluribus rationibus confirmatur.*
7 *Solutio ad argumentum deſumptum ex verbis Bullæ de ſollicitatione.*
8 *Mulier, quę habet malum nomen veneficæ quãdo ſit denuncianda.*

HAEc quæſtio primum de omnibus delictis generatim ad Tribunal SS. Inquiſitionis pertinentibus controuertenda eſt. Deinde ſpecialiter in materia ſollicitationis in confeſſione Sacramentali, in qua propter aliqua verba in Bullis Pontificijs de hac materia appoſita, peculiarior videtur eſſe difficultas. Verum vt a generalioribus ad ſpecialia deſcendamus.

1 Dico primo; quilibet ſciens ſufficienter aliquem eſſe hæreticum, aut de hæreſi ſuſpectum, tenetur illũ denunciare, licet eiuſdem delicti nulla præceſſerit infamia. Probatur concluſio: Quoties Inquiſitores cõtra delinquentes poſſunt procedere; toties eorum delicta, qui nouit, tenetur Inquiſitoribus denunciare; ſed Inquiſitores poſſunt cõtra delinquentes procedere ſiue per generalem, ſiue per ſpecialem inquiſitionẽ; licet nulla præceſſerit delictorum infamia, ergo Maior patet, & aſſertur a *P. de Peyrinis tom. 2. priuileg. conſtit. 4. Gregor. xv. §. 3. num. 3.* quem refert, & ſequitur *Trimarchus de confeſſar. abuten. Sacram. Pœnit. diſput. 12. ſection. 4. num. 34. in medio.* Minor docetur *a Simanch. de Catholic. inſtit. tit. 44. a n. 7. Pegna in director. part. 3. comment. 16. Rojas ſingul. 3. nu. 22.* quos refert, & ſequitur *Trimarchus loco cit. nu. 34. in fin.* vbi ait, hoc ab alijs grauibus DD. ſuſtineri Quibus adde *Souſam de ſollicit. in confeſſione tr. 2. cap. 21. n. 2.* vbi ait *Illud notandum duxi, nimirum nec ad procedendum via accuſationis, nec via denunciationis requiri infamiam, cum neque ad alias cauſas hæreſis, aut ſuſpicionis illius requiratur, a nullo enim doctorum hæc*

conditio desideratur. Locatus de Iudic. Inquisit. verb. Infamia, num. 11. *& verbo Inquisitorum num.* 18. *Repertor. Inquisitor. verbo Inquisitio. vers. nota quod crimen hæresis. Martin. del Rio disquisit. magic. lib.* 5. *in* 2. *appendice q.* 17. & alij, quos refert *Farinac. de hæresi qu.* 185. *§*.4.*n.*48. *Decian. crim. lib.*5.*cap.*29.*nu.*4. Requirũtur tamen indicia, vt citati DD. affirmant, *& Farinac. nu.* 53. *& seqq.*

2 Et hoc esse speciale in crimine hæresis in fidei fauorem, & Christianæ Reipublicæ vtilitatem dixit *Simanchas loco cit. nu.*9. cum in cœteris criminibus non inquiratur specialiter de certis psonis, & criminibus nisi præcesserit infamia, quæ vicẽ accusationis obtinet, *Simanch. ib. n.* 18.

3 Dico secundo etiam si quis sit bonæ famę, modo sufficienter constet hunc cõmisisse hæresim, aut crimen de hęresi suspectum, tenentur illum denũciare; quia possunt contra talem Inquisitores procedere, etiam si denunciatio facta fuerit ab absente per litteras secretas, vt probat ibid. *Simanch. n.* 10.

4 Deueniendo modo ad crimen sollicitationis in confessione. *Fagundez pręcept.* 2. *l.* 4. *cap.* 3. *num.*31. bis docet, mulierem sollicitatam non teneri confessarium sollicitantem denunciare, si alioquin de hoc crimine nõ fuerit diffamatus, quæ tamen infamia debet esse minor, quã in alijs peccatis. ita etiam *Megala lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 14. & alij Theologi, quos tacito nomine refert *Trimarch. loco cit. n.* 33. Mouentur; quia in Bullis Pontificijs de sollicitatione in confessione habentur hæc verba: *De præmissis quomodolib. diffamatos.* Sed his minime refragantibus.

5 Dico tertio mulierem sollicitatam teneri ad denunciandum confessarium sollicitantem in actu confessionis Sacramentalis, licet nulla pręcedat infamia. ita

ita *Acuna q. 4. nu. 2. P. de Peirinis tom. 2. priuileg. constit. 4. Gregor. xv. §. 3. nu. 3. Castropalao tom. 1. oper. moral. tract. 4. disputat. 9. punct. 10. nu. 3. Moura opusc. 1. de Ensal. & in cant. sect. 3. cap. 3. num. 11. Sousa de confessar. sollicit. tract. 2. cap. 21. a nu. 2. Portell. in addit. ad dub. regular. verbo, sollicitare. n. 11. & 20. Sanctarellus de hæresi cap. 44. dub. vnico, nu. 8. Bossius loc. cit. dub. 24. nu. 84.* & alij graues Theologi, vt refert Trimarchus, quibus suffragatur, *loc. cit. nu. 34.* hæc cõclusio probatur.

6 Primo; quia cum sollicitationis crimen secretissime committatur, neque ab alio, quã a muliere sollicitata soleat sciri, nulla alià potest haberi diffamatio, nisi cum de tali crimine sit denunciatio, vnde fere nũquã denũciarentur, & bullæ Pontificiæ hoc pacto deluderentur, & via sceleſtis confessarijs tuta patefieret, cum non timerent suis sceleris denunciationem, nisi præhabita diffamatione, quæ tum ratione fœminei pudoris tum etiam ratione delicti tam secreto perpetrati fere nunquam haberetur.

Secundo quia dijudicare, an precedat infamia sollicitationis non est neque fœminarum, neq; puerorũ, cum maturius iudiciũ huiusmodi disquisitio exposcat.

Tertio quia praxis, & stilus hodiernus est, vt nulla precedente infamia fiat talis denunciatio.

Quarto, quia cũ in alijs criminibus ad Inquisitorũ iurisdictionem spectãtium precedens diffamatio non efflagitetur, non est ratio conuincens, cur in sollicitationis crimine requiratur. præsertim cum in bullis Põtificijs de sollicitatione latis apposita sint illa verba: *Iuxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de heresi quouis modo suspectos a Sede Apostolica cõcessã continentiam, & tenorem procedas.*

7 Per ea verba vero:

Quomodolib. infamatos; non præscribitur, vt necessario debeat precedere vera infamia, sed sufficere qualẽcumq; infamiam, vt patet ex illa particula, *Quomodolibet*, & constat *ex cap. statutũ 55. in nulla, de rescriptis, in 6. & cap. indemnitatibus, §. sanè, de elect. in 6.* & affirmat ibi *Glossa*. idem constat *ex Clement. 2. de priuileg. in fin.*

Nam suspicio, quæ oritur ex indicijs, etiã potest nominari infamia, vt bene docet *Sanctarellus nu. 8. cit.* Vnde sufficit confessarium etiam apud fęminam sollicitatam infamatũ, vt possit merito dici quomodolibet infamatus alias afferunt responsiones DD. sed hęc aptior videtur.

8 Sed quamuis ad obligationem denunciandi nõ requiratur infamia criminis, videamus an denuncianda sit mulier, quæ habeat malum nomen veneficę, ad quam plures concurrunt pro maleficijs, non tamen apparet ipsam fecisse, nisi simplices superstitiones, & dicendum est, ꝙ si pluries, & passim ad quorumcumque instantiam id faciat, denuncianda est, ita *Genuensis in praxi Archiep. Neapol. cap. 18. nu. 4. quem sequitur Carena p. 2. tit. 9. §. 7. num. 32.*

CAPVT V.

An quis ita scire teneatur, vt debeat delictum hæresis probare, & si probare non possit à denunciando deobligetur.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter nemo tenetur ad denunciandum id, quod probare non potest.*

2 *Iudex præcipiens denunciari id quod scitur, intelligi debet, dummodo possit probari.*

3 *Pręceptum de denunciando*

do id, quod quis poſſit, aut etiam non poſſit probare, non valet.

4 *Præmittuntur aliqua ad probationem veræ concluſionis in crimine hæreſis.*

5 *Quilibet tenetur hæreticũ aut ſuſpectum de hæreſi denunciare, licet probare non poſſit.*

6 *Delictum vergens in dãnum multitudinis quilibet tenetur denunciare, quamuis probare nõ poſſit.*

7 *Quilibet tenetur denunciare, quamuis probare nequeat delictum, de quo debet eſſe denũtiator, & teſtis.*

1 NEminem teneri ad denunciandum id, quod probare non poſſit per teſtes, vel ſcripturas, aut indicia ſufficientia, vel infamiam pro indubitato tenuerunt *ex Felin. in cap. de cætero de ſentent. & re iudic. §. fin. Ripa in tract. de peſte tit. de remed. ad curãd. peſt. remed. vlt. nu.* 124. *Dom. Antonin.* 3. *part. ſum. tit.* 24. *cap.* 74. *circa princip. Angel. in verb. Denunciatio. §. fin. Silueſter. verbo, excommunicatio el.* 2. *§.* 3. *&* 8. quos citat, & ſequitur *Lazarius in materia monitoriorum in pract. qq. ſect.* 2. *quæſt.* 11. *nu.* 1. vbi ait videri communẽ opinionem *per cap. Sacerdos de pœnit. diſt.* 6. vbi late *Nauarr.* quibus *adde Bonacinã tom.* 3. *de onere, & obligat. denunciandi pun.* 1. *§.* 4. *propoſit.* 2. *nu.* 4. Ratio vero eſt, tum quia crimen, quod probari non poteſt, ita ſe habet, ac ſi neſciretur; tum etiã quia denuncians præſumeretur proditor, & calumniator.

2 Quod ſi Iudex præcipiat, vt qui talem rem ſcit, per denunciationem manifeſtet, intelligitur de ijs qui illud ſciunt, & probare poſſunt. & ſic de ſciẽtia probabili *gloſſ. in cap. plerumque* 2. *q.* 7. *Io: Gutier. lib.* 1. *can. qq. cap.* 11. *nu.* 22. cum alijs, quibus relatis ſuffragatur *Lazarius ibidem num.* 4.

3 Si vero iudex in monitorialibus litteris iuberet,

quod

quod sciẽtes propalẽt, siue pbare possint, siue nõ, haud valerent huiusmodi litterę, quia cõtinerent errorem intolerabilem, nisi adderet, quod qui non potest probare, diceret sibi in secreto, & tunc teneretur quis in secreto reuelare Prælato, vt corrigeret occulte, tanquam Patri, si hoc intendat facere, *cap. hoc videtur, 22. q. 5. glos. in cap. Sacerdos de pœnit. dist. 6. cum Doctoribus a Lazario ibid. num. 9. citatis.* de quibus, & alijs ad hanc regulam pertinentinentibus vide *Lazarium, & Bonacinam loc. cit.*

Hanc vniuersalem propositionem extendit *Decianus tract. crim. tom. 1. lib. 5. cap. 30. nu. 4.* etiam ad materiam hęresis, vt denunciatio, hęresis quę probari non possit, a Iudice Ecclesiastico, seu eius actuario non sit admittenda, vt est *tex. in clem. 2. de hæret.* ita etiam *Io: Andr. in cap. nouit. de iudi.* nam occulta soli Deo reseruantur. *c. si nobis, & c. seq. de simonia*, pro vt eos refert *Lazarius ibid nu. septimo.*

4 Ad intelligentiam eorum, quæ dicenda sunt, p̃mittendũ est primo; quod crimen duppliciter se potest baberi. primo vt vergat in grauem perniciem aut tertiæ personę priuatę, aut Reipublicę Secundo vt in alterius damnum graue non redundet. Hęresim vero in quale detrimentũ Christianę Reipublicę vergat, per se patet.

Secundo pręmitte; quod monitoria, & edicta possunt ad dupplicem finem promulgari, siue ad denunciãdum tantum, siue etiam ad testificãdum, vt scilicet denuntiator pro teste habeatur, vt est in causa hęresis, in qua Promotor fiscalis supplet accusatoris officiũ, & denunciator pro teste recipitur. his pręmissis.

5 Vnica conclusio. Quilib. tenetur hęresim occultam alterius denunciare, quamuis illam probare nõ possit. ita omnes Doctores, quos *quæst. 4. cap. 3.* attulimus,

mus, vbi latiſſime probauimus hoc non ſolum eſſe certum, ſed etiam ab omnibus ſuſtineri, neq; adeſſe Authorē, qui in criminibus ad S. Officium pertinentibus doceat, Hęreticum, aut ſuſpectum de hęreſi oc cultiſſimum, cuius notitiam ſolus habeat ipſe denuncians, non eſſe denunciandum. Quare hic aliqua ſolum adnectam, cū hęc quęſtio cum illa ferme in idem recidat.

Probatur primo; Quilib. tenetur ſuperiori peccatū alterius manifeſtare, per ꝙ infertur proximo grauis iniuria, & damnū, prętertim quando ſuperior id pręciperet, quamuis illud probare non poſſit, vt tradunt *Dried. lib. 2. de libert. Chriſtian. cap. 7. in princ. Nauar. in ſum. cap. 22. num. 83. Hēriq. lib. 11. cap. 4. n. 5. Couarr. in 4. Decretal. par. 2. cap. 6. §. 10. nu. 21. Vega in ſumma lib. 3. caſu 136.* prout eos citat *Sanctarellus ibid.* vnde regulam illam vniuerſalem in tali caſu non procedere affirmat Sanctarellus, & authores ſupracitatos, dicentes neminem teneri denūciare, quod probare non poſſit, dicit eſſe explicandos, quando ex non denūciatione proximo non infertur damnum, nec a ſuperiore præcipitur. Eamdē illius regulę exceptionem affert *Lazarius loc. cit. num. 21.* cuius verba referre placet.

Remota quidem omni hæſitatione concludunt omnes, quod teneatur quis reuelare crimen occultum alterius, etiamſi illud probare nō poſſit etiam nulla præcedente infamia, vel monitione ſuperioris, nec fraterna correctione, quando illud vergit in grauē perniciem ſpiritualem, vel temporalem alicuius communitatis, veluti ſi quis vellet tradere ciuitatem inimicis, aut ſit hæreticus etiam occultus, vel ducere aliquos in ſuam hæreſim occultam, vel aliquod magnum committeret incendium, tanto magis exiſtente edicto, vel monitorio ſuperioris manifeſtare tene-

netur, *aliàs peccat mortaliter*, *& excommunicationem incurrit*, *vt per Nau. ma. c. 25. num. 33. Sot. de rat. teg. ſecr. memb. 2. q. 4. in 2. concl. Bann. in 2. 2. qu. 33. art.* 8. *poſt D. Th. ibi. art. 7. Innoc. in cap. 1. de teſt. cogen.* & de communi opinione teſtatur *Rojas in ſingul. fidei 2. n.* 19. *Lopez in inſtitut. conſc. p. 2. cap. 10. qu. 4.* & pro maiori huius intelligentia vide *Sairum in cla. lib 12. cap. 19. nu. 9. & cap. 14. a nu.* 22. hęc Lazarius.

Sed crimen hæreſis, etiã occultæ, vergit in grauem iniuriam Dei, Eccleſiæ, & in notabiliſſimum detrimẽtum fidelium, vt patet, & ſupra probatum eſt, ergo quilibet tenetur hæreſim alterius occultam Inquiſitoribus manifeſtare, quamuis illam probare non poſſit.

7 Secũdo probatur quia; ſuprapoſita regula, quod quis denunciare non tenetur, quod probare nõ poteſt, limitatur, niſi pedictũ aut monitorium denunciator debeat eſſe teſtificator, tunc enim reuelare qs debet, quamuis probare non poſſit, etiam cum id iubetur generaliter, etiam ſi interpoſitum fuiſſet iuramẽtum de illud nõ reuelãdo, *ca. intimauit, de teſtibus. Ripa vbi ſupra num.* 128. *Prob. in ca. 2. de conſtit. Nauarr. in cap. inter verba. concl. 6. nu.* 780. *Ludou. Lopez in inſtruc. conſc. par. 2. c. 10. q. 4. optime Sairus in clau. lib. 12 c. 19. n. 9 poſt. Pan. in c. ad noſtram el. 2. de iureiur. & Hẽric. Boich. in c. qui cum fure. de fur. Lazarius loc. cit. num. 12.*

Sed vt diximus in cauſis fidei denunciator habetur pro teſte, ergo quilib. tenetur hæreſim, licet occultã, & quam probare non poſſit, Inquiſitoribus denunciare.

Tertio probatur; quia huiuſmodi denũciatio nullomodo dici poteſt inanis, & vana, quia in hoc caſu quamuis Inquiſitores contra denunciatum procedere non poſſint; tamen illis aperitur via, vt diligentius in verba, actiones, & mores de-

denunciati inquirant, qua via facile poterunt cognoſcere, an qui denunciatur ſit hęreticus, quod eſt optimum medium ad hęreſes profligandas, & cauendas.

Quarto in alijs delictis propterea nõ tenetur quis denunciare, quod probare non poſſit, quia per tale teſtimonium non poteſt puniri, aut vitari aliquod peccatum, at hęreſis alterius occulta ſi denuncietur, poteſt illi obuiam iri, ſic enim timebunt hæretici ſuas hęreſes prodere, cum ſciant poſſe, & debere eorum hæreſes manifeſtari, nec requiri, vt probentur, ergo cum per huiuſmodi denũciationes vitentur hęreſes, iure tenetur quilib. ſub culpa eas manifeſtare, quãuis ſufficienter illas probare non poſſit. ita *Sanctarellus loc. cit.*

QVAESTIO SEXTA.

De personis, quæ denunciare tenentur, & quas denunciare quis tenetur, & quibus tanquam iudicibus cōpetentibus denunciandæ sint.

CAPVT PRIMVM.

Quæ personæ obligentur ex edictis DD. Inquisitorum ad denunciandos hæreticos, siue suspectos de hæresi.

SVMMARIVM.

1 *Omnes generaliter tenentur ad denunciandos hæreticos, seu suspectos de hæresi.*

2 *Verbum, statim, in Iure quid importet.*

3 *Verba, cuiuscumque dignitatis, aut præeminen-*

nentiæ, quid significet.

4 *Reges, & Principes tenẽtur denunciare Inquisitoribus hæreticos, aut suspectos de hæresi quod illustratur exemplo Ioannæ filiæ Caroli V.*

5 *Omnes Prælati cuiuscũque dignitatis in Regnis Hispaniarum tenentur Inquisitoribus denunciare.*

6 *Verbum, cõdictionis, quid importet.*

7 *Regulares omnes tenẽtur ad denunciandum.*

1 REgula in hoc generalis esse potest, vt ij omnes teneantur ad denunciandum, qui ex edictis Inquisitorum possunt obligari: ab hac autem obligatione nemo est immunis. Inquisitores enim licet nõ sint dati ad vniuersitatem causarum; sed solũ ad causas fidei; tamen dati sunt ad vniuersitatem personarum *Franciscus Penna in addit. ad. 3. part. director. quæst.* 4. *commentar. 53. versic. illud tamen* vbi citat *Geminianũ in cap. Ne aliqui, de hæret. in* 6. & Inquisitores posse procedere contra omnes & quoscumq; quauis dignitate illustres, docet *Carena p. 2. tit. 9. de obligat. denunciandi. §. 7. num.* 26. *& part.* 1. *tit. 5. §. 9. nu. 73. Ferdinandus de Castropalao tract. 2. disp. 8. puncto 12. §. 2. num.* 5. *Sousa in aphor. Inquisitor. lib. 1. cap. 4. n. 1. Zanardus in summa. cap. 6. quæst. 19. Medina de iust. & iure tract. 5. tom. 7. disp. 28. nu. 18. Param. de orig. Inquisitionis lib. 3. q. 5. n. 25.* & habẽtur expressa verba *Concilij Biterrẽsis cap.* 1. *Ac deinde*, inquit, *Mandetis vt omnes, quise, vel alios sciuerint in crimine labis hæreticæ deliquisse cõpareant coram vobis veritatem dicturi.*

Quapropter hac amplitudine potestatis vtentes DD. Inquisitores vniuersalissime præcipiunt, hæreticorum, & suspectorum de heresi sibi denunciationem fieri per hæc verba. *A todos los vezinos y moradores estãtes y residentes en todas las*

Ciudades, villas, y lugares deste nuestro districto, de qualquier estado, condicion, praeeminençia, o dignidad, que sean exemptos, o no exemptos, y cadauno, y qualquier de vos, a cuia noticia viniere lo contenido en esta nuestra carta, en qualquier manera, &c.

2 In quibus verbis præceptiuis, verbum illud, estado, comprehendit quempiam, siue seruus sit, siue ingenuus, siue Libertinus, ex *textu in lege summa cum lege sequenti ff. de statu hom.* Item siue integri status sint, siue diminuti *l. cognitionum versic. 1. ff. de var. & extraord. cognit.*

3 Verba illa sequentia *preeminentia ò dignidad* significant in hoc crimine cessare omne priuilegium cum administratione, vt ea durante nemo cōueniatur *per tex. in leg. pars litterarū, & ibi Bartol. ff. de Iudic.* cessat etiam priuilegium concessum quibusdam in dignitate existentibus *lege finali. Cod. vbi Senat. vel clariss.*

4 Quapropter ex vi horum verborum, loquendo de Personis laicis etiā Principes, & Duces hoc præcepto adstringuntur, quod bene notat *Paramus vbi supra num.* 40. Hic uero nullo modo prætermittendum est celeberrimum exemplū Christianissimi, inuictissimi ac PP. A. ęternæ memoriæ D. nostri Imperatoris Caroli V. Itaque ann: 1559. in Hispania inter nonnullos serpere cœpit hæresis lutherana, inter quos fuit **Augustinus** Cazalla Doctor Theologus, & Canonicus Salamantinus, & Regis Concionator. Peruenit hoc ad DD. Inquisitorū aures: adhibita est consultatio: decretum fuit, vt ipsa serenissima D. Ioanna eiusdem Cæsaris filia interrogaretur super quibusdam ad fidem Catholicam spectantibus, contra quemdā, cuius ipsa notitiam haberet. Quæ prius quam deponeret ab Inquisitoribus requisita, ipsum Impe-

Imperatorem conſuluit, a quo monita fuit ne rem differret, ſed ſtatim quidquid ſciret deferret, ne excommunicationem incurreret, ſuperaddens, quod ſi ipſa etiam in minima re ſe culpabilem agnoſceret, peracto fidei negotio accederet ad Inquiſitores: perinde ac ſi eſſet priuata, & particularis perſona, & illis reuelaret, quæ ſciret commiſſa, & patrata contra fidem Catholicam, nec modo cõtra ſe; ſed etiam contra quoſcumque. Tum sereniſſima Ioanna ſuam depoſitionem fecit coram Archiepiſcopo Hiſpalenſi Don Ferdinando Valdes tunc Generali Inquiſitore in dictionibus Hiſpaniarum. Videant igitur reliqui Principes quæ, quantaque fuerit illius monarchæ Auguſtiſſimi religio, & fidei obſequium, diſcant quanta veneratione proſequi debent fidei Iudices, & violatę Religionis patronos Inquiſitores.

5 Quãtũ vero ſpectat ad perſonas Eccleſiaſticas excepto ſum. Ponti. qui nullis ſubiacet legibus, in regnis Hiſpaniarum omnes cuiuſcumque dignitatis, ac gradus tenentur denunciare Inquiſitoribus, ſi quos ſciuerint maculatos hæretica labe, vel hæreſis ſuſpicione. legati etiam a latere, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cœterique omnes Prælati. Quia in Hiſpaniæ Regnis nemo cuiuſcũque dignitatis cõtra hæreticos, aut ſuſpectos de hæreſi procedere poteſt, ſed tota priuatiue ad omnes iuriſdictio Inquiſitoribus commiſſa fuit. In Prouincijs vero Italiæ diuerſa ratio eſt, quia cõtra hæreticos procedunt eadẽ, qua Inquiſitores poteſtate, vt late dictum fuit *quæſt. 2. cap. 4. a num. 22. ad finem.*

Solum hic dubitari poteſt, an prædicti Prælati, cum teneãtur denunciare, ſi non denuncient, excommunicationem incurrant. Et reſpondetur, quod excommunicationem in Iure cõ-

communi fulminatam cõtra non denuntiantes incurrunt in ijs caſibus, in quibus talis denũciatio incurritur. Excommunicationem vero latam in edictis Inquiſitorum, nequaquam; quia non ſunt illis inferiores.

Additur verbum illud *conditionis*, vt intelligãtur comprehenſi maſculi, fœminę minores, vel maiores. In minoribus eam ætatem requirit *Paramus, vbi ſupra nu.25.* in qua cadere poteſt delictum; ſiue minores, ſint ſui iuris, ſiue alterius. Probat *ex leg. 1. in princip. ff. de except.* ſed contrarium fuſe probauimus. *quæſt.3. cap.2. nu.6.* quod ſcilicet DD. Inquiſitores non intendunt per edictum obligare, niſi ab anno duodecimo; licet quid faciendum ſit quando aliquis puer notitiam alicuius hæretici haberet, ibidem ſatis explicauerimus.

7 Additur denique *exẽptos vel non exemptos.* nam quamuis antiquitus prælati Regularium ex Pontificijs priuilegijs potuiſſent procedere, & iudicare in cauſis hæreſis, & ſic non tenerentur Regulares denunciare DD. Inquiſitoribus hæreticos, vel ſuſpectos de religione; tamen *Paulus V. in ſua conſtit. 26. incipiente. Romanus Pontifex edita Kal. Settembr. anno* 1606. expreſſe reuocat, caſſat, & abolet quecumq; priuilegia circa huiuſmodi delicta regularibus, & ſuorum ſuperioribus conceſſa, quæ omnia late *Alberghinus in ſua manual. Qualificator. cap. 38. per totum.*

CAPVT II.

Perſonæ, quæ ſunt DD. Inquiſitoribus denũciandæ: & an ſint aliquæ perſonæ, quæ ratione tẽporalis dignitatis, ac poteſtatis denunciandæ non ſint.

SVMMARIVM.

1 *Generaliter quælibet persona incidens in hæresim, vel crimen suspectum de hæresi debet Inquisitoribus denunciari.*
2 *Hæretici mortui debent denunciari.*
3 *Obligatio denunciãdi hæreticos mortuos nullo tẽpore desinit, sicut nec potestas procedendi ad memoriam eorum dãnandam.*
4 *Suspecti de hæresi post mortem non sunt denunciandi.*
5 *Laici omnes generaliter sũt denunciandi in hæc crimina labentes.*
6 *Amplia etiam ad Reges, Principes, & Duces.*
7 *Cum quibus tamen caute procedendum est, & cõsulendus est prius Summus Pontifex.*
8 *Contra inferiores Dynastas procedere possunt Inquisitores inconsulto sũmo Pontifice.*

1 Regula vniuersalissima est, quod quælibet persona, quæ inciderit in crimina ad S. Officium pertinentia, debet Inquisitoribus denunciari, quod satis patet ex dictis capite superiori *num.* 1. Et in ipso edicto Inquisitorum sicut generaliter præcipitur, vt omnes denuncient; sic etiã generalissime, vt quelibet reuelent. *Si supieredes, o entendieredes, o huuieredes visto, o oydo dezir, que alguna, o algunas personas, viuos, presentes, o ausentes, o difunctos ayan dicho, o hecho, o creydo, &c.*

2 Mortui ergo heretici debent denunciari, vt eorum ossa comburantur, & bona publicẽtur, & memoria damnetur, quamuis bonę existimationis fuerint *cap. accusatus §. in eo. cap. filij de hæretic. lib. 6. cap. vlt. 24. q. 2. Simanchas de Cathol. instit. tit. 4. n. 4.*

3 Hic queri potest intra quantum tempus proponenda sit denunciatio contra mortuos hæreticos. Et re-

respondendum est, quod intra spatium illud temporis, intra quod procedi cõtra ipsos mortuos potest. Quantũ vero illud sit plures, variæque sunt sententiæ, quas refert *P. Diana par.4.tract.7.resolut.28.uers. sed restat discutere,& Alberghinus in manua. Qualific. cap. 36. a nu.5.*

Sed alijs relictis aliqui recentiores; vt *Castropalaus in oper. mor.tom.1. tracta.4. disp.8.punct.16. §.7. nu.16.* putant spatium 40. annorum sufficere, vt Inquisitores aduersus hæreticum defunctum nõ possint procedere.

Quod quamuis verum putem circa confiscationẽ bonorum, in quo standum est iuri Ecclesiastico, & nõ ciuili, & ita docet *Sanctarellus de hæresi cap.22. dub. 2.n 8.& alij apud Dianam citati*; & constat *ex cap. fin. de præscript in 6.* Tamen ad hæretici memoriam damnãdam nullo temporis spatio actionem prescribi dicendum est cum *Pegna in director.Inquisit.par.3. comment.92.Simanc.deCatholic. instit.tit.18.num.14 Couar. in 4. Decret.part.2.cap 6.nu. 16. Graffi. in decis.lib. 2.cap. 11.num. 12.Sanchez in sum. tom.1.lib.2. cap.22.num.42.* quos sequitur *Diana vers. citato.* Et cõsequenter nullo vnquã tempore desinit obligatio denunciandi hæreticos,vt eorum memoria damnetur, ossa a fidelium ossibus separentur, statua comburatur.

4 Verum hęc solũ procedunt de formalibus hæreticis, nam suspecti de heresi post mortem damnari non possunt, quia non sunt hæretici, vt habetur exp̃sse *in cap.accusatus §.si vere,de hæreticis in 6.* & docet *Simanch.de catholic. instit.tit. 4.nu. 5.* & de fautoribus,& receptatoribus hereticorũ asserit *Acunna Archiepiscopus Bracharensis in Decretũ Gratiani par.1. dist 23. cap. 15.num. 6.* & sic neque denunciandi sunt post eorum mortem suspecti de hæresi.

Sed cum obligatio denũciandi commensuranda sit ex potestate procedendi, quam habent DD. Inquisitores cõtra quamlibet personam, dubitari rationabiliter potest de aliquibus ꝑsonarum generibus, an si inciderint in crimen ad S. Officium pertinens sint statim denunciandi. Videntur enim primo ratione sęcularis dignitatis, ac p̄heminentiæ non denunciandi Reges, Imperatores, alijque Principes. Secundo, ratione Ecclesiasticę dignitatis neque nuncij Sedis Apostolicæ, Episcopi, & Inquisitores hæreticæ prauitatis. Tertio, neque infideles, Iudæi, aut hæretici, q̃a *ex D. Paulo 1. ad Corinth. cap. 5. ij,* qui foris sunt Ecclesiæ potestati non subijciuntur, quare de singulis speciatim est differendum; & primum de laicis cuiuslibet cõditionis, & gradus.

5 Dico primo, omnes laici cuiuscumque sint præeminẽtiæ, gradus, ac dignitatis si incidunt in hęresim, vel crimẽ hæresis suspicionem trahens, statim ad Inquisitores deferendi sunt, quia omnes Tribunali fidei subdũtur. habetur expresse *in cap. vt officium, §. denique de hæreticis in 6:* & docent communiter DD. pręsertim statim citandi.

6 Dico secundo, hoc ipsum intelligendum est de Regibus, Principibus, ac Ducibus supremis, vt constat *ex eodem §. denique, & ex litteris Vrbani IV. Præcunctis,* & docent expresse *Sanctarellus de hæresi cap. 40. dub. 3. num. 18. vers. Obijcies Inquisitores. Suarez de fide disp. 20. sect. 4. num. 24. Director. par. 3. quæst. 31. & ibi Penna comm. 8. Carenus de hæretic. num. 85. Simanch. de Catholicis cap 34. nu. 32. Paramus lib. 3. quæst. 5 num. 24. Carena par. 2. tit. 9. num. 28.* in explicatione verborum edicti, *Tutti, e ciascuno di quelli,* vbi ait; *Hoc edictũ, & decretum comprehẽdit in hac parte etiam Reges, Principes, & Duces.*

Ac de pietissimis Hispania-

niarum Regibus habemus exempla, & documenta perpetua cum memoria, tum admiratione dignissima. Reges enim nostri Potentissimi æque, ac pijssimi S. Officij Tribunal tãta veneratione prosequuti sũt, vt illi sese, suamque totã dominationem libentissime subiecerit. Nec prætereunda sunt verba *ex Vaseo in Chronic. Hispan. & Martha de iurisd. p.1. cap.26. nu.94.* relata *a Solorz. de Iure Indiarum lib.3.cap.1.num. 92.* ab omnibus alijs Principibus notanda, vt dixit *Carena par.1.tit.3. §.vnico num. 12.* & ego adderem, etiam imitanda. *Item Rex Castellæ, antequam fiat Rex, iuramento speciali subijcit se, & totum suum Dominium SS. Seuerissimę Inquisitionis Tribunali.*

7 Dico tertio, licet hæc intelligantur quo ad onus denunciandi, tamen cum ijs, qui superiorem Temporalem non agnoscunt, quales sunt Imperatores, Reges, ac nonnulli alij eiusdem conditionis, cautè est agendum: nã in his casibus, non debent posita denunciatione Inquisitores procedere, sed consulendus est Supremus Pontifex; prę sertim si scandalum, seditio, vel similis alius infœlix exitus timeatur. Atque ita admonent plerique, in quibus est *Penna cum Eymerico, Sanctarellus, Suarez locis citatis, & Molina de iust. & iure tract.5.disp.28. num.22. Cenedo collectan.14. num.2. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 18. quæst.3.*

Dico quarto, cum inferioribus Dynastis, qui superiorem alium temporalem agnoscunt non procedit limitatio præcedens; siquidẽ aduersus has, si deliquerint poterunt Inquisitores brachio Regum superiori adiuuari, vt bene notant *Suarez ibidem*, & supracitati Authores significare vidẽtur, qui prædictam cautionem solum adhibendam dicũt circa supremos Principes.

CA-

CAPVT III.

De personis Ecclesiasticis in dignitate aut officio constitutis, de quibus dubitari potest an sint denũciandi, & cui. Et primum de Sum. Pontifice deinde de Nũcijs seu legatis Sedis Apostolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Pontificem non posse fieri hæreticum verosimiliter ab aliquibus asseritur.*
2 *Probabilius est posse in hæresim labi, & quod de facto ex prouidentia diuina nunquam labatur.*
3 *Hactenus nullus fuit Põtifex hæreticus.*
4 *Nuncios, seu legatos Sedis Apostolicæ, si contra fidem deliquerint, certum est esse denunciandos.*
5 *Duo sunt genera legatorũ, & quæ sint.*
6 *Legati constituti ad causas nõ tangentes Sedem Apostolicam subiecti sũt Inquisitoribus, & ipsis denunciandi sunt.*
7 *Legati Sedis Apostolicę nõ subijciuntur Inquisitoribus.*
8 *Possunt Inquisitores, se informare de criminibus contra fidem commissis a nuncijs Sedis Apostolicæ, & informationes ad Põtificem transmittere.*
9 *Qui sciuerit huiusmodi nuncios contra fidem aliquid admisisse debet Inquisitoribus denunciare.*

Vidimus in præcedenti capite de personis laicis, nunc videndum est de Ecclesiasticis inter quos primum locum obtinet Sũmus Pontifex, de quo dubitari potest: an si incideret in hæresim, deberet, &

cui denunciari? de quo *Suar. de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. *n.* 25. *& diſp.* 10. *ſect.* 6. cuius dubitationis ſolutio, a ſolutione duarum quæſtionum omnino dependet. Prima eſt; an Summ. Pontifex in hęreſim de facto poſſit labi. Secunda, dato quod poſſet labi, & de facto laberetur, an pro hoc crimine agnoſceret ſuperiorem competentem, & quis in eo caſu cenſendus eſſet? Quoad primam quęſtionem aliqui aſſerunt Papam non poſſe fieri hæreticum, inter quos eſt *Albertus Pighius campẽſis lib.* 4. *cap.* 8. *de Eccleſ. Hierarch.* quorum ſententiam ſatis probabilem dicit, & conſonam rationi, & fortaſſis etiam antiquorũ Patrum dictis *Penna in addit. ad* 3. *part. Directorij quæſt.* 25. *cõment.* 74. *verſic. ſunt alij, & Suar. diſp.* 10. *cit. n.* 11. ait, hoc veroſimiliter a multis affirmari.

2 Contraria tamen ſententia Quod Papa in hæreſim poſſit incidere communem Theologorum, & Canoniſtarum eſſe teſtatur idẽ *Penna* vbi ſupra *verſic. Quãtum ad primum attinet*, vbi refert quamplures auctores. In quo ſatis mihi placet moderatio *a Suarez num.* 11. *cit.* appoſita quod quamuis probabilius videatur poſſe quidem Papam vti priuatam perſonam errare ex ignorantia non tamen ex contumacia, quãuis enim efficere Deus poſſit vt hæreticus Papa non noceat Eccleſiæ, Suauior tamẽ modus diuinę prouidentiæ eſt, vt quia Deus promiſit Papam definientem nunquam erraturum conſequẽter prouideat ne vnquam ille hæreticus ſit, & quod Papa de facto non futurus ſit hęreticus vide *Barboſam in collectan. DD. in par.* 1. *decret. cap. ita dominus*, vbi ſedem Apoſtolicã a multiplici impoſtura defendit, & *num.* 4. oſtendit Petrum non fuiſſe Pontificem, cum Chriſtum abnegauit vide etiam *Moura de incãtat. opuſ.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 2. *nu.* 15. vbi defendit Syl-

ue-

ueſtrum ſecundum, quod non fuerit magus, & magicis artis ad Pontificatum non fuiſſe ſubuectum.

Adde quod hactenus in Eccleſia nunquam accidit, & ſic cēſendum ex Dei ordinatione, & prouidentia accidere non poſſe. Vide *Pigbium vbi ſupra. Bellarm. lib.4. de Summo Pōtif. a cap. 7. Simanch. in catholicis inſtitut.tit.12.nu.* 14. Ex quibus patet non eſſe immorandum in ſolutione ſecūdæ quæſtionis de Iudice Pontificis competente in tali caſu, quæ nimis inuoluta & implicata eſt, de qua videri poteſt *Suar.ſect. 3.cit.* ſaltem enim de facto nunquam occurret quod Summus Pontifex tanquā hęreticus debeat denunciari.

4 Sequitur vt de Nuncijs,ſeu legatis ſedis Apoſt. dicamus, qui ſi inciderint in hęreſim, vel crimen ſuſpectum de hęreſi nulli eſt dubium omnino eſſe denūciandos, vt in terminis ſollicitationis in cōfeſſione notat *Tirimarchus de confeſſario abutente Sacramento Pænit. diſp.8.ſect.2.num.* 18. Sed difficultas eſt cui denūciandi ſint non enim Inquiſitoribus aut Epiſcopis, quorum iuriſdictioni deberent ſubiacere, pro quorū intelligētia notandum eſt.

5 Quod duo ſunt genera nunciorum, officialium ſeu delegatorum Sedis Apoſt. quidam enim, ſunt, qui dati ſunt ad decidendā aliquam cauſam inter partes, quæ ad Sedem Apoſtolicam non pertinet; ſed reſpicit priuatorum hominū vtilitatem, alij vero ſunt ab ipſa ſancta Sede Apoſtolica conſtituti, circa ea, quæ honorem & dignitatem ipſius ſedis attingunt, & qui vices Summi Pontificis in aliquibus cauſis, ſeu cauſa gerunt, quorumq; officium circa negotia ſedis Apoſtolicę verſatur. Quibus ſuppoſitis.

6 Dico primo: Nuncij, ſeu legati Apoſtolici, qui ad cauſas particulares inter alios indicandas, ac dirimen-

men-

mendas quotidie a Sede Apoſtolica mittuntur, non gaudent priuilegio immunitatis in criminibus hęreſis, ſeu ſuſpicionem hęreſis habentibus. ita *Penna ad 3. part. direƈtor. qu. 26. commẽt. 75.* & apud ipſum *Lapus, & Decius Molina to. 6. de iuſt. traƈt. 5. diſp. 28. n. 19. Caſtropalaus in operibus moral. tr. 4. diſp. 9. punƈto 9. nu. 2.* & alij ſuppreſſo nomine citati a *Trimarcho vbi ſupra nu. 25.* Et probatur quia hi legati, quamuis ex Apoſtolica auƈtoritate, negotium aliquod gerant; illud tamen non ad ipſam Sedem Apoſtolicam, ſed ad priuatas pſonas pertinet; vnde cum hoc priuilegium ſit conceſſum ptopter reuerentiam, & honorem Sanƈtæ Sedis Apoſtolicę, valde equum eſt vt illi ſoli eo vtãtur qui negotia immediate diƈtam Sedem Apoſtolicam tangentia pertraƈtẽt, quod ex ſequentibus manifeſtum fiet. Quapropter ſi hi inciderint in aliquod crimẽ ad S. Officium pertinens, ſtatim ſunt DD. Inquiſitoribus denunciandi.

7 Dico ſecundo Nuncij, ſeu legati Sedis Apoſtolicę, alijq; eiuſdem Sanƈtæ Sedis miniſtri ſi in huiuſmodi crimina labantur, non poſsũt ab Inquiſitoribus cognoſci, niſi de expreſſa Sedis Apoſtolicę licentia. *Ita Eymericus. 3. part. direƈtor. quæſt. 26. Pegna in comm. 75.* vbi citat *Lupum de Caſtilione in quodam reſponſo de hac re edito,* incipiente: *Faƈtum, ſuper quo, verſic. Ad ſecundum,* quod reſponſum nunc inſertum eſt poſt conſilia *Oldradi, Decium in rubr. ff. de Officio eius nu. 8. & in rubr. extra de offic. delegati nu. 9.* Quibus adde *Caſtropalaũ loc. cit. Molinam loc. cit. nu. 20. Farinac. de hæreſi q. 186. Sanchez in ſeleƈt. diſp. 11. nu. 33. Decianum tom. 1. crimin. lib. 5. cap. 23. nu. 10. Trimarchum ſeƈt. 2. cit. num. 21.* & habetur expreſſe in extrauaganti. *Ioan. xxij.* quę refertur ab *Emerico loc. cit.* nam cum Matthæus de Pontiniano Ordinis Prædicato-

cato-

catorum Inquisitor Regni Sicilię temere excommunicasset Magistrũ Guillelmum de Balletto Archidiaconum Foroliuiẽsem Cappellanũ eiusdem Ioan. xxij. Põtifex decretum promulgauit his verbis. *Auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus expresse ne contra nostros & Apostolicæ sedis officiales, vel nuncios, aut ipsorum aliquem quauis occasione, vel caussa absque nostra, & Apost. sedis licentia speciali eis per sedis ipsius litteras concedenda, plenam faciente de tenore presentium mentionem, procedere quoquomodo præsumant, aut in eis vel ipsorum aliquem excõmunicationis, vel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare, &c.* congruum autem, & decentissimum fuit huiusmodi statutum, cum & ad reuerentiam Summi Pontificis, & S. Sedis Apostolicę debitum honorẽ pertineat, & ipsa nũciorũ, seu legatorũ existimatio id requirat.

8 Dico tertio: si prædicti Sedis Apostolicæ Nuncij, seu legati in huiusmodi crimina hęresim aliquo modo tangentia fortasse inciderint, possunt de ipsis criminibus Inquisitores se plene informare, atque informationes ad eorum superiorem, vel ad Sedem Apostolicam transmittere, vt expresse cauetur in calce eiusdem decreti, ibi. *Volumus tamẽ quid diœcesani, & Inquisitores prædicti, super his, quæ negotium tangunt fidei; alij vero super his quæ rẽ tangunt, vel publicam, vel priuatam, siue Ordinarij, siue delegati, quacumq; auctoritate fuerint prout posset ad eorum officiũ pertinere siquid per officiales, & nuncios ipsos indebite forsan attentatum extiterit, se plenius informare, idque Nobis significare studeant, vt prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus.*

9 Quapropter ex his manifeste sequitur, quod si qs sciuerit aliquẽ huiusmodi Nuncium, vel legatum cõtra fidem aliquid attentasse,

se, potest, ac etiam debet Inquisitoribus denunciare, vt informati, summum Pōtificem informent. Quod adnotasse etiam videntur *Molina, & Castropalaus loc. cit. & Trimarchus vbi supra num.* 28.

CAPVT IV.

An Episcopi, si inciderint in hæresim, vel crimen de hęresi suspectum, debeant, & cui denūciari, & quid de Inquisitoribus.

SVMMARIVM.

1 *INquisitores nequeunt inquirere contra Episcopos de crimine hæreseos.*
2 *Quod amplia etiam contra Episcopum electum, & confirmatum.*
3 *Possunt tamen procedere contra electos in Episcopos, seu præsentatos, sed nondum confirmatos.*
4 *Limita, nisi fuerint electi a Sum. Pontifice.*
5 *Inquisitores nec possunt procedere cōtra Episcopos tantum titulares.*
6 *Si Episcopus aliquis esset de hæresi diffamatus, possent Inquisitores se informare, & Pontifici significare, & quis hoc sciens deberet Inquisitoribus denunciare.*
7 *Quid de Inquisitore hæretico, vel suspecto.*

PRęsens difficultas coincidit cum pręcedenti, & dependet ab ea quæstione: An Episcopi in rebus fidem tangentibus, Inquisitorum iurisdictioni subiaceant. Quare.

1 Dico primo: Inquisitores nequeunt inquirere de crimine hæresis, nec pcedere etiam contra Episcopum hęreticū, nisi in litteris commissionis Sedis Apost. expresse ad hoc directis id aperte contineatur, vt est dispositum *in cap. Inqui-*

quisitores de hæreticis in 6. vbi dicitur. *Inquisitores hæreticæ prauitatis ab Apostolica sede, seu alio vel alijs quibuslibet deputati, de huiusmodi crimine inquirere contra Episcopos nequeunt, aut eius prætextu procedere contra eos, nisi in litteris cõmissionis Apostolicæ quod hoc possint, contineatur expresse.* idem statuitur *in Concil. Trident. sess. 24. cap. 5. de refor. de quo Barbosa in collect. doctor. in Cõcil. Trid. loc. cit. n. 1. 3. & 4.* Quid etiam docent *Acunha a n. 5. Farinaz. de hæresi quæst. 186. a num. 113. Isidorus Massonius de maiest. melitantis Eccles. lib. 1. par. 1. cap. 11. Barbosa in collect. tom. 3. lib. 5. sexti decretal. de hæret. tit. 2. cap. Inquisitores u. 1. & alij apud Farinac. & Barbosam.*

Cõuenienter autem hoc statutum fuit ad euitãdum scandalum, & damnũ diœcesis, si eius pastor & rector sicut quælibet alia persona ab Inquisitoribus de huiusmodi criminibus inquireretur, ipsa etiam episcopalis dignitatis existimatio efflagitare videtur vt nõnisi ab ipso Summo Pontifice tanquam a Iudice cognoscatur.

2 Amplia primo hanc conclusionem vt procedat etiam circa Episcopos electos & confirmatos, licet nondum consecratos, contra quos, quemadmodum contra consecratos non possunt Inquisitores procedere, ita *Molina tom. 6. de iustitia tract. 5. disp. 28. nu. 19.* vbi citat *Simãchas, Barbosa loc. cit. num. 4.* vbi citat *Sãchez lib. 8. de matrim. dup. 2 n. 11.* & alij Doctores generaliter loquendo. In casu autem sollicitationis in confessione docent *Castropalaus loc. cit. Freitas in addit. ad Acunham qu. 12. n. 31. Trimarcus de cõfess. abutente Sacramento pœnit. disp. 8. sect. 1. num. 7.* Quamuis *Acunna ibid. & Sanches in selectis disput. 11. nu. 35.* cõtrarium sed non bene sustineãt. Probatur hæc ampliatio, quia Episcopi electi, & tantum confirmati,

habent Episcopalem Iurisdictionem. *capit. transmissā de Elect.* & propterea in illis locum habet priuilegiū in dicto *capit. Inquisitores*, & in statuto prædicto *Concil. Trid.*

3 Limita vero supradictam conclusionem vt si Episcopi sint electi, sed nondum confirmati, possint contra eos procedere Inquisitores quia eorū iurisdictioni subijciuntur, ita *Molina loc. cit. nu. 19. Simācas in catholic. Institution. tit. 25. n. 12. Sanchez, Acunna, & Freitas, loc. cit. & alij.* Ratio est quia nondum dicuntur nec sunt Episcopi etiam quoad solam Episcopalem iurisdictionem, & sunt sicut cæteri Sacerdotes, nec Episcoporum nomine comprehenduntur, cum solum sint in Episcopos designati.

4 Sublimita vero præcedētem limitationem vt Episcopi electi a Papa, non subijciantur Inquisitorum iurisdictioni in rebus fidem tangentibus. *ita Simancas de cathol. institut. tit. 25. nu. 11.* vbi citat *Gloss. in capit. 1. de religiosis domibus, Felyn. in cap. eam te de rescript. Blasium Auriolum ibid. Ioann. de Selua tract. de Benef p. 1. quæst. 2. nu. 31. & Bertachin. lib. 3. de Episcop. p. 4. secundæ partis.* Ratio est, tum quia debetur hic honor & reuerentia Summ. Pontifici, tū etiam quia electio facta a Papa reuera est confirmatio, non sic in electione facta a capitulo, vel ab alijs v.g. Rege Cathol. qui reuera ab ipso non eliguntur, sed præsentātur vt est mos in Episcopis Regni Hispan. de quibus etiam propositis & præsentatis *Trimarchus loc. cit. nu.* 14. non improbabile putat non posse cognosci ab Inquisitoribus particularibus, in particularib. prouincijs, sed ab Inquisitore Generali; si fiat in Hispaniæ regnis; vel ab Eminentiss. Cardinalib. si sint in Italia.

Amplia secundo generalem illam conclusionem vt Inquisitores neque possint pro-

procedere, ſeu inquirere contra Epiſcopos titulares tantum, ſeu *do Anillo*, vt dicitur Hiſpanicè diœceſi carentes. ita *Simanch. loc. cit. nu.* 13. *Molin. loc. cit. Acunna qu.* 12. *nu.* 7. *Sãchez in ſelect. diſput.* 11. *nu.* 33. *Caſtropalaus loc. cit. Trimarc. loc. cit. nu.* 16. *Barboſa loc. citat. num.* 3. Ratio eſt quia vere ſunt Epiſcopi, & de licentia Ordinarij loci, exercere poſſunt omnes Epiſcopales functiones.

6 Dico ſecundo, In ijs caſibus, in quibus Inquiſitores non poſſunt contra Epiſcopos procedere, poſſunt ſe informare & Sedem Apoſtolicam certiorare, ſi in aliquod crimen contra fidem ſciuerint incidiſſe, vt ſtatuitur *in dicto cap. Inquiſitores. Si tamen Inquiſitores ipſi Epiſcopos, vel alios ſuperiores prælatos ſciuerint, vel inuenerint circa crimen hæreſeos commiſiſſe, aut eos de hoc diffamatos exiſtere, vel ſuſpectos, id tenebuntur Sedi Apoſtolicæ nunciare.* Quapropter quilibet ſciẽs aliquem Epiſcopum, aut hæreticum, aut ſuſpectum eſſe de hæreſi, debet ſtatim Inquiſitoribus eum denunciare, vt ipſi de hoc ſedem Apoſtolicam informent, iuxta prædicta.

7 De Inquiſitoribus, ſi contra fidem deliquerint, idem dicendum eſt, quod dictum fuit de delegatis Apoſtolicæ Sedis, cum ipſi ſint Pontificis delegati, *Eymericus* 3. *part. director. Inquiſit. qu.* 30. *& ibi Penna cõment.* 79. *Molina loc. cit. nu.* 21. *Trimarchus de Confeſſar. abut. Sacram. pœnit. diſput.* 8. *sect.* 3. *num.* 30. Quapropter continentur ſub diſpoſitione *extrauag. cum Mattheus de hæret.* & ſicut Epiſcopis plurimum in hac re defertur propter priuilegium Epiſcopalis dignitatis; ita & Inquiſitoribus plurimum deferri debet, ac in his ꝑpter reuerentiam Sedis Apoſtolicæ, cuius ſunt Officiales, & propter Summi Pontificis eminentem honorẽ. cuius perſonam Inquiſitores repreſentant.

Itaque si hæreticus fuerit Inquisitor, aduersus eum alius Inquisitor, vel Episcopus secreto poterit informationes recipere, vt sum. Pontifici denunciet, vt optime docent *Eymericus*, & *Pegna* cum suprarelatis Authoribus *loc. cit.* Et qui sciuerit Inquisitorem aliquẽ esse hac labe pollutum debet, si potest immediate Pontifici, aut Generali Inquisitori; aut saltem coinquisitori, vel Episcopo reuelare.

Et quod in his casibus possint aut Episcopus, vel Inquisitor aduersus Inquisitorem, aut Inquisitor aduersus Episcopum, & vtrique aduersus legatos sedis Apostolicæ dicta testium secreto recipere, & ad Pontificem trãsmittere, docent *Simanch. de cathol. instit. tit. 25. nu. Pegna 3 part. director. nu. 76* vbi citat *Repert. Inquisit. verb. Episcopus, §. ad secundum, Molina loc. cit. Acunna quæst. 12. num. 9. & 10. Sanchez. in selectis disput. 11. num. 34. Castropalaus loc. cit. num. 4. P de Peyrinis to. 2. priuileg. constit. 9. Pauli V. §. 1. num. 2.*

Et probatur, quia hi alter contra alterum tenetur admonere Summum Pontificem de his criminibus, sed hæc crimina non possent illi denunciare, nisi dicta testium possent recipere.

Adde, quod is etiam, qui Iudex non est, potest tamẽ aduersus delinquentem dicta testium recipere, vt ea ad suum Iudicem mittat, ita *Simanch. loc. cit. & refert. cap. Inquisit. de hæret. in 6. & l. 1. C. de exlib. reis, l. Diuus ff. de custod. reor. l. 3. in princ. ff. de re milit. l. nequit ff. de incend. ruina, naufrag. Extrauag. Cum Mattheus de hæret. in fine.*

CAPVT V.

An Iudæi, Infideles, si contra fidem Catholicam sentiant, sint, & in quibus casibus In-

Inquisitoribus denũciandi.

SVMMARIVM.

1 *GEneraliter Iudæi, & si delinqunt contra fidem, non sunt denunciandi.*

2 *Idem, dicendum de Cathecumeno.*

3 *Iudeus contemnens fidẽ Catholicam denunciãdus est.*

4 *Ac etiam si errat in his, quæ Iudaica fides cõmunia habet cum Christiana.*

5 *Denunciandi sunt infideles sponte facti Christiani, & postea a fide recedentes.*

1 DIco primo; Iudæi, & infideles etsi contra fidem sentiant, nõ ideo sunt denunciandi, quia hæretici non dicuntur, nec pœnę contra hæreticos statutæ locum habent contra eos, vt enim quis hæreticus dicatur, & puniatur requiritur, vt sit baptizatus, vt docet, & fuse probat *Farinaccius de hæresi quæst.* 178. *§.6.num.* 128. *Carena de modo procedẽdi in causis S. Officij tit. primo de hæ. et. & tit.* 14. *§.* 1. *nu.* 2.

2 Dico secundo idem asserendum est de Cathecumeno, qui constanti animo baptismum suscipere statuit, qui si postea contra fidem aliquid senserit, non est denunciandus; quia ut hæreticus non est reputandus, *Simanchas de catholic institut. tit.* 31. *num.* 6. *Farinacius vbi supra num.* 131. Aut si proprie sit dicendus hæreticus, non ideo Ecclesiæ iurisdictioni subijcitur, cum ad hanc subiectionẽ fidei extra baptismum susceptio non sufficiat, sed baptismus ipse requiratur, vt bene probat *Sanctarell. de hæresi cap.* 1. *dub.* 2. *nu.* 5.

Dico tertio ab hac regula generali sunt aliqui casus excepti, in quibus Iudæi, & infideles sicut ab Inquisitoribus puniri possunt, ita illis denunciari debent.

Pri-

3 Primus est, cum Iudæus delinquit contra fidẽ nostram eam contemnendo, vel vilipendendo, vel cõmittendo aliquid in cõtumeliam creatoris, vtputa vituperando Ecclesias, Altaria sacra, ornamenta, & his similia, vel etiam si impediuerit S. Officium aliquo modo; tunc enim sine dubio est denũciandus Inquisitoribus, quia tunc potest ab ijsdem puniri, si vero Iudæus delinquit contra fidem, aut legem Moysis, denunciandus non est, quia in his puniri non potest, prout distinguit *Repertor. Inquisitor. in verbo Iudæus, vers. an, & ex qua causa, & pluribus sequentibus*, vbi alia notabilia ponuntur in materia, & quamplures relati a *Farinacio ibid. n.* 133.

4 Secundus casus est, cũ Iudæus errat in his, quæ Iudaica fides habet cum fide christiana communia prout est, si negaret Deum esse vnum, & eum creatorem omnium, & similia; cum hoc non sit aliud, quam fidem christianã impugnare, siue verbis, siue factis sic abneget, vt puta Idola colendo, dæmones inuocando, & adorando, dæmonibus sacrificando, quod aliud non est, quam Deum Dæmonem asserere, & sic cõtra Christianę fidei veritatem agere, vt idem *Farinacius ibidem num.* 156. Quæ vero Iudæi habẽt communia in fide cum Catholicis, videndus est *Bursatus cons.* 90. *num.* 1. *lib.* 1.

5 Tertius casus est, cum Iudæi, & cœteri infideles sponte facti sunt Christiani, & postea a fide recedũt; tunc enim, quia vt Apostatæ puniuntur secundum *Ioan. Andream, Anton, de Butrio, Cardinal. Zabarell. & Ioan. Ananiam in capit. quidam, extra de Apostatis*, & alios, quos refert, & sequitur *Farinac. ibidem nu.* 134; idcirco sunt denunciandi. Idem est dicendum de Iudęo, qui cum vere baptizatus non fuerit, putat se tamẽ baptizatum, si enim incidat in hæresim

denunciandus eſt, quia tanquam hæreticus punitur, idem *ibid. num.* 135. Idẽ, ſi a fide apoſtatantes ad Iudaiſmum redeunt *nu.* 136. ſigna autem, Iudæi ad Iudaiſmũ redeũtis vide apud eumdem *ibidem num.* 138. quod procedit etiam in Iudæis factis Chriſtianis, dum erant infantes non enim excuſantur ex eo, quod ignorantes, & infantes fidẽ ſuſceperunt, *idem ibid. num.* 140. Procedit etiam ſi Iudæi coacte facti ſunt Chriſtiani, dummodo coactio non fuerit præciſa, & abſoluta, ſed conditionalis, id. *ib. n.* 141. Quæ vero ſit coactio præciſa, quæ conditionalis vide apud authores ab eodem ibidem citatis.

Et tandem, ne ab inſtituto aberrare videamus, caſus in quibus poſſunt Iudæi ab Inquiſitoribus puniri vide *apud Locatum in iudicial. Inquiſitor. in verb. inuocare num.* 2. *& ſeqq. Campeggium in addit. ad Zanchinum, in tract. de hæreticis cap.* 36. *littera C. in verbo, Delinquũt circa fidem, & bullam Greg. xiij.* in qua expreſſe omnes caſus habentur *Ricciul. de iure perſon. lib.* 2. *c.* 3. *Souſam lib.* 1. *c.* 37.

Finis Quæſt. Sextæ.

QVAE-

QVAESTIO SEPTIMA.

De modo, quo facienda est Inquisitoribus, aut eorum Commissarijs denunciatio.

CAPVT PRIMVM.

An qui denunciare tenentur, debeant personaliter comparere coram Inquisitoribus, aut eorum Commissarijs.

SVMMARIVM.

1 *Voties denunciatio fieri potest personaliter, debet fieri.*

2 *Aegroti moniales, & physice impediti non tenentur personaliter denuntiare.*

3 *Sola dignitas, & nobilitas non excusat a denunciatione personali.*

4 *Quoties timetur rationabili-*

biliter graue periculũ, non adest obligatio personaliter denunciandi.

5 Impendente tali periculo adest obligatio denunciandi alia via, quam personaliter.

6 Cum adest dubium, an adsit tale periculum, posset omitti personalis denunciatio.

PErsonaliter fieri dicitur denunciatio, quando ipse denuncians non per aliam personam, neque per epistolam denunciationẽ peragit, sed ipse accedit ad denunciandum.

1 Nulla autẽ est discrepantia inter Authores, vt quoties denunciatio fieri possit personaliter, quod debeat. Primo, quia in ipso edicto expresse præcipitur *in vers. Por tanto,* ibi: *vengays, y parezcays ante nos personalmente a dezirlo, y manifestarlo.*

Secundo, quia cum denunciatio fit per ipsum denunciantem immediate, clarior, distinctior, & firmior peragitur, & Inquisitores, seu Commissarij accuratius possunt omnes circumstantias criminum inuestigare, & notare. Solum difficultas est, an in aliquibus casibus respectu aliquarum personarum possit fieri per mediam personam, vel per epistolam.

2 Dico primo, quando quis est physice impeditus, vt ipse comparere nõ possit, non tenetur personaliter accedere ad denunciãdum. Patet, in ægrotis, aut monialibus, quæ adhoc teneri non possunt, Neque ego puto, quod ægroti, aut similes habentes impedimentũ ad tempus aliquod, si alia via durante impedimento satisfecerint, postea eo cessante teneantur personaliter comparere. Qua via vero possint satisfacere obligationi denũciandi similes personæ dicetur *cap. sequenti*.

3 Dico secũdo, ab onere personaliter denunciãdi non eximuntur fœminæ etiam illustres, & egregiæ ob

solam nobilitatem, ac dignitatem p̄sonę; imò vero vero libētissime hoc onus subire deberent, cum agatur de communi bono, de Religionis, ac fidei obsequio, de Diuina gloria, ita *Acunna qu.22. num.* 14. *Sāchez in selectis disput.11.nu.* 45. *Martinus del Rio lib.5. disquisit. Magic. sect.5. num.* 3 *Trimarchus de confess. abut. disp.11. sect.1. nu.1.*

4 Dico tertio, quoties timetur rationabile periculum amissionis famę, & honoris, quandoquidem videntes huiusmodi personas ad Tribunal SS. Inquisitionis accedere, possent suspicari, eas de aliquo graui crimine fuisse requisitas, ita vt aut puellæ difficulter postea nubere possent, aut eorum coniuges, vel coniuncti in sinistram suspicionem venientes, aliquid possent in eorum damnum fortè moliri, in eo casu nō adest obligatio personaliter accedendi ad denuntiandū. Et in hoc casu intelligendi sunt, qui dicunt dictas personas ad denūciandum nō teneri *Lazarius par.1 sect.2. q.17. in calce. & p.2. de blasphemia qu.* 12. *num.* 65. vbi dicit, *etiam teneri tales ad non denunciandum.* Et in terminis de denunciando Confessario sollicitante dixit *Portellius in addit. ad dub. regul. verb. sollicitare, num.21. Bossius in append ad tract. de Iubilæo dub.31. nu.* 98. & alij graues Theologi, quos suppresso nomine refert, & sequitur *Trimarchus loc. cit. nu.2.*

5 Dico quarto, etiam impendente supradicto periculo licet excusentur tales personæ a denuntiatione personali, non tamen excusantur a denunciatione, quam alia via vel per epistolam, vel per confessarium, aut virum aliquem prudentem, & grauem facere possent. Patet; quia hoc pacto succurritur & eorum periculo, & communi bono: cum autem vtrumq; possit haberi, debet omnino quacumque via potest denunciari.

Di-

6 Dico quinto, si dubiũ esset an adsit nec ne simile periculum, posset etiã (bene tamen perpẽsa periculi grauitate nõ ab ipsa fœminarum prudentia, sed a docto, prudentiq; viro vt bene aduertit *Lazarius p. 2 de blasphem. qu.* 12. *num.* 64.) omitti personalis denũciatio, dummodo alia via denuncietur. Probatur; quia non tãta est obligatio personaliter denunciandi, quãta est denunciandi absolute.

CAPVT II.

Qua via denunciare debent, qui personaliter denũciare non tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Aliqui putant eos, qui personaliter denunciare non possunt, posse, vel per epistolam, vel p confeßarium.*

2 *Alij se restringũt ad solum confessarium.*

3 *Tutius est, vt fiat per cõfeßarium, si potest, quã per epistolam.*

4 *In paruulis locis, ubi vnus adest Cappellanus, quid faciendum.*

5 *Tutius est, vt Cõfeßarius recipiat mandatum denunciãdi extra confesſionem.*

1 Cvm quis personaliter denunciare nõ potest aliqui putant fieri posse denunciationem vel per epistolam, vel per confessarium. ita *Lazarius de blasphem. quæst.* 12. *num.* 64. *Coriolanus lib.* 4. *responsor. moral. qu.* 7. *in calce*, loquẽs de denunciatione veneficæ, vel venefici. Et in materia sollicitationis in confessione. *Portellius in addit. ad dub. reg. verbo, sollicitare, num.* 21. *Bellocchius p.* 2. *de casibus reseru. q.* 9. *num.* 209. vbi citat *Martinum del Rio tom.* 3. *disquisit. magic. lib.* 6. *cap.* 1. *sect.* 2.

2 Alij vero se restringũt

ad solum cõfessarium, epistola exclusa, & ita de monialibus, puellis, & nobilibus fœminis dicit *Bossius l. cit.* quem citat, & sequitur *Trimarchus l. cit. sect. 2. nu. 4.* ratio est; quia periculosum esset tãtum negotium epistolæ commendare, quę facile aut ex curiositate, vt fit, aut ex alia occasione perlegi posset in graue incommodum personæ denunciatę, ac etiam denunciãtis, ita Trimarchus, vbi etiam testatur ita audiuisse practicari, saltem quo ad moniales, quod etiam cõfirmare nititur ex litteris nomine SS. D. N. Vrbani Papæ Octaui missis Eminẽtiss. Cardin. Federico Borromeo Archiepiscopo Mediolanensi, ab ipso *disput. 4. sectio. 6.* relatis. Hi autem authores facile sequẽtibus conclusionibus conciliantur.

3 Dico primo; denunciatio, quæ personaliter fieri non potest, si possit per cõfessarium, non debet per epistolam fieri, vt maximum inde inconueniens, quod sequi posset, euitetur. neq; ab hac regula supracitatos authores credo dissentire. Si vero non possit per Cõfessarium, debet per epistolam peragi, quæ tamen tutæ personæ consignãda est.

Quod autem denunciatio possit fieri etiam in crimine hæresis per absentes, modo subscriptione proprij nominis, & iuramento firmetur, docent *Simancb. de catholic. instit. tit. 43. nu. 10. & in enchirid. 22. num. 8. Zecchius in summa tom. 1. tit. de fide cap. 11. tit. 12. Diana part. 4. tract. 8. resolut. 41.*

4 Dico secundo in paruulis locis, vbi Inquisitorum Commissarij non præficiuntur, necessarium est in duobus casibus denunciationem per epistolam fieri. Primus est; cum in his locis vnus adest Cappellanus, qui fœminam in cõfessione sollicitauit. hoc casu si fęmina Cappellanũ, aut Commissarium vicinio rem adire non potest, per epistolam necessę est denũciet.

ciet, vt idem *Trimarchus ibidem num. 6. docet.* Secũdus est casus, cum ipse Cappellanus non potest Inquisitores, aut viciniorem Cõmissarium conuenire, tunc epistolæ mandanda est denuuciatio. Quod si vnicus est Cappellanus, & ille sollicitauit fœminam, quæ scribere nesciat, neque aliũ potest adire, hoc casu dicerem graui personę confidẽdum esse negotium, qui vel per se, vel per epistolam denunciet negotium, quod sub arctissimo secreto tenetur subsicere.

5 Aduertendum tamen est ex *Lazario p. 2. de blasph. qu. 12. num. 66.* quod quamuis necesse non sit, vt denunciandi mãdatum extra cõfessionem a monialibus, vel similibus personis accipiatur, vt de pbabiliori sententia testatur *Martinus del Rio tom. 3. disquisit. magic. lib. 6. cap. 1. sectio. 2.* & late probasse se dicit *Lazarius in Can. qq. part. 1. sect. 2. qu. 17. nu. 1. in fin.* tamen Confessarius, vt summam cautionem semper adhibeat, ne indicium illud, alicuius fraudis esse possit sacræ cõfessionis arcano; consultius esset, si tale mandatum extra confessionem ipse reciperet secundum *Comitol. lib. 4. q. 7. in fin.*

CAPVT III.

An denunciatio fieri debeat in scriptis, & an expresso nomine, & cognomine denunciantis, & an cõfessarius absoluere debeat pœnitentem prius quam denunciauerit.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio facienda est in scriptis, & expresso nomine, & cognomine denunciantis.*

2 *Regulariter absoluendus non est pœnitens prius, quam*

quam denunciauerit.

3 *Nisi adsit causa differendæ denunciationis, & pœnitens promittat, cũ possit, se denũciaturum.*

4 *Quomodo se debeat gerere confessarius cum ijs, qui tenẽtur ad denunciandum.*

Regula est, quod denunciatio non est facienda oretenus, sed in scriptis, & expresso nomine, & cognomine ipsius denunciantis. latè *Genuẽsis in praxi Archiepiscop. Cur. Neapolit. cap. 18. num. 2. & 3. vbi num. 2.* testatur de praxi p̃dictæ Curiæ, in qua tales denunciationes non recipiuntur, nisi denunciator cum iuramento examinetur, & cum expressione, & subscriptione sui nominis, tanquam quilibet testis. Sic etiam est praxis in Sancto Officio, vbi sunt instructiones ad huiusmodi denunciationes recipiendas. Et quod non satisfiat oneri denunciandi per litteras, in quibus nomen denunciantis nõ est subscriptum, dicit *Lazarius part. 2. de blasphemia q. 12. num. 74. ex cap. dilectus, de accusat.* Delatio enim criminis fieri nõ potest, nisi expresso nomine, & cognomine deferentis, *Hostiens. in summ. tit. de denunc. §. qualiter constit. Dominij Mediolan c. omnibus §. nec etiam de accusat. & denunciat. Genuensis l. cit.* vbi multa in hoc genere perutilia dicit, & patet ex edicto Supremi Tribunalis SS. Inquisitionis Romę publicato *an. Dom.* 1608. *die* 12. *Martij*, ibi: *Aduertendo, che a questo nostro editto non sodisfaranno, ne s'intendono sodisfare quelli, che con bollettini, o lettere senza nome, & cognome dell' Autori, o in altra maniera incerta, delle quali niun conto si tiene in S. Officio, pretendessero riuelare i delinquenti*, prout illud refert *Lazarius loc. cit.*

Neque talis praxis dura videri debet cum damnosa denuncianti esse non possit, quia delatorum nomina nunquam manifestantur;

tur; & cũ iuſtiſſimis rationibus innitatur; primo .n. in cauſis fidei denunciator pro teſte habetur, communis *in cap. in omni negotio, de teſtibus.* ſecũdo, quia aliter e Iudicis memoria facillime ſeries facti ſine ſcripturæ adminiculo laberetur. plura vide *apud Genuenſem.*

2 Quo ad abſolutionẽ regula ſit, q̃ nõ ſit quiſquã, antequã denũciet, abſoluẽdus etiamſi adhuc excommunicationem nõ incurrerit. *Auila de cenſuris p. 2. cap. 7. dub. 7. in fine,* vbi ſic aſſerit. *In rebus grauibus, præcipue ſi pœnitens ſit homo ordinarius, curandum eſt, vt prius denunciet. Et hoc licet non incurriſſet excommunicationem: quia, ſi prius obtinuerit abſolutionem, facile ſolet id omittere: in caſibus autem Inquiſitionis remittendus eſt pœnitens, vt prius denunciet, vt præcipitur edicto Inquiſitionis.* hæc Auila.

3 Sed hanc regulam limitandã duco *ex P. de Peyrin. in priuileg. Minimor. tom. 1. conſtit. 5. Gregorij xv. §. 9. n. 24.* vbi ait, eſſe abſoluendã illam pœnitentem, quæ firmiter promittit denunciaturam Confeſſarium: ſi adſit cauſſa, propter quã prudenti confeſſario videatur denunciationem eſſe differendam. *Et Sanctarel. tract. de hæreſi, cap. 9. dub. vnico, num. 16. in fine, ex Nauarr.* teſtante de praxi Sacræ pænitentiariæ, aſſerit, ſufficere ſaltem propoſitum firmum denũciandi, & loquitur de denunciando hæretico. idẽ dicit *Emmanuel Rodriquez in ſumm. tom. 2. cap. 34. nu. 6.* per hæc verba *Deuen notar los Confeſſores, que quando algun penitente les dixere, che ſabe hulano, hauer dicho vna heregia, le han de obligar a yr luego alos Señores Inquiſidores a denunciar del, y no lo pueden abſoluer, ſin que primiero ſe haga la dicha denunciacion, pudiendoſe luego comodamente hazer, porque no ſe pudiendo poner en execution, baſta che los prometa.*

Cauſas autem dilationis huius denũciationis numerat *Zanardus in directori*

Theo-

Theol.p.2.præcep.2.cap. 11. *in fin.* dum limitat ſuprapoſitam regulam, niſi neceſſitas communionis vrgeret, & perſona ſit timoratæ cõſcientiæ, & promittat, quam citius denunciare. quos authores refert *Diana par.* 1.*oper. moral. tr.* 4.*de denunciationib. reſolut.* 27. videndus *Sancius in ſelect.diſput.*11.*nu.*62.*& Portell. in addit. ad dub. regul. verb.ſollicitare fœminas.nu.* 24. *& Ortiz in ſumma, cap.* 24. *nu.* 11.

Quæ licet vera ſint, tamen Confeſſarios aduertere non omittam, quod in hoc ſeueriores potius, quã benigniores habeantur. Cũ negotium ſit admodũ graue, onus denunciandi æque laborioſum, ad quod exequẽdum quamplurimi nõ niſi timore denegandæ abſolutionis inducuntur. ſed antequam confeſſarius abſolutionem tribuat ei, qui aliquod denunciare tenetur, duo debet obſeruare; Alterum, circa excommunicationem, Alterum, circa denunciationem.

Circa excommunicationem, informare ſe debet a pœnitente an omiſerit denunciare animo fauẽdi hæreticis, tunc enim vltra excommunicationem latam ex edicto Inquiſitorum, inciderit in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini latam contra fautores hæreticorum, vt diximus *quæſt.* 3.*cap.*4.*num.* 10. Vnde non poterit abſolui niſi ab habentibus poteſtatem abſoluendi ab excommunicationibus Bullæ Cœnæ, de quo dictum fuit *quæſt.*3. *cap.*5. *a nu.*4.*ad* 8.

Si vero non denuncians omiſit denunciare per tantum ſpatium tẽporis, quantum ad incurrendam excommunicationem edicti Inquiſitorum requiritur; tunc in Regnis Hiſpaniarũ ab ea excommunicatione, quia non eſt reſeruata, abſolui poteſt a quolibet ſimplici Confeſſario, vt late diximus *quæſt.*3.*cap.*5.*a nu.* 9.*ad* 12. In prouincijs vero Italiæ, quia in edicto Roma-

manæ Inquiſitionis hæc excommunicatio eſt reſeruata, ideo abſolui non poteſt, niſi ab ipſo reſeruante, aut ab eius ſuperiore iuxta dicta *num.13. d. cap.5.*

Vt autem denunciationem facilitet, ponere poteſt ante oculos pœnitentis ea omnia, quæ fuſe tractauimus *quæſt. 2. cap.* 1. per totum. Hæreticorum denunciationem non modo licitam, neceſſariam, ſed etiam eſſe maximoperè laudabilem. Silentium aliquando vituperabile, imo vero pernicioſum, & quidem fidei, Catholicæquè Religioni. Centuræ officium ſatis honeſtum, ſatis decorum, ſi contra publicos hoſtes exerceatur.

Delatorem in S. Officio nunquam in delati notitiã poſſe peruenire: Secretum Inquiſitionis Sanctum, inuiolabile: pœnas contrà violatores ſecreti ſeueriſſimas: ſummam eſſe demũ pietatem hęreticos aut vt ſanentur, aut vt ad aliorum exemplum, & ſanitatem pereant denunciare. Et alia, quæ quiſquis ex ſuà prudentia adinueniet.

Poſtremo duo nũquam mihi ſatis inculcata videntur. Primum, quod Cõfeſſarius adhoc vt prudenter putet dandam eſſe abſolutionem prius, quã fiat denunciatio, debet multum examinare, ac ponderare cauſas differendæ denunciationis. Experientia enim docet, pœnitentes abſolutos aut omnino non curare de denunciatione faciẽda, aut multum immorari antequam eam peragant; vnde non parum periculi poteſt in fidem Catholicam redundare; præſertim ſi agatur de formali hæretico, de quo omnis dilatio periculoſa eſt, & pernicioſa. Graues igitur cauſæ, eæque neceſſariæ eſſe debent, propoſitum firmiſſimum, pœnitens timoratæ conſcientiæ; & tutius eſt, ac prudentius eos inducere ad ſtatim denunciandum, quam ad differendum.

Alterum est, quod cum Confessarij requiruntur, vt aliquid denuncient, quod personaliter pœnitētes denunciare non possunt, hoc quidquid oneris non graue, ac ponderosum sustinere debent, cum agatur de fidei, ac Religionis obsequio, & indemnitate. Debent etiam animum inducere se ad hoc teneri ex charitate, & forte ex obligatione iustitiæ, cum quis teneatur succurrere communi bono, & Catholicæ fidei integritati.

Finis Quæst. Septimæ.

QVAE-

QVAESTIO OCTAVA.

De causis a denunciando excusantibus.

CAPVT PRIMVM.

An Hæreticus teneatur seipsum denunciare, saltem cum ab Inquisitore interrogatur.

SVMMARIVM.

1 *Excusatio ab onere denũciandi ex triplici capite in vniuersum potest oriri.*
2 *Hæreticus non tenetur sponte comparere coram Inquisitore, & seipsum denunciare.*
3 *Non debet quis obligari ad id, quod naturæ valde aduersatur.*
4 *Soluitur obiectum ex cap. Concilij Biterrensis.*
5 *Quis potest a Iudice interrogari vel vt reus, vel vt testis.*
6 *Quando quis interrogatur, vt testis, non tenetur Iudici seipsum manifestare.*

7 Quis interrogatus vt reus tenetur iudici dicere veritatem.

REmanet iam, vt videamus, an ab hac generali obligatione denunciandi huiusmodi crimina aliqua exceptio admittenda sit. Potest autem ex triplici capite in vniuersum talis exceptio, & excusatio intentari; primo ex conditione personæ denunciandæ, quæ mihi videlicet est coniunctissima. Secũdo ex modo sciendi talia crimina, scilicet sub magno secreto. Tertio, ratione dãnorum, quæ ex denunciatione sequi possent, aut ex alia iuris exceptione, de quibus gradatim per capita dicemus. Dupplicis casus solutio in presenti dãda est. An scilicet primo hereticus teneatur sponte cõparere coram Inquisitoribus, & sua crimina reuelare. Secundo an si sit ab Inquisitoribus vocatus, aut cõprehensus, & ab ipsis interrogatus teneatur seipsũ denunciare.

Quoad primum conclusio est negatina. eam tuetur *S. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 1. Simanchas de catholic. instit. tit 42 num. 13. Penna in director. par. 3. comm. 12. Suarez de fide disput. 20. sect. 4. num. 18. Auila de censuris p. 2. cap. 5. disp. 4. dub. 3. cõclus. 9. Rojas singul 3. num. 33. Rodericus Acuna de confessar. sollicit. q. 10. Sotus de ration. teg. secret. memb. 2. qu. 7. Bal. in l. 1. C. in quibus caus. in integr. restit non est necess. in fin. Alexand. in l. cum quidam §. quod dicitur ff. de acquirenda hæreditat. num. 13. Felinus in cap. cum olim, de accusat. num.* 3. quos laudat & sequitur *Sanctarellus de hæret. cap. 9. dub. vnico, nu.* 18. Quibus adde *Dianã resolut. moral p. 1. tr. 4. de denũciationibus resolut. 8. Fernãdez in examin. Theolog. moral. par. 1. cap. 19. §. 5. num. 5. & p. 4. c. 6. nu. 5. §. 1. Riccium par. 5. decis. 278 num. 1. Homobonum in examin. Eccles. p. 2. tract. 11. cap. 4. q. 4. Ioan. Valerum in differẽt. vtriusq; fori,*

fori, verb. hæresis, differ. 1. *num.* 4. *Rodericum Acunam vbi supra, & quæst.* 21. *num.* 2. *& ibi Freitam in addit. n.* 13. *&* 21. *Lorich. in Thes. Theol. tom.* 1. *uerb. denunciatio, nu.* 3. *Portell. in addit. ad dub. regular. verb. sollicitare fœminas. nu.* 15. *Zanardum in director. Confessor. p.* 3. *in fin. Molfesium in summ. tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 24. *nu.* 24. *Megalam in* 1. *part. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 30. *& Zerolam in praxi Episcop. p.* 1. *verb. hæresis qu.* 35. *Carenã par.* 2. *tit.* 9. §. 7. *num.* 30.

Probatur primo authoritate *cap. cum olim, de accusationibus. nu.* 3. *& cap. quis aliquando, de pœnit. dist.* 1. desumpti ex *D. Chrisostomo super epistol. D. Paul. ad Hebræos homil.* 31. *&* 41. *ad populum,* vbi dicitur: *Non dico tibi, vt te prodas in publicum, neque vt te apud alios accuses, sed obedire te volo Prophetæ dicenti: Reuela Domino viam tuam.* Quam regulam in casu hæresis etiam procedere asserit *Nauarr. consl.* 5. *num.* 3. *de hæret.* incipit. Est *pœnitens. Cum nullibi,* inquit, *excipiatur hæreticus ab hac regula, & stãdum est regula, donec probetur exceptio. ex Gloss. in l. omnis definitio de regul. iur. & in rubrica eodem tit. lib.* 6. *Nauarrum refert, & sequitur Sanctarel. l. supra cit.*

3 Secundo probatur ratione, nam non debet quispiam obligari ad id, quod naturæ valde aduersari videtur, sed valde contrariũ naturæ, vt ex se patet, videtur, quod quisquam obligetur ad se ipsum, etiam in casu heresis denunciandũ, ergo. Confirmatur; quia lex Euangelica est iugum suaue, & leue, ergo non debet tam graue, & tam importabile onus denunciantibus imponere.

4 Obijcies, *in Concilio Biterrensi cap.* 1. præcipitur *Vt omnis, qui sciuerit se, vel alios in crimine labis hæreticæ deliquisse, compareat veritatem dicturus,* ergo quis tenetur prodere seipsum. Respondeo, quod hæc verba aliter accipiẽda sunt re-

spe-

spectu sui, & respectu aliorum nam respectu aliorum sunt præceptum absolutū; respectu vero sui sunt consilium, & concessio conditionata: nam ibi est sermo de tempore quod Inquisitores vocant tempus gratiæ, intra quod tempus magna indulgētia promittitur ijs, qui sua sponte, denunciationem præuenientes, sese offerunt Inquisitoribus. ita *Suarez, & Sanctarellus loc. cit.* & late *Penna dicto comment.* 12. exponunt.

5 Quoad secūdum suppono quod quis dupppliciter potest a Iudice interrogari, vel vt reus, vel vt testis, & denunciator. Vt reus interrogatur, quando aliquo modo interrogati nomen,& delictum Iudicibus est delatum. Vt testis interrogatur, quando nulla præcedēte infamia, nullisq; habitis a Iudice indicijs solum ob generalem inquisitionem quispiam interrogatur. his positis.

6 Dico primo; quādo quis non vt reus, sed vt testis,& denunciator interrogatur non tenetur seipsum iudici interroganti manifestare. *Ita Sanctarellus loc. & num.* 18. *cit. Caietan.* 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 1. *Sot. relect. de secret. memb.* 2. *quæst.* 7. *Simanchas tit.* 42. *nu.* 13. vbi hanc sententiam veriorem, & benigniorem appellat, *Suarez num.* 18. *cit.*

Probatur hæc conclusio primo *ex cap. quis aliquando supra cit.* secundo quia non videtur suauitatem legis Euangelicæ ad tantum ponderis obligare. Tertio quia Iudici iniuste interroganti non tenetur quispiā seipsum manifestare, sed si nulla præcedant inditia, iudex non iuste interrogat talem tanquam reum, sed solum tanquam testem, ergo ita *Simanchas loc. citat.* vbi infert quod poterit reus iuste celare crimen dicens, nescire se quis fecit, quia non sic scit, vt dicere teneatur.

7 Dico secundo si quis ab Inquisitoribus interrogetur, vt reus, vt supra expli-

plicatum eſt, tenetur ſeipſum manifeſtare. colligitur ex *Simanch. l. & num. cit.* in terminis *Sanctarellus de hæreſi cap.9.dub.vnico,num.* 16

Probatur primo; quia quoties iudex iuſte interrogat, toties ſubditus debet illi dicere veritatem, ſed pcedente delinquentis delatione iudex iuſte interrogat, ergo.

Secundo in tantum quis non teneretur in hoc caſu Iudici interroganti veritatem dicere, in quãtum proderet ſeipſum, ſed in hoc caſu ſeipſum non prodit, cum de crimine hæreſis iã eſt denunciatus, vel accuſatus, ergo.

Obijcies contra primam concluſionem. quando iudex iuſte interrogat, interrogatus debet ſeipſum prodere, ſed quando Iudex interrogat generaliter inquirendo, iuſte interrogat, ergo. Reſponſio patet ex tertia ratione primæ concluſionis Nam quamuis iudex iuſtè interrogat, vt reum, nec quiſquam ſeipſum tenetur reum facere, priuſquam vt reus aut accuſetur, aut denuncietur. ita *Simanchas l. cit.*

Sed hic notãdum eſt ex *Cantera in qq. criminalibus, quæſt.16.de reo, nu.3.* quod quamuis quis non teneatur ſe ipſum Inquiſitoribus denũciare ex vi ſuorum edictorum, ita vt nullam excommunicationem incurrat in eiſdem edictis latam ex rationibus ſuprapoſitis; tamen ex conſcientiæ obligatione cum teneatur exire a peccato, & ab hæreſi, ac incurſa excommunicatione abſolutionem petere, tenetur accedere ad Inquiſitores nõ vt Iudices, ſed vt patres, & cõfeſſarios, vt abſoluatur, cum a crimine hæreſis a nullo alio poſſit abſolui. placet verba Canteræ referre, quia notatu ſunt digniſſima. *In crimine hæreſis ſi reus interrogetur a Iudice competenti, qui eũ põt a tali crimine abſoluere, V.G. ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, qui in Hiſpaniam*

nia soli possunt a crimine hæresis absoluere, credo, quod teneatur manifestare tale crimen ab eo cōmissum quātumcunq; occultum, quia vt non tam Iudici tum manifestat, sed vt Confessori, quia confessor in Sacramentali confessione non potest eum absoluere, nisi prius absolutus fuisset ab Inquisitoribus, & quilib. tenetur exire a peccato, cum primum potest, imo tenetur manifestare istud crimen absq; interrogatione a Iudice. Istud credo verissimum in committente tale delictum. Hæc Cantera.

CAPVT II.

An saltem Hæreticus teneatur complices denunciare.

SVMMARIVM.

1 *Non tenetur hæreticus delicti complices reuelare inrequisitus, sed denunciatus, & interrogatus ad Inquisitoribus tenetur.*

2 *Mulier, quæ præbuit assensum Confessario sollicitanti, tenetur illum denunciare, sed non tenetur reuelare suum consensum.*

3 *Aliqui putant hæreticum publicum, & dogmatizantem teneri ad seipsū reuelandum.*

VNica conclusio, non tenetur hęreticus delicti sui complices reuelare si tamen non fuerit prius accusatus, vel denūciatus; quod si fuerit accusatus, vel denunciatus, tenetur cum interrogatur, cōplices manifestare. Hæc conclusio duas partes continet. prima pars negatiua docetur *a Suarez trac. de fide disput. 10. sect. 4. num.* 18. qui citat *Pegnam, & Simāchas.* idem docet *Megala in 1. p. lib. 1. c. 5. nu. 30. Sanctarellus dub. & num. cit.* & nouissime docet *Portellius in addit. ad dub. regul. verb. denunciatio, nu.* 10. quos refert, & sequitur *Dia-*

Diana oper. moral. tráct. 4. de denunciationibus, resol. 9.

Probatur conclusio; primum quia si quis reuelaret complices, reuelaret seipsum, sed seipsum reuelare non tenetur, ergo neq; tenetur reuelare complices suos. Minor probata fuit in superiori dubitatione. maior sic suadetur. Si Petrus V. G. denunciaret Paulum hæresis suæ complicẽ, Paulus deinde interrogatus a Iudice, vt reus teneretur denunciare Petrum, ergo Petrus Paulum denunciando, consequenter denunciaret seipsum.

Sed hic exoritur difficultas specialis, an mulier, quę confessario seipsam sollicitanti in Sacramentali Cõfessione, præbuit assensum, teneatur denunciare confessarium? Et ex supradictis videtur, quod non teneatur, nam confessarium sollicitantem reuelando, seipsam cõsensum sollicitationi tribuentem reuelare deberet. & ita hanc sententiam tuentur *Portellius in addit. ad dub. regular.* verbo, *Denunciatio, nu.* 10. & verb. *sollicitare fœminas num.* 15. citari etiam potest *Castropalao tom.* 1. *oper. moral. tr.* 4. *disput.* 9. vbi hanc opinionem videtur sequi, vt testatur *Trimarchus de Confess. abutente Sacram. Pœnit. disput.* 5. *sect.* 6. *nu.* 58. vbi ait hanc ope sentẽtiam aliqui bus Theologis Hispanis, quos ipse Trimarchus Matriti cognouit, non minime displicere, & quod ad hanc sententiam inclinare videtur nonnulli DD. quos citat, & sequitur. *Sayrus in Claui Regia lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 26. *&* 32.

Contraria tamen sentẽtia est omnino amplectenda, quod tenetur mulier confessarium sollicitãtem, cui præbuit assensum, denunciare; ita *Acuna qu.* 10. *num* 5. *Sanctarellus de hæresi cap.* 44. *num.* 12. *Bonacina in tract. variar. disp.* 6. *punct.* 3. *num.* 10. *&* 11. *Peirinus in priuileg. minim. tom.* 1. *cõstit.* 4. *Gregor. xv.* §. 3. *num.* 11. *Bossius in append. ad tract. de*

Iubilæo dub.23.nu.83.Dian. p.1.resol.mor.tracta 4. de denunc. resol. 9. versic. notandum, & alij communiter Theologi, vt testatur *Trimarch.loc.cit.n.59.* vbi testatur etiã de praxi huius opinionis, *& num. 66.* sententiam Portellij dicit esse impossibilem, & alios tenere, quod sit scandalosa, & cõtra ius naturale, & bullas Pontificias, & cõtra decretum editum de mandato sãctissimi D. N Papæ Vrbani octaui, & Eminẽtissimorum Cardinalium Generalium Inquisitorum,& missũ secundum formam litterarum omnibus Archiepiscopis, vt habetur apud *P. de Peirinis to.2.priuilegior.const.4 Gregorij xv.§.3.n.12.l.cit.num.67. & Bariolan.in floribus Inquisitorum in fine, fol.468.*

Probatur hæc sententia contrario fundamento, cui nititur prima. Nam fœmina in hoc casu non tenetur proprium consensum manifestare: nec potest super hoc ab Inquisitoribus interrogari. & si vel imprudenter, vel ex industria consẽsum suum manifestaret, nequaquam in Actis redigi debet, tanquam res non spectans ad Tribunal SS. Inquisitionis vnde aut fœminę turpitudo nullatenus manifesta fiet, aut si fiet, nullo modo erit illi detrimento, vt late diximus *qu. 4.cap.5.num.8. vers. Ad maiorem vero mulierum*.

3 Referenda hic censeo verba *p. Dianæ loc.cit.resolut.8.* fine, vbi postquam ex supracitatis Authoribus firmauerit conclusionem, ꝙ Hæreticus non teneatur ꝓdere seipsum, ait: *Aliqui tamen ex supradictis DD. limitant hanc sententiam in casu, quo pro bono communi ipsius teneretur vitam propriam ponere: & ideo annis elapsis in quadam nostræ Italiæ nobilissima Ciuitate, Doctissimi Theologi obligauerũt denunciare quemdam hæreticum dogmatizantem, & docentem alijs hæresim, quãuis ipsi denunciantes fuerint discipuli eiusdem hæretici, &*

sic

sic complices delicti: in cæteris casibus criminosi ex edicto Inquisitorum secundum mentem hinc Doctorum, non tenentur prodere seipsos. hęc illę.

CAPVT III.

An sanguinis coniunctio inter denunciatorem, & denunciātem excuset ab onere denunciandi? & primum an frater teneatur fratrem hæreticum, & maritus vxorem, vel contrà denunciare.

SVMMARIVM.

1 *Frater tenetur denunciare fratrem hæreticum.*

2 *Maritus tenetur denunciare vxorem hæreticam, & contra.*

3 *Rationes, quibus hæ conclusiones probantur.*

HAEc quæstio agitari solet ab Authoribus inter patrem, & filium maritum, & vxorem, & è contra, & inter fratres; de cæteris enim in remotiori gradu coniunctis adeo certum existimatur, vt ne in quæstionē quidem reuocetur. Agitatur autem in dupplici casu; primo circa hæreses, secundo circa crimina hæresim olentia. loquentes ergo primum de fratre hæretico, sit conclusio.

1 Quod frater tenetur statim denunciare fratrem hæreticum. Conclusio videtur certa, & communis eamque docent. *Speculator tit. de testibus §. de testium compulsioue vers. sed nūquid frater. Hieronymus Gigas tr. de crim. læsæ Maiest. lib. 2. in par. quomodo, & per quos. qu.* 9. prout eos citat, & sequitur *Sanctarellus de hæresi c. 9. dub. vnico, num. 14. in princip.* Idem tenent *Didacus Cantera in quæst. crim. rubrica de hæreticis vers. ex qua quidem glossa, & post illū Riccius part. 3. decis. 279*

Xx 2 *nu.*

nu.8. Ioann.Valerus in differentia vtriusq; fori, verbo hæresis, num. 4. Rojas. singul. 12. prout eos citat, & sequitur *Diana oper. moral. fiar.1.trac.4.de denunciationibus resolut. 5. Suarez de nde disp.20.sectio.4. num.18.* vbi tradit regulam, adesse obligationem ad denunciandum omnem alium a se sibi coniunctissimum; quod probat *num. 20. Trimarchus de confess.abut. Sacram.pœnit.disp.6.sect.2. nu.* 13. vbi ait, hoc esse certum. *Carena par.2.tit.9.§.3. num. 11.vers.& sane.* Et a fortiori tenentur illam docere omnes Authores, qui sustinẽt patrem filium, maritum vxorem, & contra teneri ad denunciandum; cum inter has personas tum sanguinis coniunctio, tum naturalis obligatio sit arctior, & maior.

2 Quoad maritum, an teneatur vxorem,& contra denunciare, si sint hæretici. Nõ teneri videtur putare *Didacus Cantera in quæst. crimin. rubrica. de hæreticis cap.1.num.* 22. relatus *a Sãctarello num.*15. citato in fine; & *Diana loc. citat.* cui etiam addit *Riccium, & Ioannem Valerum loc. citat.* tum quia hi cum adducerent Rojas asserẽtem vxorem, maritum, & fratrem teneri ad denunciandum, sequitur illum quo ad fratrem tantum: tum quia hanc opinionem de obligatione horum ad denunciandum vocant ipsi tantũ veriorem, ergo secundum illos, contraria sententia videtur probabilis.

Contrarium tamen tenendum est, & docent *Sãctarellus l. cit. num.* 15. in fine, *Diana resolut. cit.* dicens; *non audeat contrariũ dicere, Pegna in direct or.Inquisitor.p.3.num.*111. *comment.*160. *Freitas in addit. ad tractat. de confessar.sollicit.qu.19.num.16. Carena vbi supra. Suarez loc. cit.*

Probatur autem primo ex lege *Deuteron.* 13. quæ in hac parte moralis est,& adhuc seruanda, *Si tibi persuadere voluerit frater tuus*

filius

filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filij, siue vxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis, vt animã tuã, clam dicens: eamus, & seruiamus Dijs alienis, &c. nõ miserearis, vt occultes eum. Quæ verba quantum rigoris, amplitudinis, & exaggerationis habeãt, satis patet. Secundo, quia in edictis DD. Inquisitorum generaliter præcipitur, his verbis: *A todos de qualquier estado, y cadauno, y qualquier de vos.* Ergo generalites sũt intelligenda, vt comprehẽdant etiam personas coniunctissimas, præsertim cũ præcipiatur in fidei, & religionis fauorem. Tertio, quia pater tenetur filium hæreticum manifestare, vt probabimus, ergo multo magis frater fratrem.

CAPVT IV.

An pater teneatur denunciare filium hæreticum? & an idem procedat de filio cõtra patrem hæreticũ? & an quod dictum est de fratre, marito, patre, & filio hæreticis procedat etiam si sint de hæresi suspecti.

SVMMARIVM.

1 *Pater denunciare tenetur filium hæreticum.*
2 *Aliqui sustinent filium teneri non denunciare patrem hæreticum.*
3 *Alij posse, sed non teneri.*
4 *Probabilior sententia est, quod teneatur.*
5 *Licitum est filio impune interficere patrem oppugnãtem patriam.*
6 *Potius Deo, quam parentibus obediendum est.*
7 *Soluitur obiectũ ex Deuteronomij lege.*
8 *Lex disponens super vno ex correlatiuis intelligitur super alio etiam disponere.*

Fi-

9 *Filij denunciantes patrẽ hæreticum non subduntur pœnis temporalibus, ac spiritualibus statutis contra descendentes hæreticorum.*

10 *Filius denuncians patrem hæreticum plures virtutis actus exercet.*

QVod pater teneatur denunciare filium hæreticum communiter docent Doctores *Sanctarello loc. cit. num.* 14. *Penna par.* 2. *Director. cõm.* 15. *Petrus Binsfeld. de confessio. malef. membr.* 2. *vers. pro parte negatiua. Ombert. Locat. post Iudicial. Inquisit. quæst.* 5. *Lælius a Zecchius in summ. par.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi cap.* 11. *nu.* 12. *Castro lib.* 2. *de iusta hæreticor. punit. cap. vlt. Rojas singul.* 3. *num.* 29. *& seqq. & singul.* 12. *num.* 1. *Mascardus de probationibus lib.* 2. *concl.* 857. *nu.* 18. *Paramo de Origine S. Inquisitionis lib.* 3. *qu.* 98. *num.* 83. *Suarez disput.* 20. *de fide sect.* 4. *num.* 21. *Caietanum in cap.* 13. *Deuteron. Farinacc. de hæresi quæst.* 197. *num.* 40. *Azor. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. *qu.* 13. *Carena par.* 2. *tit.* 9. §. 3. *Alberghinus in manual Qualificat. disp.* 35. & a fortiori omnes statim citandi, qui sustinent filium teneri ad denunciandum patrẽ hæreticum, cum maior difficultas sit in filio contra patrem, quam in patre cõtra filium. vt patebit.

Sed loquẽdo de filio cõtra patrẽ per difficilẽ hanc quęstionem vocat *Simanchas de catholicis instit. titul.* 29. *num.* 35. videtur enim longe disparem rationem esse inter filium contra patrẽ, quã in alijs contra quoscq;

2 Prima igitur sententia negat absolute. *ita Alexãder de Ales. par.* 3. *quæst.* 23. *membr.* 4. *art.* 2. *dub. vltimo. Rojas singul.* 2. *num.* 2. & ita intelligendum esset eumdẽ *singul.* 5. *num.* 29. afferit *Diana loc. cit. resolut.* 4. vbi ait idem nouissime docere *Riccium par.* 3. *decis.* 278. *nu.* 8. & virum doctum *Ioann. Valerum in differẽt. vtriusq; fori verb. hæresis, different.* 1. *nu.*

*nu.*4. vbi ſic ait: *Septimo fallit in filio contra patrem, maxime ſi pater non inducebat filium ad hæreſim.*

Quibus adde *Abulenſem in cap.* 13. *Deuteron. quæſt.* 3. *& in cap.* 15. *lib.* 3. *Regum qu.* 16. Azor. *tom.* 2 *lib.* 2. *c.* 8. *quæſt.* 13. *Alenſem* 3. *par. quæſt.* 33. *membr.* 4. *artic.* 2. Sed hic author, vt refert *Sanctarellus de hæreſi cap* 9. *dub. vnico num.* 14. dicit, patrem hęreticum eſſe a filio denunciandum, quãdo delictum patris eſt aliquo modo publicum, non tamen ſi fuerit occultum.

3 Secunda ſententia nõ tam generaliter, ſed magis limitate loquens, duo docet. Primum, quod ſi pater eſt hæreticus occultus, filius non tenetur denunciare patrem; quod probat rationibus, quas in fine huius dubitationis, ad obiecta reſpondentes adducemus, atq; diluemus. Sed tamen poteſt licite denunciare patrem hæreticum etiam occultum & eo magis ſi pater inſanabilis eſſe videatur. ita *Simanchas loc. citat. nu.* 43. vbi etiam ſubdit, nõ aliter *Toſtatum*, aut alium quẽpiam hoc negare; dicẽs *quin immo laudandum eſſe filium, qui ardore Diuinæ religionis, naturalem amorẽ vicerit, & affectum hũc vehementiſſimum ſuperauerit; ſed omnia prius tentare debere; quam patrem ad Iudices deferat.* Hæc ille.

Secundo excipit duos caſus, in quibus tenetur filius denũciare patrem occultum. Prior eſt, cum filius ab Inquiſitoribus Apoſtolicis iuſtè interrogatur. Probat primo, quia teſtis, & reus iuſte a Iudice interrogati tenentur ei veritatem dicere. Secundo quia veritatem occultare in iudicio, eſt peccatum mortale, preſertim cum reus, & teſtis iurati mentiuntur.

Tertio a fortiori, quia quis iuſtè interrogatus ſeipſum prodere debet, *S. Tho.* 2. 2. *quæſt.* 69. *& qu.* 76. ergo multo magis patrem. ita *Simanchas loc. cit. num.* 44. Secundus caſus eſt, cũ patris

tris hæresis esse posset Reipublicæ perniciosa; tunc enim tenetur filius ea facere, quæ de patre proditore, ita *Simanchas ibid. num.* 45. vbi adducit *Ciceronem lib.* 3. *officiorum.*

Simanchas sequitur *Genuensis in praxi Archiepisc. cap* 18. *num.* 9. vbi ait, *hanc sibi videri veritatem* limitat vero ibi *Genuensij* hunc secundum casum, vt filij nō sint cogendi ad deponendum contra parentes, quādo alij testes haberi possunt cum sint personæ priuilegiatæ, quæ in subsidium cogi debent ex *Ostiens. Ioann. Andr. Ant.* & alijs communiter in *cap.* 1. *de testibus cogendis.* & ait notare etiam *Nauarrus in cap. inter verba* 11. *qu.* 3. *coroll.* 66. *n.* 827. Et ita in facti contingentia in illa Curia practicatum fuisse in hoc secundo casu asseuerat, quod nō coactus fuerit filius ad deponendū contra patrem in causa heresis, cum alij testes haberi potuissent. & ita etiam docet *Filiuc. tom.* 1. *tractat.* 40. *cap.* 8. *n.* 233.

4 Tertia sententia, quā vtpote probabiliorem sequimur, docet filium non modo posse, sed etiam teneri denunciare patrē hæreticum, etiam occultum, & ita preter authores, quos citat, & sequitur *Farinacc. de hæresi q.* 197. *§.* 2. *num.* 40. tenent hanc sententiam *Suarez tract. de fide disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 21. *Azorius p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 13. *Comitol. in resp. moral lib.* 4 *qu.* 8. *num.* 3. *Bonacina in tractat. var. disp.* 6. *punct.* 2. *num.* 3. *Portell. in dubijs regular. to.* 1. *verb. correctio fratrum, num.* 11. *Bonacina de cens. disp.* 2. *qu.* 6 *punct.* 5. *num.* 1. *Lopez in instruct. p.* 1. *cap.* 54. quos refert, & sequitur *Diana oper. moral. tract.* 4. *de denunciatio. resolut.* 4. his adde *Alex. Ales. part.* 3. *præcept.* 4. *q.* 33. *Henricum in eodem. præcepto serm.* 5. *Lupum in c. per vestras.* §. 75. *Alphonsum a Castro lib.* 2. *de iust. hæreticor. punit. cap. vlt. Caietan. in Deuteron. c.* 3. *Martinum Nauarrum in c. inter verba* lau-

Laudătium 11.*q*.3. prout re ferũtur a *Simanch.de cathol. tit.29.n.35*.adde etiam *Pĕn. ad Eymeric.in director.Inqui ſit.p.2.com.5.ad cap.litteras. extra de præſumptionibus lit tera B, verſ. & de fratre ſuo*, vbi teſtatur de veriori, ac tutiori opinione, reprobato *Simanch*.contrariũ docẽte. *Param. de orig.Inqu lib. 3. quæſt 8. num.* 83. & *ſeqq. Carenap.*2 *tit.9.§.3.n.*10.vbi teſtaturde cõmuniſſima sẽtẽtia, & alios apud *Albergh. c.35 .nu.2.Dom.Iſidorus San Vincente* in ſupremo conſilio S. Gener. Inquiſit. meritiſſimus Conſiliarius in ſua praxi manuſcripta, quę quamuis ob prudentiſſimi viri modeſtiam typis mandata non fuit,eius doctrina ita omnibus placuit,vt ſpar ſim in operibus neutericorũ,qui de cauſis ad S. Offic. pertinentibus pertractant, collecta habeatur, ad conuenientiã authorum, & lectorũ maximã eruditionẽ.

Probatur concluſio primo ratione, quam a nemine tactam uidi, & quæ in hoc caſu debet eſſe potiſſima. Ratio, ob quam hæretici ſunt ſtatim denunciãdi quæ eſt periculum, quod imminet Reipublicæ, tam militat in quouis extraneo, quam in patre hæretico, imo multo magis in patre, cui difficilius poterit admonitio filij ſuccurrere, cũ paterna authoritas, & fiducia non tam facile filij admonitionibus acquieſcat, ergo ſi quilib. hæreticus ob reipublicæ imminens damnum eſt denunciandus, erit etiam pater.

Secundo probatur; licitum eſt filio impune interficere patrem oppugnantẽ patriam, eiuſque hoſtem *l.minime ff.de relig.& ſumpt. funer.* & aſſeruit *Cic. lib.* 3. *officior.* ergo a fortiori licebit filio denũciare patrem hæreticum, publicum hoſtem, Dei, Reipublicæ Chriſtianæ, communis ſalutis, & omnium bonarum diſciplinarum oppugnatorẽ.

Neq; valet diſparitas allata a *Simanch. loc. cit.num.* 42. quod hæreſis occulta

parũ nocebit, & paulatim serpit; momento vero tẽporis Respublica rueret, nisi aut patrię proditor, aut contra Principem cõiurati reuelarentur; nam si hæc ratio valeret in patre hæretico, valeret itidẽ in extraneo; & satis probatum fuit, & euidẽter ostensum, quãtum nocitura esset hæresis occulta, quæ statim in lucem prodit, vires acquirit, & tanto perniciosior est, quanto serpit occultior, præsertim cum sit malum acutum, procliue, corruptiuum.

Tertio, quia potius Deo, quam parentibus est obediendum, *cap. relatum de sentent. excommun. cap. quisquis metu* 11. *qu.* 3. & necessitudini religio est anteponenda, & pietas propinquitati. ad quam sententiam tendunt verba Christi Domini *Matth.* 10. *vers.* 30. qui honorat patrem, & matrẽ plusquam me non est me dignus.

Quarto videtur colligi ex *cap.* 13. *Deuteron. vers.* 9. vbi in laudẽ Leui dicitur. *Qui dixit patri suo, & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios.* Quasi dicat, vt notat *Sanctarellus dub. cit. nu.* 14. Leuim in punitione Idololatrarum, id. adorantium vitulum aureum *Exod.* 32. *vers.* 28. non sunt miserti amicorũ, & cognatorũ, nec fratrum, nec filiorum, nec parentum, sed occiderunt eos non minus, quam alios, perinde ac si illos non nouissent, imo non vidissent, nec aspexissent.

Quinto validissime probatur. lege Mosayca pater filium impium accusare, ac punire debet, & authores pro contraria sententia citati putant teneri patrem denunciare filium hæreticum, ergo, & filius patrem. quod confirmatur cum filij aliquid patri sint, vt docet *Aristotel.* 8. *ethic. cap.* 12. *& S. Thomas* 2. 2. *q.* 27. *art.* 4. & filius & pater censeantur vna forma *§. ei, qui, instit. de inutil. stipulat.* & leges distinctionem non faciant inter

ter patris, & filij detrimentum, habetur *in l.iſti quidẽ, in ſi.ff.de eo, quod met. cauſſ. Et hoc quæ diximus ad edictum pertinere, nihil intereſt inſe, quis veritus ſit, an in liberis ſuis cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur.* ex quibus patet aut eſſe exonerãdos patres, qui plus filios, quam ſeipſos diligunt, a denũciandi obligatione, aut eſſe filios eadẽ contra patres onerandos.

Obijcies primo in aliquibus locis S. ſcripturæ præcipitur, vt pater denunciet filium, non contra, vt in *Deuter.* 13. *& Exod.* 31. ergo ſignum eſt, quod hæc obligatio cadit in patrẽ reſpectu filij, non contra. Reſpondeo cum Caietano in citatum locum *Deuteron.* quem citat *Sanctarell. l. cit. num.* 14. quod ibi non fit mentio patris, vel quia non preſumitur huiuſmodi ſcelus ſuasionis in parentibus, vel quia in lege non miſerendi filij clauditur lex nõ miſerendi patris.

Et confirmatur; quia lex diſponens ſuper vno ex correlatiuis intelligitur & in alio diſponere, etiam in materia pœnali, & exorbitanti *ad tex. in l ſiquis ſeruo alieno C. de furtis, Surd. cõſ.* 177. *num.* 33. *Rauden. de Analog. cap.*40. *nu.* 30. *&* 31. *Aldetc. Maſcard de ſtatu cõcluſ.*4. *nu.* 191. *cum ſeq.* prout eos citat *Maſtril. deciſ.* 216. *num.*34. Quod patet ex *eod. cap. Deuteron.* vbi non dicitur, quod vxor teneatur denũciare maritum, ſed quod maritus teneatur denunciare vxorem, & tamen certũ eſt etiam quod vxor teneatur denunciare maritum.

11 Obijcies ſecundo, ex hoc ſequeretur, quod filij ob denunciationem cõtra patrem efficerentur infames, & quod bona paterna in pœnam confiſcarentur, & ſic denũciatio cederet in graue damnum filiorum.

Reſpondeo negando ſequelam; filij n. denunciando patrem hæreticum non ſubduntur pœnis ſpiritua-

libus, aut temporalibus cōtra descendentes hereticorum statutis, vt notant *Pēna p.2. Director. c.14.comm. 15. Castr.lib.2. c.26.de iust. hæretic.punit. Rojas sing.3. n.30. Sanctarell.l.cit.n.15.Simanch.de Catholic.instit.tit. 29.num.47.Castrop.Suar.loc. cit.* vbi id pluribus rationibus confirmāt. Et de hoc extat lex *Federici Imperatoris*, incipit: *Commissi nobis cœlitus*, quā Pontifices approbasse refert *Penna loco cit.* & eam *confirmasse Innocent.iiij.& in vltima parte Directorij inter litteras Apostolicas pagina sexta, & nona insertam reperies.*

Obijcies tertio, filius denunciando patrem hæreticum illi grauissimam inferret iniuriā, ergo nullo modo debet illum denunciare. Respondeo quod cum filius ad denūciandum cogatur iustissimo Ecclesiæ præcepto, nullam infert iniuriam. Accedit, quod bonum spirituale patris, debet filius bono eiusdem tēporali anteponere, cum hæreticus denunciatus resipiscat, ac doleat de delicto cōmisso, qui aliter pro desperato esset habendus. ex quibus patet filium in hoc casu nullo pacto appellandum esse impium, irreuerentem, iniustum, cum priuato bono præferat cōmune, naturali amori fidei, ac religionis caritatem, & patris spirituale bonum, & salutem eiusdem damno, & nocumento temporali.

CAPVT V.

An scientia delictorum ad Tribunal SS. Inquisitionis pertinentium habita sub maximo secreto excuset ab onere denuntiādi?

SVMMARIVM.

1 *Aliqui dicunt hæresim cognitam etiam sub sigillo sacramentalis*

lis confessionis debere statim denunciari.

2 *Sententia hæc erronea reputatur.*

3 *Vera sententia proponitur, & probatur.*

4 *Scita in sacramentali cõfessione, cognita sunt à confessario vt Deo, non vt homine.*

5 *Confessarius tenetur subticere complices hæresis eodem sigillo, quo hæreticum principalem.*

6 *Etiamsi ex manifestatione hæresis cognitæ sub sigillo confessionis succurreretur toti Orbi periclitanti, non deberet, nec posset manifestari.*

7 *Etiamsi mille mortes Cõfessario intentarētur, tenetur tamen hæreticū, & complices subticere.*

8 *Ad idem secretum tenentur omnes ij, qui conscij fuerūt quouis modo hæresis, cuius cognitio habita fuit originaliter per viam confessionis sacramentalis.*

9 *Inquisitor si inueniret hæresim alicuius scriptam, vt eam confiteretur, vel audiret à sacerdote Sacramenti violatore, non posset contra hæreticum procedere.*

10 *Imo si illum damnasset, deberet illum absoluere, si intelligeret denūciationem totaliter originē habuisse ex fractione sigilli sacramentalis.*

11 *Si Sacerdos reuelaret hæreticum etiam iudicialiter non esset illi credēdum, nisi eum denunciaret ex licentia morientis, quod assereret cum iuramento.*

12 *Potest tamen confessarius ex licētia hæretici eum Inquisitoribus manifestare.*

13 *Sed licentia debet esse explicita, & libera, nō interpetratiua, aut per ratihabitionem.*

14 *Debet confessarius manifestare hæreticū, qui simulata confessione hæreses suas conaretur persuadere.*

15 *Non est cōfessio sacramētalis, si quis dicat confes-*

fessario: Dico tibi hoc sub sigillo confessionis.
16 *Quæ procedunt in hæresi etiam emendata.*
17 *Confessarij non debent recipere sub sigillo confessionis, id quod ad confessionem sacramentalẽ non ordinatur.*
18 *Hæresis manifestata in confessione incepta, & non completa, nullo modo potest reuelari.*
19 *Confessarius qui habet notitiam hæretici ante, vel post confessionem debet illum denũciare, licet habuerit etiam cognitionem in confessione.*
20 *Dummodo hæc fieri possint absque scandalo, & cõfessarius, quod scit ab alijs, uel per indicia possit probare.*
21 *Quæ tanto magis procedunt, si confessus accusaret confessarium de prodito sacramentali sigillo.*
22 *Vbi multa ab hæreticis molirentur in publicam perniciem, posset, si hoc intelligerẽt confessarius in confessione, generaliter monere Inquisitorẽ, vt vigilet super gregẽ, quia lupus est in eo.*

MAximum secretum haberi potest vel p viam Sacramentalis Confessionis, ad quã absolutio subsequatur, vel non; & quæ vel sit vera, vel ficta, vel quæ habeat speciem sacramentalis confessionis; vel haberi potest extra sacramentalem confessionẽ, & eo casu vel sine, vel cũ iuramento. In presenti capite de secreto habito per viam sacramentalis confessionis pertractabimus.

1 Prima sententia est *Alberici de Rosatis in Rubrica C. de hæreticis, num.* 4. vbi ait; speciale hoc esse in crimine hæresis, vt Sacerdos possit manifestare hæreticum, cuius confessionẽ audiuit, pro hac etiam sententia *Suarez de fide disput.* 20. *sect.* 4. *num.* 16. *citat Altisidiorensem*, qui tamen *lib.* 4. *cap.* 3. *qu.* 4. dubitat, an pos-

poſſit manifeſtare, vt teſtatur *Sanctarellus de hæreſi q. 9. dub. vnico, num.* 17. Ad eamdem ſententiam videtur *Archidiaconus* inclinare, teſte *Suarez* ibidem. & ad eam ſuadendam facit per vulgatum illud dictum: *Eſt hæreſis crimen, quod nec confeſſio celat.*

2 Sed hanc opinionem *Suarez loc. cit.* dicit hodie eſſe erroneam. idem *Sanctarellus loc. cit. Lazarius to. 1. pract. qq ſect. 2. quæſt. 17. n.* 14. vbi refert *Nauarrum in cap ſi ſacerdos num.* 119. *de pœnit. d.* 6. dicentem, vulgatum illud dictum, eſt Hæreſit crimen etc. nunquã a Theologis fuiſſe probatum, ſed potius tãquam peſtem ab illis, & nominatim a Doctoribus Pariſiẽſibus damnatum. fuſe *Lazarius in theſaur. cõfeſſariorum par.* 1. *cap. de ſigillo confeſſio. & p.* 2. *caſ.* 1. *reſeruato.* Et quod liceat in aliquo caſu ſigillum confeſſionis frãgere, vocat ſententiam erroneam *D. Thomas in* 4. *diſtinct.* 21. *q.* 3. *art.* 1. & expreſſe habetur *in cap. Sacerdos de pœnit. d.* 6. quod ob nullum ſcandalum vitandum frangendum ſit hoc ſecretum, prout teſtatur *Lazarius d. q.* 17. *num.* 23.

3 Sit igitur concluſio ab omnibus amplectẽda, quod hæreſis delictum per Sacramentalem confeſſionem cognitum, tenetur Sacerdos nullo modo reuelare; quã concluſionẽ preter ſupracitatos authores tuentur *Gigas de crimin. læſæ Maieſtatis lib.* 2. *rubrica, qui accuſare poſſunt. qu.* 18. *Antonius Gabriel. lib.* 7. *concl. vlt. nu.* 17. *Albert. de agnoſcend. aſſertion. cath. q.* 25. *Simanch. de cath. inſtit. tit.* 42. *num.* 14. & 15. vbi contrariam opinionem dicit falſiſſimam, & de communi omnium ſententia teſtatur *num.* 14. & citat *Alberic. poſt Ray. in rubr. C. de hæreticis n.* 8. *Hoſtienſ. in ſumma tit. de pœn. §. in quo tenentur, Alex. de Aleſ.* 4. *par. qu.* 78. *memb.* 2. *artic.* 1. *Gerſon. ſerm. de pœnit.* & iterum *ſermon.* 2. *contra ſuperbiam, omnes Theologos*

lib.

lib. 7. sentent. dist. 21. Martinum Nauarrum referentẽ plures in dicto cap. Sacerdos num. 119. Ioan. Medina lib. de pœnit. tit. de confes. celãda. Domi. Soto lib. de rat. teg. secr. memb. 3 p. 4. Quibus addo Penna in director. par. 2. comm. 19. Farinacc. de hæresi qu. 197. §. 1. num. 46. Rojas singul 3. num. 36. Et eam sustinent omnes ij, qui in vniuersum docent, in nullo casu, neq; ob vllum finẽ licere reuelare peccatum in cõfessione auditum, etiã in liberanda Republica a quouis grauissimo damno, siue tẽporali, siue spirituali, vt doctè asserit Sanctarellus l. cit. n 17. pro qua generali opinione citat S. Thom. in 4. d. 21. q. 3 art. 5. & ibi Bonau. par. 2. art. 2. qu. 1. Scot. qu. 2. Capreol. qu. 2. Durand. qu. 4. Adrian. qu. vlt. de confession. Petrum Ioann. lect. vlt. de confess. quibus adde omnes illos, quos citat Lazarius pract. qq. sect. 2. q. 17. num. 1. vbi de communi omnium Doctorum testatur.

Probatur hæc conclusio primo: ex cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss. ibi: Caueat autem omnino, ne uerbo, uel signo, vel quouis alio modo prodat peccatorem. idem constat ex cap. dilectus, de excess. Prælat. & cap. Sacerdos, de pænit. dist. 6.

4 Secũdo ratione, quam affert D. Thom. 2. 2. qu. 70. art. 2. de his, inquit, quæ homini sunt cõmissa in secreto per confessionem, nullo modo debet testimonium ferre, nec dicere, quia hæc nõ scit vt homo, sed tanquam Dei minister.

Tertio quia etsi graue sit periculum, quod ex hæresis delicto imminet Ecclesiæ, tamen nullum periculum grauius Ecclesię potest ingruere, quam confessionis sacramentum violare.

Quarto, quia si liceret tales hæreticos denunciare, deterrerentur illi a Sacramento confessionis, & pœnitentiam nõ agerent, nec alios hæreticos proderent: e contrario vero Sacerdotes possunt salutaribus monitis cõfitentibus prodesse, ac

ac bono communi consulere prædicando ingenere contra hæreticos, & admonendo generaliter Inquisitores, vt docet *Simanchas de catholic. institut. tit.* 42. *numero* 14. *&* 15. Quia vero hæc generalis conclusio aliquas tum ampliationes, tum limitationes, quæ multum ad praxim conducere possunt, admittit, ideo eas referre consentaneum puto.

5 Amplia primo igitur, vt confessarius teneatur etiam hæresis complices sub eodẽ sigillo subticere, quos in cõfitendo hæreticus manifestauit, ita *Sanctarell. loc. cit. nu.* 13. *in fin. Suarez de fide disput.*20. *sect.*4. *num.* 16. Ratio est; quia socij criminis sunt circumstãtiæ peccati, & sub eodem secreto continentur, tanquam pars sub toto, vel tanquam accessorium sub principali; ergo si Sacerdos tenetur non reuelare principalem, ita neq; accessorium. Quod etiam ait *Sanctarellus* notare *Sotum in* 4.*d.*18.*q.*4.*art.*5.

6 Secundo amplia, etiãsi ex hæresis manifestatione vniuersi cuius Regni perditio, imo totius orbis ruina propelletur; nam etiam in hoc casu tenetur Sacerdos supprimere: *Lazarius loc. cit. num.* 2. *ex D. Thom.* & alijs ab eo relatis.

7 Tertio amplia, etiam si mille mortes Confessario, vt manifestaret, intentarẽtur; ita *Lazar. loc. cit. nu.*4. tenetur enim mille mortes potius subire, quam rem cõfessam detegere, *Rebuff. in c. omnes vtriusq; in vlt. not. de pœn. & remiss. Martin. del Rio to.*3 *disquisit. magic. lib.*6.*cap.*1.*sect.*2. *Corrad. in respons. cas. consc. p.* 1.*qu.*329. *Sot. de rat. tegen. secr. memb.* 3.*qu.* 4. vbi hoc mortalissimum crimẽ appellat, *Mascard de probat. concl.*377.*n.* 6.*uol.*1. quos sequitur *Lazar. num.*4.*cit.* vbi agit de pęna confessarij confessionis secretum temerantis.

8 Quarto amplia, vt hoc procedat nõ solum in persona confessarij; sed etiam primo in interprete laico

Zz in

in extrema necessitate, si illi facta fuit confessio. Secũdo in Doctore, seu Consultore, a quo per confessariũ cõsilium fuit petitum. Tertio in eo, qui se confessariũ simulans, confessionem hęretici audiuit. & tandem vt procedat etiam quo ad omnes eos, qui quouis modo hæresis, cuius cognitio habita fuit per confessionẽ, conscij extiterunt. ita *Nauarr. in man. cap.* 18. *num.* 51. *Sot. de rat. teg. memb.* 3. *q. fin. & Rebuff. in dict. cap. omnis vtriusq; in vlt. not. in ampl.* 4. *& seq. Caroc. de reuel. confes. a qu.* 27. *& seqq.* quos citat, & sequitur *Lazarius loc. cit. num.* 1. vbi *de cõmuni Theologorum in* 4. *dist.* 21. Quia res ad quemcumque transeat, cum onere suo transit *cap. ex litteris. de pig. c. pastoralis, de decim.*

9 Ex qua ampliatione infer, quod si Inquisitor inuenisset peccatum hæresis scriptum, vt id confiteretur, vel ab aliquo auscultãte pœnitentem, vel a sacrilego Sacerdote sigilli violatore id intellexisset, nõ posset Inquisitores his testibus, nec illi schædulæ, vel ipsi Sacerdoti fidem habere, nec propterea reũ capere, vel torquere, *D. Menoch. lib.* 1. *de præsumpt. quæst.* 89. 26. & 27.

10 Imo etiamsi illum condemnasset testibus cõuictum, & postea intelligeret totam delationem, vel accusationem ortam ex sigilli violatione, deberet dãnatum absoluere, & dimittere, vt de communi sententia testatur *Martin. del Rio tom.* 5. *disquis. magic. lib.* 6. *cap.* 1. *sect.* 2. vide *Sotum in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 5. & *Lazar. l.* 4. *n.* 6. *loc. cit.* verum puto non esse parem obligationem harum personarum cum Sacerdote, quod etiam adnotat *Lazar. loco citato.*

11 Quinto amplia, quod si sacerdos reuelaret audita in confessione, etiam iudicialiter, nulla penitus ei adhibenda esset fides. *Bal. & Castr. in l Archigerontes C. de Episcop. aud. Fel. in cap.* 1. *nu.*

num. 3. de excep. Ripa tract. de peſte §. fin. num. 104. *Laz. l. cit. num.* 3. Quod tamen limita, niſi Sacerdos eſſet fide dignus, & aſſereret morientem dediſſe licentiam de reuelanda confeſſione; tunc enim creditur, probaretque eius dictum, etiã in iudicio, preſertim accedẽte iuramento. *Lap. in alleg. 94. incip. mulier in confeſſion. Viuius in ſuis commun. opinion. verb. cõfeſſio, ſeu ea quę, Nauarr. in man. cap. 8. Bertaz. conſil crimin.* 452 *nu.* 8. & 9. *vol.* 2. *D. Menoc. de præſumpt. lib. 6. præſump.* 95. *nu.* 6. & *ſeq. cum alijs, Lazarius l. cit. num.* 3. vbi quamplura alia docet, quæ non tam ad noſtram, quam ad materiã ſigilli confeſſionis pertinent.

12 Limita vero primam illam generalem concluſionem primo, niſi confitens hæreſim dediſſet licentiam confeſſario reuelandi confeſſionem, quod quidem poteſt confitens licite facere, quando ipſius ſpirituale, vel corporale, vel publicũ bonum inde ſequi poteſt; ex leui enim cauſſa reuelare, etiam habita permiſſione confitentis ſacrilegium foret. *Martin. del Rio loco cit.* Nec ſufficit ratihabitio, vel licentia interpetratiua, vel implicita; ſed requiritur explicita, & debet eſſe libera, & nullatenus coacta. Non eſt tamen neceſſariũ, vt aliqui dicunt, vt hæc licentia detur extra confeſſionem, & rurſus tunc pœnitens narret ſuum peccatũ, vt de probabiliori ſent. tradit *Martin. del Rio d. ſect.* 3. *Lazar. l. cit. n.* 1.

13 Secundo limita niſi hæreticus ſimulata confeſſione, hæreſes ſuas conaretur ipſi confeſſario perſuadere; quod nonnullos hæreticos Lutheranos tentaſſe refert *Simãchas de cath. inſtit. tit.* 42. *nu.* 15. tunc enim confeſſarius huiuſmodi hereticum licite poteſt manifeſtare, *Simanch. num. cit. Salzed. ad prax. Diaz cap.* 109. *Viuald. de confeſſ. num.* 15. *pulchre D. Menoch. de arbitr. caſ.* 414. *num.* 12. *Mi-*

chael Salon in 2. 2. quæst. 70. *contr.* 3. *art. concl.* 5. Et in hoc casu esse explicandum dictum illud, *Est hæresis crimen, quod nec cõfessio celat, putat l. cit. Simanchas.*

14 Tertio limita nisi hæreticus dicat solũ confessario dico tibi hoc sub sigillo cõfessionis; tũc.n. põt reuelare, quia non est confessio sacramentalis *Sãctarellus de hæresi quæst.* 9. *dub. vnico num.* 10. *in fin.* vbi ait: *Est item hæc doctrina vera, quãdoquis alteri diceret. manifesto tibi hoc sub cõfessione, nam etiam in hoc casu tenetur homo reuelare occultam hæresim, nam hæc confessio non est sacramentalis, nec ille habet animum confitendi.* citat *Nauarrũ in summ. cap.* 17. *num.* 55. *Caietanum l. cit. art.* 1. *ad* 2. *Victor. in summa de confessione nu.* 190. *Armilla verb. Confessor. nu.* 6. quibus adde *Suarez de fide disput.* 20 *sect.* 4. *n.* 17. *Lazarium l. cit. num.* 19.

15 Quę omnia procedunt ĩ hæresi non solum committenda, sed etiam commissa, & emendata, quia quamuis *Menoch. lib.* 1. *de præsumpt. q.* 89. *nu.* 17. *& Farin. tom.* 1. *prax. crimin. q.* 51. *n.* 115. *hæc* intelligant generaliter de delicto committendo, & non de commisso; limitant tamẽ *loc. cit.* nisi graue damnum inferri posset occultatione illius criminis commissi, tũc.n. tenetur Sacerdos illud reuelare: at in crimine hæresis, etiam emendatæ semper, vt late probauimus, adest hoc periculũ, ergo vt notat *Lazarius sequens Menoch. & Farinac. loc. citato num.* 19. hæc omnia procedunt cum crimine hæresis etiam commissæ.

16 Prudenter vero aduertunt *Corrad. in resp. cas. consc. parte prima q.* 332. *Rebuff. ad cap. omnis in vltim. notab. amplia.* 9. quot caueant cõfessarij aliquid recipere sub sigillo confessionis, quod vere ad confessionem Sacramentalem nõ ordinatur; quia & fit iniuria

ria Sacramento, & ſcandalum oriri poſſet puſillorũ, quænam ſit cõfeſſionis materia, diſtinguere neſcientium.

17 Quòd ſi aliquis inciperet, nec perficeret confeſſionem, animo tamen confitendi ad cõfitendum accederet, & ſic confeſſionis ſigillo rem ſubijceret, hoc caſu non eſſet licitum hęreſim, neque patriæ proditionem detegere, vt probat *Martin. del Rio l. cit. & Lazarius ibid. nu.* 14.

18 Quarto limita illam generalem regulam, quod hæreſis in Sacramentali cõfeſſione reuelata nõ poteſt a Sacerdote denũciari; niſi Sacerdos eam ſciret alia via ante, vel poſt Confeſſionem; tũc. n. poteſt, & debet præſertim virtute monitorij in iudicio reuelare; alias non paruum veritati, & iuſtitiæ præiudicium fieret; nam Sacerdos per id quod in confeſſione audiuit, nullum ius amiſit, quod ante cõfeſſionem habebat ideo ſi ante confeſſionem dicere poterat, eodem modo poſtea dicere poteſt *Nauarr. in cap. Sacerdos de pœnit. diſt. 6. num.* 161. quod ait procedere præſertim in delictis committendis *Martin. Del Rio tom.* 3. *diſquiſit magic. lib. 6. ca.* 1 *ſect.* 2. *verſ. ſecundus caſus.*

19 Cauendum tamen eſt a ſcandalo, vt videlicet confeſſarius, quæ audiuit in confeſsione, nullo modo manifeſtet, niſi primo certiſsime ſciat, & poſsit probare per idoneos teſtes; & adducere cauſas, & indicia quibus illud alias nouit, ne minima oriatur ſuſpicio reuelationis confeſsionis: Secundo quod patefacere expediat, nẽpe pro bono publico valde neceſſario, vel graui damno tertiæ perſonæ, alias potius eſt tacendũ; vt ex *Alexandro de Ales, & Adrian. iiij. de confeſsio. dub. vlt. docet Victor. in ſumm. de confeſſ. q.* 186. *Caroc. tract. de reuel. confeſſ. q.* 10 *Martin. del Rio l. cit. Suarez to.* 4. *diſput.* 33 *ſect.* 3. *num.* 3. *Lazarius l. cit. num.* 17.

Quod

chael Salon in 2. 2. quæst. 70. *contr.* 3. *art. concl.* 5. Et in hoc casu esse explicandum dictum illud, *Est hæresis crimen, quod nec cõfessio celat, putat l. cit. Simanchas.*

14 Tertio limita nisi hæreticus dicat solũ confessario dico tibi hoc sub sigillo cõfessionis; tũc.n. põt reuelare, quia non est confessio sacramentalis *Sãctarellus de hæresi quæst.* 9. *dub. vnico num.* 10. *in fin.* vbi ait: *Est item hæc doctrina vera, quãdoquis alteri diceret. manifesto tibi hoc sub cõfessione, nam etiam in hoc casu tenetur homo reuelare occultam hæresim, nam hæc confessio non est sacramentalis, nec ille habet animum confitendi.* citat *Nauarrũ in summ. cap.* 17. *num.* 55. *Caietanum l. cit. art.* 1. *ad* 2. *Victor. in summa de confessione nu.* 190. *Armilla verb. Confessor. nu.* 6. quibus adde *Suarez de fide disput.* 20 *sect.* 4. *n.* 17. *Lazarium l. cit. num.* 19.

15 Quę omnia procedunt ĩ hæresi non solum committenda, sed etiam commissa, & emendata, quia quamuis *Menoch. lib.* 1. *de præsumpt. q.* 89. *nu.* 17. *& Farin. tom.* 1. *prax. crimin. q.* 51. *n.* 115. *hec* intelligant generaliter de delicto committendo, & non de commisso; limitant tamẽ *loc. cit.* nisi graue dam num inferri posset occultatione illius criminis commissi, tũc.n. tenetur Sacerdos illud reuelare: at in crimine hæresis, etiam emendatæ semper, vt late probauimus, adest hoc periculũ, ergo vt notat *Lazarius sequens Menoch. & Farinac. loc. citato num.* 19. hæc omnia procedunt cum crimine hæresis etiam commissæ.

16 Prudenter vero aduertunt *Corrad. in resp. cas. consc. parte prima q.* 332. *Rebuff. ad cap. omnis in vltim. notab. amplia.* 9. quot caueant cõfessarij aliquid recipere sub sigillo confessionis, quod vere ad confessionem Sacramentalem nõ ordinatur; quia & fit iniuria

ria Sacramento, & ſcandalum oriri poſſet puſillorũ, quænam ſit cõfeſſionis materia, diſtinguere neſcientium.

17 Quòd ſi aliquis inciperet, nec perficeret confeſſionem, animo tamen confitendi ad cõfitendum accederet, & ſic confeſſionis ſigillo rem ſubijceret, hoc caſu non eſſet licitum hęreſim, neque patriæ proditionem detegere, vt probat *Martin. del Rio l. cit. &* *Lazarius ibid. nu.* 14.

18 Quarto limita illam generalem regulam, quod hæreſis in Sacramentali cõfeſſione reuelata nõ poteſt a Sacerdote denũciari; niſi Sacerdos eam ſciret alia via ante, vel poſt Confeſſionem; tũc. n. poteſt, & debet præſertim virtute monitorij in iudicio reuelare; alias non paruum veritati, & iuſtitiæ præiudicium fieret; nam Sacerdos per id quod in confeſſione audiuit, nullum ius amiſit, quod ante cõfeſſionem habebat ideo ſi ante confeſſionem dicere poterat, eodem modo poſtea dicere poteſt *Nauarr. in cap. Sacerdos de pœnit. diſt. 6. num.* 161. quod ait procedere præſertim in de lictis committendis *Martin. Del Rio tom.* 3. *diſquiſit magic. lib. 6. ca.* 1 *ſect. 2. verſ. ſecundus caſus.*

19 Cauendum tamen eſt a ſcandalo, vt videlicet confeſſarius, quæ audiuit in confeſsione, nullo modo manifeſtet, niſi primo certiſsime ſciat, & poſsit probare per idoneos teſtes; & adducere cauſas, & indicia quibus illud alias nouit, ne minima oriatur ſuſpicio reuelationis confeſsionis: Secundo quod patefacere expediat, nẽpe pro bono publico valde neceſſario, vel graui damno tertiæ perſonæ, alias potius eſt tacendũ; vt ex *Alexandro de Ales, & Adrian. iiij. de confeſsio. dub. vlt. docet Victor. in ſumm. de confeſſ. q.* 186. *Caroc. tract. de reuel. confeſſ. q.* 10 *Martin. del Rio l. cit. Suarez to.* 4. *diſput.* 33 *ſect. 3. num. 3. Lazarius l. cit. num.* 17.

Quod

21 Quod tanto magis est notandum, quanto si confessus accusaret Sacerdotem de detecta, & prodita confessione, & Sacerdos negat, quod audierit confitentem in confessione sed extra, Sacerdoti non creditur, nisi probet, & si non probet, ob id pœna extraordinaria erit puniẽdus, & hanc dici communem, & receptam sententiam *in cap. omnis de pœnit. & remiss. Menoch. lib. 2. cap.* 414. *n.* 8. *de arb. iud. Caroc. tract. de reuel. confess. q.* 16. *n.* 12. *Masch. de probat. concl.* 1292. *num.* 6. Sed hoc intelligẽdum de Sacerdote male famæ arbitratur *Martin. Del Rio tom.* 3. *disquisit. magic. lib.* 6. *cap.* 1. *sect.* 2.

22 Quinto limita primã generalem regulam, vt solũ procedat de non reuelãdo hæretico, sacramentaliter confitente, nominatim, & specialiter, cæterum vbi confessarius intelligit per confessionem multa ab hereticis moliri in perniciem fidei Catholicæ, & Ecclesię potest in tali casu monere Inquisitorem, vt inuigilet super gregem suum, quia lupus est in eo, *Nauarrus in d. cap. sacerdos, num.* 119. *Decian. tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 20. *num* 69. *to.* 1. *Caroc. tract. de reuel. confess. num.* 22. *Lazarius l. cit. nu.* 15.

Atque hic notandum est quod quãdo Doctores cõcedunt veniam detegendi, seu narrandi aliqua accepta in cõfessione, nunquam loquuntur de expressione delicti in specie, vel personæ nominatione; sed omnes tantum agere de quadam generali reuelatione delicti sic facta, vt per eam nequeat ad personarum cognitionem deueniri, sic post *Angel. Albertin. Gabr. docuit Farin. tom.* 1. *pract. crim. quæst.* 51. *nu.* 110. *cum Martin. del Rio to.* 3. *disquis. magic. lib.* 6 *ca.* 1. *sectio.* 2. Et hæc dicta sufficiant, reliqua enim omnia potius ad confessionis sigilli generalem obseruationem, quam ad crimen hæresis specialiter pertinent.

CA-

CAPVT VI.

An qui ſcit extra confeſſionem Sacramẽtalem hæreſim alterius, ſtrictiſſimo ſecreto, etiam iuramẽto firmato, non teneatur illam denunciare.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur rationes, quibus poſſet oſtẽdi hæreſim ſub ſecreto, & præſertim iuramẽto cõmiſſam alicui non eſſe denunciandam.*

2 *Tenetur quis denunciare hæreſim ſibi creditam ſub ſtrictiſſimo ſecreto.*

3 *Quoties delictum vergit in damnum publicum, aut tertiæ perſonæ, denũciandum eſt licet ſecretiſſime ſit communicatum.*

4 *Ius, & ſalus publica præferenda eſt bono priuato.*

5 *Procedunt hæc etiam accedente iuramento*

6 *Neque in his caſibus petenda eſt abſolutio, a iuramento.*

7 *Iuramẽtum in his caſibus eſſet iniquum, & adeſſet obligatio illud non ſeruandi.*

8 *Tale iuramentum includit tacitam conditionem, niſi ſuperior aliter præceperit.*

9 *Reſpondetur argumentis in contrarium relatis.*

1 QVod in caſu propoſito quis non teneatur denunciare facit, quia ſecretum ſeruandum eſſe, & fidem promiſſam præſtandam ſunt de iure naturæ. A iure vero naturæ nõ eſſe hæreticos excluſos, vt illis fides data ſeruanda nõ ſit, nullo iure; nec ſufficiẽti ratione probari, affirmat & probat fuſe *Sanctarellus de hæreticis cap.* 10. *dub. vnico, per totum*; ergo ſi ſemel hæreticus ſibi ſuã hæreſim ſecreto manifeſtauit, & tu illi

illi promisisti eam occulte tenere, debes promissa pręstare.

Secundo facit; quia hæreticus aliquando suam hęresim manifestabit ad consilium aliquod salutare petendum, perfidum vero nimis, atq; improbum videtur eum, quem sibi quis in consultorem, aut patrem spiritualem elegit, eumdē contra se commissi criminis denunciatorem habere.

Tertio quia iuri naturali de secreto, & fide seruanda potest aliquando accedere ius, & vinculum Religionis, cum quis hæresim suam alteri, quem ad eam celandā sub iuramento adstringeret, reuelaret; ergo saltem iuramenti, si non fidei, & secreti, ratio esset habenda.

Quarto probatur quia in saluoconducto fides hæreticis est seruanda; cum scilicet publica fides, & securitas veniēdi ad aliquod Cōcilium Hæreticis conceditur, prout sanctè concessa multoties fuit, Sanctèq; seruata; atq; ita *Sanctarellus loc. cit. num.* 4. fuse demonstrat Carolum præsertim Quintum religiose fecisse, fidem promissam Luthero datā, ad imperialem Diætam sese conferendi, exactè præstando; & tamen grauissimum, & certissimū est periculum, quod Reipublicæ Christianę impēdet ex huius fidei pręstatione, cū huiusmodi hæresiarchę postea dogmatizādo, & decipiendo publice persistāt: ergo multo magis hęretico occulto seruanda est fides de non manifestanda hęresi, cum Reipublicę periculum nec tam graue, nec tā certum esse possit.

Quinto probatur; quia in tantum esset denuntianda hæresis sub secreto manifestata, in quantum illicitum esset, & malum illam occultare, & Iudicibus nō prodere; sed hęc ratio si valeret, conuinceret etiā, vt hęresis sub confessionis sacramentalis sigillo manifestata non deberet occultari; ergo si in hoc casu tamen

men occultanda eſt,etiam, & in illo, maior patet; minor probatur; quia Deus non poteſt rem illicitā pręcipere, ſed illicitum eſt occultare crimen, quod in Reipublicę vergit detrimētum,ergo Deus præcipere nequit, vt hæreſis cōfeſſionis ſacramento claudatur, & obſignetur.

Verum hę rationes, & argumenta potius apparēti quam vero fundamento nituntur, vnde nec Doctorū authoritate confirmantur.

2 Vnica concluſio. Quicumq;ſcit hæreſim alterius ſub arctiſſimo ſecreti vinculo, atq; etiam ſub iuramēti religione,tenetur illam ſtatim Inquiſitoribus manifeſtare.

3 Probatur concluſio primo;quia quoties delictū vergit in republicę perniciē imo etiam in damnum tertij,,toties tenetur quilib. illud reuelare, quamuis ſibi ſub ſecreto fuerit commiſſum, ſed hæreſis crimen eſt huiuſmodi; ergo maior eſt *D.Thom.2.2 quæſt.70.art.2.* quem communiter eſſe receptum affirmat *Sanctarellus de hæreſi ca. 9.dub.vnico,num.* 10.

4 Secundo probatur; quia quoties ius, & ſalus rei publicę cōcurrit cum iure, & bono priuato,toties illa eſt huic anteponenda, ſed in hoc caſu concurrit ſalus priuata, ſi hæreſis occultetur;publicum bonum,ſi denuncietur,ergo.quod confirmatur, quia ex huiuſmodi delatione quamuis temporale damnum hæretico paretur, tamen ſpirituale comparatur; & itidem bono ſpirituali publico prouidetur.

Tertio quia iuſtiſſimis legibus, vt probatum eſt Inquiſitores iubent occultū hæreticum manifeſtari, ſed ſi quis non teneretur hæreſim ſub ſecreto ſibi proditā manifeſtare Iudicibus, vanum,& inane tale præceptum haberetur, ergo. probatur minor: quia poſſet quis ſemper hæreſim ſuam ſub ſecreto manifeſtare, & ſic huiuſmodi tegumento

defensus, & illi, cui crimen prodidit, & alijs non minus facile, quam tuto posset obesse.

5 Atq; hanc doctrinam procedere etiam, quando quis sub iuramento promisit, se non reuelaturum, docet *S.Th.2.2.quæst.70 art.1. ad 2. Guido Fulconius*, qui, fuit postea Clemens Quartus. *in consultationib.ad Inquisitores quæst. 8. Rojas singul.3.num.23. Penna in Directior.Inquisit.par.2. comm. 18.vers.& obligatio. Rodericus a Cunna de confessar.sollicit.quæst.18. num.16. Farinaccius de hæresi quæst. 197. §.2.num.50.Suarez de fide disput.20.sect.4.num.17. Syluester, verbo Denunciatio, in fine. quos citat, & sequitur Sanctarellus de hæresi cap.9. dub. vnico, nu.10.* adde *Lazarium in Canonic.& pract. quæstion.sect. 2.quæst.16.nu. 5. & 6.* vbi generaliter firmat, quod quando adest iusta caussa, vel denunciatio, seu testificatio esset necessaria ad vitandum graue Reipublicæ damnum, vel tertiæ personæ, quod aliter impediri nequat; tunc tenetur quis denũciare crimen, sibi sub secreto cõmunicatum, *Nauarr.in manua.cap. 18. num. 52. Io: Petrus Alatr. de Aduoc. & Causidic. dic.Christian.par. 1. q. 17.* & testatur de communi sententiam, etiam si accedat promissioni iuramentum, quia bonum innocentis, Reipublicæ, vel tertij præpõderat, ex *Innoc.ex c.qualiter el.1.de accus.Pan.in c.Dilect.de eccles.Prælat.* & interminis nouissime *Menoch. de arb.c.355.n. 4. & de præsump.q.89.num.17. Martin. del Rio tom.3.disquisit. Magic.lib.6.cap.1.sect.2. Sair.in Claui lib.12.cap. 14. nu. 29. Cõrad.in resp.Cas. consc. par. 1.q.339.D.Costa in tract. de fac.scien.& ign. cent. 2. dist. 55.nu.6. tom. 1. post Nauarrum in cap. Sacerdos de pænit.dist. 6. tom. 14. Decian. tract. crim.tom.2. lib.7. cap. 17.num.23.*

6 Quod tamen *Lazarius*

rius d.num. 6.intelligit semper præuia absolutione a iuramento, de quo ait videndum *Caroc. tract. de reuel. confess. q.* 21. Sed ego huius absolutionis necessitatem, salua pace, non video; quia iuramentum in tali casu non obligat.

7 Imo quis obligatur ad illud non serundum, quia tale iuramentum est de re mala, vt probat *Sanctarell. loc.cit.nu.* 10. *ex cap. Quintauallis, cap. sicut el* 2. *cap. tua nos de iureiurando, cap.* 1. 22.*quæst.*4. *cap.intimauit de testibus,* & iuramentum, quod est cōtra bonos mores non est obligatorium, *de regulis iuris in* 6.*& regul. in malis promissis, fides non est seruanda. l.generaliter ff. de verbor. significat. l. iuris gentium* §. *& generaliter ff. de pactis.* & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. *c.quanto de iureiuran.c.inter cætera* 22.*qu.*4.

8 Deinde tale iuramentum includit tacitam conditionē, nisi superior aliud præceperit, alioquin iuramētum esset iniquum. Prçterea edicta, & leges feruntur, vt hæretici etiam occulti denuncientur, at leges & edicta publica priuatorū pactis, & promissionibus, non possunt mutari *l. ius publicum l. inter debitorem ff. de pactis. l.testamenti Sāncti, ff. de test. c. si diligenti, de for. compet. cap. contingit in princip. de sent. excommun. l. nec pignus ff. de regul. iur.*

9 Ad rationes autē contrarias ex suprapositis facillime respondetur. nā quo ad primam, quod fidem, & secretū seruare, etiam hæreticis sit de iure naturæ, concedimus in casibus, in quibus non sequitur publicum damnum.

Ad secundam rationem eodem pacto respondetur; & addi potest, quod in eo casu consultor, seu pater spiritualis plus prouidet saluti spirituali consulentis illum denunciando, quam occultando.

Ad tertium dicimus iu-

ramentum non obligare ad rei illicitæ obseruationem.

Ad quartum dicimus, esse disparem rationem; quia damnum illud, quod ex saluo conductu concesso postmodũ sequi posset, permitti potest, propter aliud commune bonum, quod persæpe ex huiusmodi promissionibus, & obseruationibus oritur, cum hoc modo heretici ad Concilium veniãt, & hac via aut illi conuertuntur, aut res fidei magis cõfirmantur, aut multę veritates, auditis hęreticorum argumentis, definiuntur, & res definitæ magis explicantur; ita *Sanctarellus de hæresi cap. 10. dub. vnico, num. 5. vers. obijcies quinto*. Cum vero parcitur occulto hæretico, nihil inde sperari potest publicę vtilitatis, sed tantum priuatæ, quæ locum habere nõ potest, cum ex eius occultatione publicum damnum merito debeat timeri.

Ad vltimum respondetur; quod aliqua res ad diuersas circumstãtias comparata nunc illicita, nunc licita esse potest. quapropter nil est mirum, si sit illicitum occultare crimen, quod vergat in publicum damnum, extra confessionem alteri communicatũ: licitũ vero sit illud occultare, si fuerit cognitum in confessionis Sacramento. Et ratio est; quia maior vtilitas publica versatur in seruando confessionis sigillo, quam in prodẽdo hęretico; cum, vt bene notat *Simanch. de cathol. insti. tit. 42. num. 14.* nullum periculum grauius Ecclesiæ potest ingruere, quam ex Sacramẽti pœnitentię violatione.

CAPVT VII.

An quis teneatur denunciare hæreticos, aut de hæresi suspectos, cum ex denunciatione timeat rationabiliter graue damnum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In his delictis, in quorum denunciatione vertitur solum priuatū bonum, denunciatio fieri non debet cum graui damno denunciantis.*
2 *Aliqui affirmāt hæreticos esse denunciandos, etiā si ex denunciatione timeatur grauissimum damnum.*
3 *Aliqui docent legem Ecclesiasticam in vniuersum obligare cum graui damno, & periculo.*
4 *Contraria sententia communior, & probabilior est.*
5 *Et magis locum habet in suspectis de hæresi.*
6 *Lex humana, etiam Ecclesiastica non obligat cum graui dispendio.*
7 *Respondetur rationibus contrariæ sententiæ.*
8 *Si hæreticus est publicus, & dogmatizans denūciandus est etiam cum graui damno denunciātis.*
9 *Quando ratione timoris impendentis dāni omitti potest denunciatio, quid sit cōsiderandum, & ponderandum.*

1 IN illis delictis, quorum denunciatio ptinet solum ad bonum priuatum, qualis est V. G. denunciatio faciēda de rebus furto ablatis, non teneri quempiam cum timore pbabili grauis damni ad denunciandum, pro certo haberi potest, & fuse probat *Lazarius in pract. qq. sect. 2. quæst. 14. per totam.* Ratio est quia nemo debet se exponere periculo alterius causa. *l. si quando C. de testibus, &* charitas ordinata à seipso incipit *l. præses C. de seruit. & aqua. Menoch. de arbitr. cas. 487. nu fin.*

Non idem videtur dicēdum in criminibus, ex quorum denunciatione salus publica dependet, quale est hæresis crimen, publicū enim bonum preferēdum est priuato, etiam proprio, quando reipublicæ damnū esset

esset graue, quapropter ad plenam horum intelligentiam tria nobis agitanda sunt. Primum in præsenti capite. An hereticorum denunciatio fieri debeat, etiā cum graui damno denunciantis? Secundum quodnam sit graue damnum in hac materia reputandum? Tertium an si graue hoc damnum non ipsi denuncianti, sed personis ipsi cōiunctis timeatur, ab obligatione denunciandi excusetur?

2 Prima sententia affirmat quempiam cum rationabili periculo grauis dāni ad denunciandum hereticū teneri. pro hac opinione citatur. *Bonacina disput. 6. punct. 2. num. 6.* vbi ait; quod doctrina contraria non probatur ab omnibus. *Freitas in addit. ad tract. de confess. sollicit. q. 10. num. 15. in fine*; vbi ait: quod attēta practica hæc sententia amplectenda esse videtur, *Trimarchus vero de cōfess. abut. sacram. pœnit. disput. 13. sect. 1. num. 2.* loquendo in terminis sollicitationis in confessione, ait, hanc sententiā aliquibus grauibus Theologis non displicere; & *nu. 3.* ait opinionem Bonacine probabilē admodum esse, tum quia bono nititur fundamento, tum quia est fauorabilis sacramento pœnitentie, licet ipse *num. 4.* probabiliorem cōtrariam dicat.

Hec sentētia potest probari primo ex quadam ratione generali. Obligatio denunciandi hereticos aut est de iure positiuo tantū, aut etiam de iure naturali; si de iure tantum positiuo, videtur dicēdū quod Lex positiua obligans sub precepto peccati mortalis, obligat etiam cum graui damno, vt peccatum mortale euitetur, sed preceptum denunciationis latum ab Inquisitoribus, vt probauimus, obligat sub peccato mortali, ergo. Quod magis roboratur; nam, vt itidem probatū fuit, preceptum denunciationis, quia vergit in publicam vtilitatem, etiam ex

ex naturali iure descendit; ergo si lex positiua obligat cum graui damno, multo magis lex naturalis, præsertim in obsequium fidei, quæ causa sicut omnibus alijs est fauorabilior, ita eius obligatio est arctior, & omne dispẽdium ad illud comparatum vilipendendum est. Quod autem lex humana obliget cũ graui detrimẽto tam certum putat *Caietanus 1.2. quæst. 96. artic. 4.* vt tanquam erroneam cõdemnet sentẽtiam contrariã. Quapropter sicut præceptum denunciandi hæreticos vtroque iure vrget, ita etiã obligatione ab vtroque descendente adstringimur ad eos etiam cum graui damno DD. Inquisitoribus statim denũciãdos.

Secundo quia vbi concurrit periculum dãni publici cum priuato, etiã proprio, salus publica priuatæ anteponẽda est, adeo, vt liceat patrem oppugnantem patriam eiusq; hostem interficere *l. minimè ff. de pignor. & sumpt. funer.* sed quãdo hęreticus pręsertim non speratur emẽdandus, licet sit occultus, magnũ, & probabile damnum Reipublicæ comparatur, ergo saltẽ in hoc casu hęreticus cũ graui damno denunciãdus est.

4 Contrariam sentẽtiã, quod quis non tenetur hęreticum denunciare cum graue damnum imminet denuncianti sustinent *Penna 2. parte Directorij quæst. 53. comm. 78. Scaccia de iudic. causa. cap. 56. nu. 4. quos refert, & sequitur Farinacius de hæresi qu. 197. §. 2. n. 53. Sanctarell. de hæresi cap. 9. dub. vnico, num. 16.* adde *Trimarchum de confess. abutent. sacram. Pænit. disput. 13. sect. 1. num. 9. Carenam par. 2. tit. 9 §. 7. num. 34. vers. An autem huiusmodi edicto. Castropalaum par. 1. oper. moral. tract. 4. disp. 20. punct. 4. num. 10.*

5 Quę magis procedunt in suspectis de hęresi Quapropter in terminis confessarij sollicitantis, quod nõ sit denunciandus, si graue

timeat

timeat mulier damnum, ij docent *Acunna quæst.* 19. *P. de Peirinis tom.* 2 *priuilegior. constitut.* 4. *Gregorij xv.* §.9.*num.*28. *Sanchez in selectis num.*65. *Portellius in addit. ad regul. verbo sollicitare a num.*18. *Fagundez præcept.* 2.*lib.*4.*cap.*3.*n.*31.*in medio, Sousa in opusc. de sollicitant. tract.*2.*cap.*7.*vsq; ad x. & in Aphorismis lib.*1.*cap.*34.*nu.*58. *Peregrin. in constit. Regular. par.* 1. *cap.*5 *lit. m vers. Limito primo. Lezana in sũma qq. regul. cap.* 19. *num.* 34. in calce, *Bossius l. cit. dub.* 29. & alij non pauci, quos vltra expresse citatos, tacito nomine refert., & sequitur Trimarchus *l. cit. nu.* 4. hæc conclusio probari potest contrario fundamẽto, quo contraria sẽtentia probata fuit.

6 Primo quia Obligatio denunciandi hæreticos aut est de iure positiuo, aut de iure etiam naturæ, si primũ lex humana etiam Ecclesiastica cum graui dispendio, puta vitæ, aut naturalium bonorum, & similium, non obligat, ergò imminẽte tali periculo nemo obligatur ex Inquisitorum edicto ad denunciandum hæreticum, & multo minus de hæresi suspectum. Consequentia patet. Antecedẽs esse de communi opinione Doctorum testatur. *Sousa de sollicit. in confess. tract.* 2. *cap.*8.*nu.*5. *vbi citat Syluestr. verb. metus q.* 7. *Angel. verbo, Excommunicatio.* 8.*n.*28. *Domin. de Soto lib.* 1. *de iust. & Iure q.*6.*art.*4. *& in* 4. *dist.* 22. *q.*1. *art. Couarr. in ca. Alma mater.* 1. *p.* §.3.*nu.*9. *Nauarr. in cap. Inter verba. pręlud.* 8. Quibus adde *D. Tho.* 2.2. *quæst.* 147. *art.*3. *ad* 2. *& in* 4 *dist.* 15. *quæst.* 3. *art.* 2. *quæstiunc.* 4. & alios Doctores non paucos, quos citat, & sequitur *A Cunna quæst.* 19. *num.* 20. *ex tex. in c.* 2. §. *cum autem &* § *præterea de obseruatione ieiuniorum, & ex tex. in cap. Discipulos.* ibi: *fame coacti, de consecrat. dist.* 5. *& ex cap. inter alia* 31. *vers. illud,* ibi, *nisi articulum necessitatis immineat, de sentent. excommun.* Si vero hæc obli-

obligatio deſcendit a iure etiam naturæ, a Diuinarū, & naturalium, nedum humanarum legum pręſcriptione quandoq; recedere nefas non eſt, vt vitam ſeruemus, & alia grauia dāna fugiamus, quia ſurreptam rem integram reddere, & integrè cōfeſſario peccata cōfiteri de iure Diuino eſt, quæ tantum non obligant, ſi graue damnū immineat. vt probat *Acunna loco. cit.* ex communi Theologorū, & iuriſperitorum ſentētia.

Et de monitorio lato ob reſtitutionem rerum furto ablatarum, & ſimiliū, ad quarum reſtitutionem iure naturæ etiam aſtringimur, quod a denunciatione diſobligetur quis timens huiuſmodi pericula, late *Lazarius in pract. qq. ſect.* 2. *quæſt.* 14. vbi *nu.* 2. teſtatur de communi, & citat quāplures.

7 Ad argumenta contrariæ ſententiæ reſpondetur ex dictis numero præcedenti pro confirmatione noſtrę opinionis, quod probabilius eſt legem aut naturalem, aut Eccleſiaſticā cum tanto diſpendio non obligare. Et quod leges interpetrandæ ſunt ſecundū regulam rectę rationis, quę docet non ſemper partem exponendā eſſe pro qualicumq; bono totius, ſed pro eo, quo ſublato totū vel deſtruitur, vel patitur magnā iacturā. Quāuis igitur leges principaliter in commune bonum ordinentur, non in omni caſu ſemper ordinātur in tātum bonum, quod vitæ particularium ſit pręferendum. Quare cū hæreticus eſt occultus licet timeatur aliquod damnum Reipublicæ, tamen non tantum reputādum eſt, vt tanto detrimento ſit anteponendum.

8 Duo tamen hic ſunt adnotanda, & ſequenda. Primum, quod hæc intelligenda ſunt de hæretico tātum occulto, nam ſi hæreticus eſſet publicus, & dogmatizans in perniciem reipublicæ, tunc omnino cum quouis damno eſſet ſtatim

denunciandus, quia in hoc casu periculum, & damnũ fidei, & religionis esset grauissimũ, & admodum propinquum, & sic priuato dãno anteferendum. Atque ita illam sententiam generalem limitant in hoc casu, *Penna*, *Scaccia*, *Carena*, *Sanctarellus lo.cit.* & sequitur *Trimarchus* vbi supra *nu*.7.

9 Secundum, quod ex hoc non debet quis occasionẽ sibi sumere ad omittendam denunciationem liberius, quam æquum sit. Vnde vt bene aduertit *Castropalaus ibidem vers. Cæterum in hac parte*, prudentia opus est, neque debet quis suo consilio duci, sed alieno. attendere enim debet nocumentum, quod reipublicæ obuenire potest ex omissa denunciatione, & quod damnum sibi accidere ex facienda, & vtroque collato, & comparato, si damnum Reipublicæ grauius est suo proprio, & priuato, neque alia via impediri potest, absque dubio tenetur quis commune priuato præferre, vt tradit *Rojas singul.3.num.30. vers. septimo ampliatur*. At si aliqua via damnum commune impediri potest vel non est ita graue, vt longe præponderet priuato damno non tenetur denunciationem facere.

CAPVT VIII.

Quænam censenda sint ea damna, per quæ excusetur quis a denunciãdis hæreticis, vel de hæresi suspectis: & respectu quarum personarum huiusmodi timor attendendus sit.

SVMMARIVM.

1 *Metus cadens in cõstãtem virum excusat ab onere denũciãdi.*

2 *Qualitas metus reputanda*

da eſt reſpectu perſonæ patientis, & pertimeſcentis.

3 *Metus probabilis mortis, mutilationis, vulneris, aut cicatricis, præſertĩ in vultu cadit in conſtantem virum.*

4 *Timor infamiæ iuris, vel facti cadit etiam in cõſtantem virum.*

5 *Sed tamen debet eſſe grauis, & magni momenti.*

6 *Timens grauem iacturã honoris quãdo denũciãdo excuſatur.*

7 *Sed hæc omnia intelligi debent, vt regulariter excuſetur quis a denunciatione perſonali, rariſſime vero ab abſoluta.*

8 *Si qui denunciare deberet, timeret horum aliquod perſonis ſibi coniunctis a denunciando excuſaretur.*

1 DIco primo metus cadens in conſtãtem virum excuſat a denũciatione huiuſmodi perſonarum. probatur; quia talis timor excuſat ab obſeruatione præcepti humani, & præcipue in caſu, in quo etiamſi Legislator adeſſet, non decerneret eſſe ſeruãdum, ita *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 147. *art.* 3. *ad* 2.

2 Dico ſecundo. quis ſit reputandus metus cadens in conſtantem virum, cõſulendi ſunt Authores, qui paſſim de hoc tractant, & præſertim *Sanchez de matr. lib.* 4. *diſp.* 3. & plures apud ipſum citati. Solum hic cũ eodem *Sanchez* ibidẽ *nu.* 2. aduertendum eſt, quod timoris pondus attendendũ eſt reſpectu perſonæ patiẽtis, ac pertimeſcentis: nam vir armis, & bello aſſuetus non tam facile, quam vrbanus, & imbellis perturbabitur; & mulier meticuloſa magis eſt, quam vir. Sed vt aliquid hic ſpecialius dicamus.

3 Dico tertio. Metus probabilis mortis, aut mutilationis alicuius membri, ſeu etiã vulneris, ac cicatricis, præſertim in vultu, cẽſendus eſt cadens in conſtantẽ virum, & ſic excuſat a de-

nunciatione; quod in terminis confessarij sollicitantis docent *Acunna qu.*19.*P. de Peirinis tom.* 2.*priuileg. constit.*4. *Gregor.xv.§.*9.*nu.* 28.*Trimarchus de confessar. abutent. Sacram.pœnit.disp.* 13.*sect.*2.*n.* 1.& alij ex citatis capite præcedenti.

4 Dico quarto. Si aliquis timeat probabiliter infamiam iuris, vel facti, quæ grauis, & magni momenti sit regulariter a denunciãdo excusatur. Ad cuius ꝓbationem,& intelligentiam suppono dupplicem esse infamiam, iuris,& facti. *Doctores in l.*1.*ff.de his, qui not. infam.& in cap.testimonium de testibus.* Infamia iuris est, quæ per sententiam habetur diffinitiuam *l. quid ergo §. ex cõpromisso ff. de his, qui not.infam.l.*1.*ff.eod.tit.*& esset casus, cum si quis deprehensus in infami delicto ab eo, quem deberet denunciare, timeret, ne accusaretur. Infamia facti est illa, quæ nascitur ex quolibet delicto, ex quo dignitas alicuius apud homines reprobatur. *cap. paruuli* 22.*qu.*5. *cap. quicunq; Dynus in reg.* 87. *de regul. iuris in* 6. *Bartol.Bald.& ibi Alexander in addit.ad Barthol.in l.*1.*ff. de his, qui not.infam.* Probatur conclusio. Quia vtraque infamia, quę facile vitari nõ possit, & ꝓbabiliter timeatur euentura est timor sufficiens ad cadendum in constantem virum; nam timor infamiæ æquiparatur morti. *l. iuxta ff. de manumiss. vindict.* vbi dicitur; *Iuxta causa manumissionis est, si periculo vitæ, infamiæue dominus seruum liberauit.* vbi *Glossa verbò. infamiæ,* ait, *quod simile est periculum vitæ*; Hoc etiam docent *Parlad.in* 4. *dist.*29.*q.ludan. vnic.art.*2. *concl.*2.*num.*13. *Martin.Ledesm.*24.*quæst.*40. *art.*3.*vers.si quæras quare infamia. Domin.de Soto in* 4.*dist.*29.*q.*1.*art.*2. *Petr.de Aragon.* 2.2. *quæst.*88.*artic.* 3. *vers.pro explicatione. Petrus Ledesma de matrim.qu.* 47.1. 2.*dub.vnico, Sanchez loco cit.*

5 Sed hæc infamia non de-

debet eſſe leuis, & vulgaris, ſed admodũ grauis, & magni momenti, & quæ facile vitari non poſſit, quæque iam ingruat, & impendeat, alioqui enim ſatis patet, ꝙ non ſit talis, quæ cadat in conſtantem virum, cum leues timores cõſtantis animi firmitatem, nec mutẽt, nec moueãt, & in hoc ſenſu explicandus eſt *S. Thom.* *qui in 4. diſt. 29. qu. vnica art. 2. ad 3.* videtur aſſerere, infamiæ metum non reputandum inter ea, quæ cadunt in cõſtantem virum, loquitur enim (ſicut & cęteri DD. qui affirmare idẽ videntur) de infamia leui, & non graui, cum ibi reddens rationem, dicat, *quia facile occurri poteſt infamiæ.*

6 Dico quinto, ſi quis timeat iacturam honoris videtur excuſari a denunciatione, *ita Trimarch. diſp. 13. ſect. 2. nu. 12. Acunna loc. cit. nu. 9. P. de Peirinis l cit.* Ratio eſt; quia mulieri honeſtæ, & bonæ famę, & viro bono iactura honoris grauior eſt ipſa morte, vt docent *Sanchez lib. 4. de matr. diſp. 5. nu. 11. Acunna loc. cit. Trimarch. loc. cit. & alij.*

7 Verum vt hæc in ſanã ſententiam accipiantur, & ne imprudentiæ, nequitiæ, aut ſegnitiei locus detur, diſtinguendum eſt. Nam ſi loquamur de excuſatione a perſonali denũciatione, vt quis ſcilicet non teneatur in his caſibus ipſe ad denunciãdum accedere, regularius hoc, & frequentius poteſt euenire: Si vero loquamur de excuſatione ab onere denunciandi abſolute, vt ſcilicet quis nec per ſe, nec per epiſtolam, nec per confeſſarium, nec per aliam perſonam teneatur denunciare, hoc rariſſime poteſt euenire.

Quapropter bene aduertit *P. de Peirin. loc. cit.* quẽ vbi ſupra ſequitur *Trimarc.* quod in hoc prudenter agendũ eſt, ne mulier, quæ denunciare teneatur confeſſarium ſollicitantem trepidet prę timore, vbi non eſt timor, & prudens confeſſarius debet ſuadere fœmi-

mine sollicitatæ non esse contra honestatem mulieris coram Inquisitoribus comparere pro bono publico, pro defensione sanctitatis, & puritatis sacramenti pœnitentiæ.

Quod vniuersaliter in denunciatione omnium aliorum delictorum obseruandum est, sed quia timor huiusmodi potius muliebres animos agitare solet, idcirco cũ mulieribus maxime exemplificatur. Ad hunc etiam timorem aut euellendum, aut temperãdũ oportet ob oculos ponere, quod ad Inquisitores ob multiplices alias causas, præsertim in Regno Siciliæ possunt etiam fœminæ accedere; cum semper in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis negotia ciuilia, & criminalia agantur; mulieres præsertim pauperes soleat ad eleemosinam petẽdam frequẽter accedere. Quod si ipsa accedere nõ potest, potest quemcumq; Inquisitorẽ secreto sibi in aliqua Ecclesia vocare, quem promptissimum aut ad veniendum, aut ad mittendã personam, quæ denunciationem recipiat, inueniet. Atque ex his patet, quod rarissime possunt accidere circumstantię tales, vt etiã fæminæ excusentur omnimode a denunciatione.

8 Dico quinto, si prædicta damna, & mala timentur probabiliter euentura personis coniunctis, & propinquis excusari quempiã ab onere denunciandi docent DD. statim citandi. Et primum de filio, & parente de quo simile damnum dubitaretur dicunt in terminis sollicitationis *Acunna l. cit n.6. P. de Peirinis loc. cit. nu.28.* Et probatur *ex textu in l. isti quidem in fin ff. de eo, qui metus caus.* in illis verbis: *Et hæc, quæ diximus ad edictum pertinere, nihil interest in se quis veritus sit, an in liberis suis, cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur.* & generaliter loquens de timore in filios certum esse dicit *Sanchez disp.4. num. 1.* & idem esse di-

dicendum de timore in parentes probat *num.* 5. *ex l. vltima Codic de impub.* & alijs, & §. *ei, qui, inſtit. de inutil ſtipul. vbi* pater, & filius cenſentur vna perſona. quibus ſe ſubſcribit *Trimarchus diſp.* 13. *cit. ſect.* 3. *n.* 21. & 22 *Souſa de confeſſar. ſollicit. tract.* 2. *cap.* 8. *num.* 8.

Secundo, ſi talis metus habeatur de perſona mariti excuſari vxores a denunciando, docent, *Acunna loc. cit num.* 7. *P. de Peirinis loc. cit. S. Tho. in* 4. *diſt.* 29. *quæſt. vnica, art.* 2. *ad.* 2. *Sylueſtr. verb. metus quæſt.* 1. *Tabiens. verbo, Impedimẽtum, imped.* 9. *q.* 1. *nu.* 2. *Soto in.* 4. *diſt.* 29. *q.* 1, *art.* 2. *verſ. Huiuſmodi autem metum.* Quibus adde omnes Doctores quos refert, & ſequitur *Sãchez diſp.* 4. *cit. num.* 3. generaliter docentes hoc ipſum tum in marito reſpectu vxoris, tũ in vxore reſpectu mariti. Et ratio ſumitur ex *Geneſis cap.* 2. vbi dicitur, quod vir, & vxor ſunt vna caro, & ſic indiuiſus eſt timor, inſeparabile damnum.

De alijs cõſanguineis, nihil dicũt, (vt bene notat *Sãchez* ibidem *nu.* 4.) Doctores ab ipſo relati, Sed ſolum *D. Tho.* dixit, *ſi timeatur malum in perſona filiorum, aut vxoris, aut aliorum huiuſmodi* nec expreſſit, quas perſonas intelligeret, per *alias huiuſmodi.* Eodẽ modo loquti ſunt *Sylueſter. Tabiena, Ludou. Lap.* Id tamen magis explicauit *Angelus verb. metus n.* 1. dicens *vxoris, aut filiorum. aut ſimiliũ perſonarum.* Et clarius *Henriquez lib.* 11. *de matrim. cap.* 9. *nu.* 5. dicens, *in filijs. vxore. vel coniunctis in primo gradu*, quod, & reliqui ſentire videntur, vt aduertit *Sanchez num.* 4. *cit.* Et de Germanis fratribus generaliter idem docet *Sanchez loc. cit. nu.* 7. *Præpoſitus, Philippus Probus, Cucus a Sanchez relati.* in terminis vero ſollicitationis docent *Trimarch. ibid. num.* 24. *Souſa n.* 8. *cit. Acunna loc. cit.* Quia a natura inſitus eſt amor arctus inter fratres.

De

De consanguineis,& affinibus generaliter docent *Sanchez* vbi supra *num.8.ex D. Augustino cap. non existimemus* 13. *quæst.* 2. *nemo vnquam carnem suam odio habuit*, & alijs rationibus, & DD. ab eo allatis, in terminis sollicitationis *P. de Peirinis, & Acunna loco cit. num.* 8. quos sequitur *Trimarchus ibid. num.*25. & de consanguineis vsque ad quartum gradum *Sousa num.* 8. *cit.*

Extendunt hoc ipsum ad cœteros arctissima amicitia cōiunctos *Bossius, Sousa, Sanchez*, quos citat, & sequitur *Trimarchus ibid. nu.*27. sed in his prudentia magis, quam speculatione opus est.

Atq; hæc sint satis de ijs, quæ spectant ad denunciationē absolute cōsideratam nunc remanet, vt in quæstionibus subsequētibus tractemus de denunciatione cum relatione ad fraternā correctionem, quod specialem sibi vendicat tractatum.

Finis Quæst. Octauæ.

QVAE-

QVAESTIO NONA.

An fraterna correctio premittenda sit ante denuntiationem formalium Hæreticorum.

QVONIAM ex authoribus nõ pauci diuersimode sentiunt, & docẽt de ordine denuntiandi eos, quos apud ipsos denuntiatores cõstat esse iam aut formales hæreticos, aut de hæresi suspectos, & eos, de quibus ab iisdẽ dubitatur an sint aut verè hæretici, aut de hęresi suspecti; idcircò cũ vniuersã hanc materiã vnica quæstione cõplecti non licet, in tres eã pertiemur. In presẽti igitur videbimus, quo ordine debeant denuntiari ii, quos certo cõstat esse hæreticos. In sequenti quo eos, quos certo scitur crimen commisisse, quod reddit committentem de heresi suspectum. In vltima demum, quo ordine eos, de quibus alterutrum denunciatoribus plene non constat. Oportuit autem ob variarum dubitationum multitudinem, quæstiones in sectiones, & sectiones

in capita subdiuidere. Res quidem a nemine tam exacte diuisa; & proinde ab omnibus sparsim, confuseque tractata. Quod vero in hac prima vberius diffundimur, ne rogo, nos lector æquo longiores redarguat, tum quia reliquæ duę quæstiones magna ex parte ab hac dependent tum quia res agitur maximi momenti, agitur religionis, & fidei incolumitas. Cęterum totã legisse oportet eum, qui legit animo veritatem indagandi. Hãc ergo disputationẽ in quattuor sectiones diuidere necesse est. in prima, certiora quædam statuuntur. in secunda opinio contraria, & reijcienda cum suis argumentis refertur. in tertia argumenta relata refelluntur in quarta, vera sententia proponitur, probatur.

SECTIO PRIMA.

CAPVT Vnicum.

Certiora quædam statuuntur circa ordinem denuntiãdi eos, quos constat esse hæreticos.

SVMMARIVM.

1 *HAEreticorum diuisio in plures status.*
2 *Is, quem constat esse hæreticum formalem, denuntiandus est nulla præmissa fraterna correctione.*
3 *Procedit hoc primum in hæretico dogmatizante*
4 *Item in hæretico publico seu notorio, licet non dogmatizante.*
5 *Hæreticus occultus statim est denuntiandus, si adsit periculum in mora.*
6 *Et hoc procedit, etiam si dubiũ est, an ex fraterna correctione sit emen-* dã-

dãda hæretici correctio.
7 *Imo etiam ſi magis probabiliter ſperetur de hæreſi emendatione.*
8 *Hæretici etiam emendati nulla præmiſſa correctione fraterna ſunt denuntiandi.*

1 HAEreticus formalis aut eſt publicus, & notorius; aut occultus. ſi publicus; vel dogmatizans, vel non. Si vero occultus, aut probabilius timetur, ne alios corrumpat, aut ſaltem de hoc dubitari poteſt. Aut talis eſt, de quo probabilius ſperanda ſit emendatio, quam timenda obſtinatio. Aut talis, quem certum eſt moraliter fore emendandum. Aut deniq; iam eſt firmiter, ſincereq; emendatus.

2 Non obſtante igitur qualibet huiuſce ſtatus diuerſitate, ſit vniformis, & vniuerſalis regula. Omnes quos cõſtat eſſe hæreticos, denunciandi ſunt nulla præmiſſa correctione fraterna Inquiſitoribus, aut vbi non præſunt Inquiſitores Ordinarijs, quæ regula ſuis ampliationibus clara, & probata remanebit.

3 Ampliatur primo, vt hæreticus dogmatizans, etiam vere emendatus, ſtatim ſit denunciandus etiam in ſententia illorum, qui ſuſtinent hæreticum emẽdatum non eſſe denũciandum. *ita Genuenſis in praxi cap.* 18. *nu.* 6. qui citat *Locatum, & Megalam in* 1. *part.lib.*1.*cap.*3.*nu.*26. ſic etiam ſentit *Molfeſ.inſumm. tom.*1.*tract.*7.*cap.*24.*nu.*21. nouiſſime *Diana part.*1.*operum moral.tract.*4.*de denunciationibus reſol.*3. Ratio; quia reſpicienda eſt Reipublicæ, cui tantum nocumẽtum illatum eſt, ſatisfactio, & damni reſtauratio, non hæretici emendatio.

Secundo ampliatur, vt hæreticus publicus, ſeu notorius, licet non dogmatizans, iam ex animo emendatus ſit ſtatim denunciandus, etiã in ſententia docẽtium hęreticum emendatũ non eſſe denunciandum.

Atque hanc limitationem in sua opinione admittunt. *Repert. Inquisit. in verb. denunciator. vers. an quando proceditur. Gondisalu. in tract. de hæreticis quæst.* 10. *nu.* 6. vbi ait. Non est denunciandus hæreticus absque monitione præcedēte, nisi hæresis crimē sit publicum. *Decianus in tract. criminalium lib.*5.*cap.*39. *nu.*1. *& seqq. Sayrus in Claui Regia lib.*11.*cap.*4.*n.*4. vbi testatur de communi, & illud extendit ad quodlib. peccati genus. post *D.Thom.*2. 2.*q.*33.*art.*7. Probatur primo *ex D.Paulo.*1.*ad Timoth.*5.*Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant*. Idem *Alexander Papa cap.* 1. *de pœnit. & remission. Manifesta peccata*, ait, *non sunt occulta correctione purganda.* Ratio multiplex, & manifesta est. tum quia, famam perdidit, qui publice peccauit, monitio vero secreta ad proximi famæ conseruationem ordinatur; tum vbi respublica est læsa, reipublicæ satisfactioni, non delinquentis emendationi consulendū est.

5 Tertio ampliatur generalis illa regula, vt si hæreticus sit occultus; sed sit periculum in mora ne alios corrumpat, statim absque monitione sit denunciandus, etiam in sententia asserētium hæreticos occultus non esse denunciandos. Atq; ita limitate loquitur *Director. Inquisitor. loc. cit.* ibi *nisi hæresis esset publica, vel esset periculum, si non statim denunciaretur Inquisitoribus. Gondisal. loc. cit. Decian. loc. cit. nisi esset*, ait, *periculum in mora*. Ratio vna est. quia de quo timetur aliorum deprauatio, nō debet de se ipso sperari emēdatio; vbi vero emendatio non speratur, nec locum habet fraterna correctio. Altera est; quia vtilitas publica bono priuato præferenda est; imo etiam damnum priuatum innocentis est magis euitandum, quam priuata nocentis pernicies; ergo quātumuis hæresis sit oc-

occulta, si reipublicæ periculum timeatur, statim est iudicibus deferenda.

6 Quarto ampliatur generalis illa regula, vt si hæreticus sit occultus, & dubium sit, an ex fraterna correctione sit eius emẽdatio speranda, tamen debeat statim iudicibus fidei manifestari. Conclusio est cõtra *Bannez* prout eum refert *Martinus del Rio lib. 5. disquisit. sect. 4. nu. 6.* dicens: *Si dubiũ sit vtrum correctio profutura sit, nec ne, & vtrum malitia an ignorantia peccet, hoc est si dubitetur probabiliter de eius pertinacia, quidam putant prius esse tũc admonendum, quam denunciandum & ita Bannez quæ sententia est valde æqua.* hæc del Rio.

Sed hæc sententia falsa est, & miror Martinum del Rio tantæ eam æquitatis nota cohonestasse, & ab aliquibus sustineri asseruisse; cum sane omnes, qui putãt fraternam correctionem denuntiationi esse præmittendam vnanimiter, aperte, constanterque requirãt non dubiam, sed firmam, & certam, immo, firmissimam, atq; certissimã spem emendationis, vt in sequẽtibus patebit; vbi a fortiori planissimũ fiet eam nequaquam posse subsistere, & de facto a nemine sustineri pro presenti satisfactum est, si eiusdem Martini verba, quibus hanc sententiam reijcit, referamus. *Respublicæ tamen*, ait, *videtur vtilior sententia contraria, nẽpe hoc casu deferendum Ecclesiæ, nam in re dubia non est Respublica in periculum aducẽda; semper enim subest periculum moræ, & subuersionis aliorum, & lege naturę bonum commune particulari præferendum, tũ quia si reus ille non erat bonæ famæ, parum refert eum iuste lædi; si vero erat, hoc ipso magis nocere reipublicæ potuisset, cuius bonum præferendum eius existimationi.* sic Martinus. idem in terminis *Sairus in Claui reg. lib. 11. c. 4. n. 4. vers. respõdet facta distinctione, sic autem* inquit, *non sit certum,*

sed

sed dubium de emendatione fratris, tũc statim denunciari debet, cum enim dubia sit emẽdatio, & dubium damnũ publicum, cæteris paribus prçferẽdum est bonum publicum; immo cum certo damno priuati, maxime noxij hominis, reipublicæ periculum probabile est euitãdum. Ita Sairus.

7 Quinto generalis regula ampliatur; vt si magis probabiliter de hæretici emendatione speretur, sed tamen minus probabiliter de eius obstinatione timeatur; statim denunciandus sit. Communem esse oportet opinionem, etiam ijs, qui docent premitti debere fraternam correctionẽ; ij enim, vt ostendemus, tãtam firmitudinem, atque certitudinem emendationis exposcunt, vt omnis prorsus titubatio, timor, atque vacillatio excludatur; nulloque pacto cum spe fructus probabiliori reipublicæ periculum in re tam graui, tantiq; ponderis cõmisceatur. Aurea est in hanc sententiam doctrina doctissimi *Bonacinç tom. 2. de peccatis disp. 2. qu. 4. pũct. 7. vnica propos. it. num. 9, vers. dixi cæteris paribus. Si vnũ malum*, inquit, *sit lõge grauius, sed minus probabiliter immineat, quam alterum minus, quod probabilius imminet, nõ censetur maius, sed minus, cõsequenter hoc potius eligi debet ad vitãdum lõge maius damnũ afferre potest.* Hæc ille. posita ergo spe fructus de hæretico probabiliori, cum fidei, ac religionis detrimẽtum sit malum neq; in grauitate comparandum cum damno, quod obuenit hæretico ex denunciatione, denunciãdus est, quia minus malum est denunciari, & lõgissimi maius, si non denunciatus hæresim diffundat.

Sexto, & vltimo ampliatur, vt etiam hæretici, de quibus certissimè, firmissimeq; emendatio speretur; imo etiam iam peracta, habitaq; euidẽtissime cognoscatur, sint statim omissa quauis correctione, ac secre-

creta monitione reuelandi. Hucusq; ea, quæ apud omnes in confesso sunt statuimus, hanc vero conclusionem non omnes amplectũtur; idcirco ad eam cõprobandam, atq; stabiliendam uires omnes sunt intendendę, atque amplioribus spatijs diuagandum.

SECTIO II.

An si de hęreticis sit spes certissima quod sint per secretam monitionem emẽdandi, aut cognoscatur esse vere emẽdatos, tamen sint denunciandi.

CAPVT I.

Authores sentẽtiæ reijciendæ cum suis dictis afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Authores referũtur sustinentes nõ esse obligationem denũtiãdi hęreticos, de quibus est spes emẽdationis.*

2 *Dari potest casus, in quo quis credat prudẽter hęreticum esse firmiter aut emẽdãdum, aut emẽdatum.*

3 *Probatur hoc experiẽtia, & exemplis.*

4 *Si cõtrarium asseratur, quę absurda sequãtur.*

5 *Diuina gratia effici potest, vt hęretici, & emẽdẽtur, & in emẽdatione firmiter cõsistãt.*

6 *Si hęretici nũquam firmiter emẽdarẽtur, deberẽt ab Inquisitoribus semper morte puniri, vt nõ in hęresim cum periculo Reipublicę relaberẽtur.*

7 *Data hęretici emẽdationẽ respublica tuta est, etiam omissa denũciatione.*

8 *Fama proximi seruãda semper est, cum potest, sine detrimẽto boni cõmunis, & salutis spiritualis animę.*

9 *Proponitur argumẽtum deductum ex cap. 18. Matthęi.*

10 *Christum Dominum in bis*

his verbis preceptum generalissimnm tradidisse.

11 *Præceptum fraternæ correctionis esse de iure naturæ, Diuino, & humano.*

12 *Vbi lex nõ distinguit, nec se restringit, nec nos restringere, nec limitare debemus.*

13 *Stãdum est verbis legis, quotiescumq; legislatoris mẽs aliũde nõ cognoscitur.*

14 *In lege fraternæ correctionis Christus Dom. non respicit ad vindictam, sed ad fauorem delinquẽtium.*

15 *Principis beneficium, & fauores sunt ampliãdi.*

16 *Pro hac sentẽtia affertur textus. D. Pauli.*

17 *Adducũtur etiã Canones.*

18 *Affertur exemplũ B. Gregorii Ioa. Archiepiscop. Cõstantinopolitanum hereticum præmonẽtis.*

18 *Ex supradictis aduersarii deducũt suam sententiam esse probabilem.*

19 *Corrigẽtes hereticos, de quibus est spes emẽdationis, priusquã denũtiẽtur nõ peccãt.*

20 *Qui sequitur opinionem probabilem nõ peccat.*

21 *Corrigẽtes hereticos emẽdãdos, nõ incurrũt excõmunicationem latam ab Inquisitoribus.*

22 *Inquisitores non possunt punire docentes, typis mãdãtes, aut praxim deducẽtes opinionem de precorrigẽdis hereticis.*

AVthores ergo aliqui casum in themate propositum admittunt, & cõsequenter, docent hæreticos aut certo emendãdos, aut iam emendatos prius moneri debere, quam iudicibus denunciari. quorum dicta quia multum ad rem nostram faciunt, referre necesse est.

1 Citatur pro hac sententia *D. Thomas* 2.2. *q.* 32. *art.* 7. vbi ait; *regulariter in peccato heresis nõ esse premittendam monitionem, quia non est spes fructus, si tamẽ esset*

firma

firma spes, quod hæreticus statim esset emendandus, præmittenda esset priuata correctio. Quod idem repetit S. *Thom. in 4. d. 19. qu. 4. nu. 14.* relatis verbis S. Doctoris vsi sunt quicumque eam sententiam tenuerunt. atq; ita *Nauar. in sum. c. 18. num. 56.* scribit. *Detectio peccati occulti, etiam alteri perniciosi non licet, nisi fraterna correctione præmissa, præsertim si ea sciens probabiliter credit suis precibus, & admonitione secreta illa impeditum iri secundum S. Thomam 2.2 qu. 33. art. 7. receptum communiter. Diximus probabiliter credit, alioquin enim posset, & debet statim iudici denũtiare. ex quo sequitur in proditionibus contra rempublicam patratis, & hæresibus ad docendum alios directis raro fraternã correctionem secretam necessariam esse, raro .n. quis probabiliter credere potest proditionem, & hæresim sola monitione omnino cessaturas.* Hæc Nauarrus. Hæc aliter *Toletus lib. 4. cap. 5. n. 1.* ait enim, *esse hæreticum statim denunciandum, nisi firmiter credat sua admonitione corrigẽdum. Azor. to. 1. lib. 8. cap. 19. q. 9. ait, Theologos, & Summistas magnæ doctrinæ, & authoritatis sentire hæreticum esse iudicibus prodendum citra vllam fraternam correctionem, nisi speretur fore, vt statim resipiscat.* & ita loquitur *Siluester in summa verb. correctio. qu. 5. Angelus verbo denunciatio qu. 2. Rosella verbo inquisitio n. 1.* quos etiam citat *Azor,* & citat *Canum lib. 12. de locis, cap. 9. vers. finem.* verum ipse *Azor* tenet contrariam sententiam, nam subdit: *Inquisitores contendere hæreticos statim deferri oportere etiam occultos, & nulla correctione præmissa, idq; Inquisitorum publica edicta præcipere, & hanc sententiam Inquisitorum omnino tenendam existimo.* Hæc Azor. Notabilia sunt verba *Cani l. cit vers. at Chrisostomus. nostris temporibus,* ait, *non nisi cum exquisitissimis considerationibus admonitio est præmittenda, quare vt plurimum*

mum eam omittere tutius, & securius est. & paucis interiectis concludit. *Iudicio meo paucissimi sunt casus, in quibus cum huiusmodi hæreticis fraterna correctio locũ habere potest.* Eiusdem sententiæ est *Penna part. 2. Directorij comment.* 18. vbi ait: *Præterea si alicui secreto cõstet aliquem esse hæreticum (secludo nunc priuata Inquisitorum edicta, quibus omnino denunciari iubentur hæretici) denunciandus est occultus hæreticus absque fraterna correctione præcedẽte; nisi forte aliquis firmiter existimaret, quod statim per fraternam correctionem posset eum a tanto malo reuocare iuxta S. Th. l. cit.* eamdem sententiam docet *Alphõsus a Castro lib. 2 de iusta hæreticorum punitione cap. 25. Decianus in tractatu cuminal. lib. 5. cap. 30. num. 1. & seqq. Gundisaluus tract. de hæreticis quæst. 10. nu. 6.* vbi sic habet: *Statim procedendum est ad denunciationem, nisi forte aliquis firmiter existimaret, quod statim per secretam admonitionem huiusmodi mala possit impedire, vt dicit S. Tho. loc. cit.* sed iam videamus quibus suã sententiam rationibus confirment.

ARGVMENTA huius sententiæ recensentur.

CAPVT II.

Vnicum argumentum à rationibus desumptum proponitur.

NE videamur aduersariorum argumenta aut diffugere, aut eorum robur diminuere, ita ea referemus, vt eos fateri necesse sit, multum nos roboris addidisse, plurimaque à nullis allata deprompsisse. sic igitur a ratione arguere possunt.

2 Dari potest casus, in quo aliquis vir prudẽs certo cognoscat hæreticum aliquem esse vere, firmiterque emendatum, aut credat,

dat, & certo moraliter ſperet fore per opportunam, prudentem, & caritatiuam monitionem emendandũ: quo caſu dato ſi huiuſmodi hæreticus non ſtatim denunciaretur, ſed præmoneretur, hæc duo obtineremus alterum, quod nullũ omnino damnum, aut periculum reipublicę pararetur; Alterum, quod fratri nulla læſio afferretur, & animæ, boniſq; ſpiritualibus aptiſſime prouideretur. cõtra vero ſi in hoc caſu ad denũciandum properaremus tum reipublicæ nulla vtilitas pararetur, tum fratri plurimum detrimenti in fama, fortunis, corpore, imo etiam in anima ipſa inferretur, ergo in hoc caſu omnis recta caritatis, imo etiam iuſtitiæ, ac prudentiæ regula dictare videtur, vt prorſus a fratre denunciando abſtineamus. huius argumẽti antecedens duas habet partes. Vna eſt, quod dari poteſt caſus propoſitus. Altera, quod in tali caſu, & reipublicæ, & fratri ſatis, ſuperque conſuleretur.

3 Prima per ſe tam clara, & firma eſt, vt non modo ſuperuacaneum eam comprobare videatur, ſed planè abſurdum, imo etiã temerarium de ea dubitare. Abſurdum ſane, quia cum experientia apertiſſime contrariũ pugnat. Quot enim, qui ab hæreticis inter hæreticos nati, quaſi in ipſius hæreſis gręmio enutriti, & in natiuis erroribus educati, diuturna obſtinatione, inueterata conſuetudine, palpabili cœcitate in hæreſibus obdurati, atque robborati, in fidei lucem quotidie euigilant, & aſſurgunt? Quis ergo dubitare poſſit eos, qui catholicis moribus imbuti, baptiſmali charactere inſigniti, Diabolicis fraudibus, humanaque fragilitate a fide receſſerunt, ad fidei iter nequaquam poſſe amplius conuerti.

4 Temeraria etiam dubitatio videtur, cum Diuinæ gratię efficacitati nimiũ nimiumq; derogetur. Nam

qui tam certo de hęreticorum salute desperant, alterutrum dicant necesse est. Aut Diuinæ gratię efficacitate non posse tantam duritiem emolliri, tamq; cōtumaces ceruices inflecti: aut misericordiarum Deū decreuisse nullatenus ei, qui semel in hæresim prolapsus sit ' efficacem gratiā se vnquā largiturum. Vnde in reproborum numero esset computandus, qui in hæreticorum numero recenseretur.

5 Neque dicas, quod licet aliquādo possit aut cognosci, aut sperari vera emendatio, tamen semper debet timeri in eamdem, vel similem hæresim relapsus: Ne dicas, in quā hoc; nam sicuti Diuinæ gratiæ auxilio perficitur, vt hæretici resipiscant, ita fieri æque potest, vt in emendatione persistant, firmiterq; perdurent. Atque hoc ipsum esse sperādum de pluribus, satis fidem facit tum æternę miserationis amplitudo, tum ipsa rerū dubiarū magistra experientia.

6 Dicere etiam possunt ipsi hæreticorum iudices, cur enim non ad primum lapsum, si pœnitentes sunt, sed ad relapsum tollunt e viuis hæreticos? sane si nulla est spes emendationis de hæreticis, morti statim tradantur, & a periculo, quod grauius in relapsu reipublicæ imminerat, cum e pœnę experimento cautiores euadant, rempublicam liberent. si vero illis vitam condonant, quia iam putāt eos esse, & emendatos, & in emendatione permansuros, non est igitur cur de eorum emēdatione desperetur. At vero dicere intēdunt hæreticos pœnis firmiter emendari, pœnarū grauiorum metu, ne in eadem reincidant, quasi freno, & repagulis contineri, correctionis lenitate contumaciores fieri? Audiamus quæso *D. Ambrosiū in cap. Lucæ* 17. quæ locum elegi quia ex omnibus quos viderim nullus validioris roboris primo aspectu se

os-

offert. quippequi pœnã cũ correctione comparando, ita ait. *Plus proficit amica correctio, quã accuſatio turbulenta illa pudorem intulit, hæc indignationem mouet. ſeruetur potius quo prodi metuat qui monetur*, & ſubdit *infirmus cuſtos diuturnitatis eſt timor, pudor autem bonus magiſter officij. qui enim metuit, reprimitur, non emendatur; quem pudet facere, in naturam vertit.* hęc D. Ambroſius. ex quibus ſatis patet primam partem antecedẽtis eſſe pleniſſime probatã; nempe quod dari poteſt caſus, in quo aliquis cognoſcat hæreticum aut fore emendandum. aut eſſe vere emendatum.

7 Altera pars faciliùs ſuadetur. nam totum reipublicæ damnum impenderent ex hęreſis propalatione, atq; aliorum corruptela, quæ iam timeri non poteſt, ſi hęreticus emendatur. Vberrime etiam prouidetur, cum ex vna parte emẽdetur, & ex altera nullum ei damnum inferatur.

8 Antecedenti probato conſequentia lumine ipſo naturę clariſſima eſt. Principium enim naturale eſt, quod fama proximi ſemp, quantum fieri poteſt, ſeruanda ſit, ſine detrimento boni communis, & ſalutis ſpiritualis animæ. Naturale, & illud eſt, quod vulnera fratris curare debemus mitiori, quo poſſumus remedio, & cum alia via proficere nõ valemus, demum ad pœnas deuenire. Principia quidem in caritate, iuſtitia, prudentia fundata. Nam caritatis eſt operire, non aperire delicta proximorum. Iuſtitiæ, eos, cum adeſt reipublicę indẽnitas, nequaquam lœdere. Prudentiæ, & publico, & priuato bono prouidere. Cum ergo ex vna parte poſſint dari hæretici emẽdandi; aut ſincere emendati; & ex altera in hoc caſu reipublicæ, & fratri plene conſultum eſt, neceſſario ſequitur omittendam tanquam reipublicæ inutilem, & ſtatri perniciosã denũcia-

ciationem. atque hæ ſunt rationes. veniamus ad authoritates.

CAPVT III.

Eadem ſentētia probatur authoritate ſacrarum litterarum, Canonum, atque Pontificum.

9 ACerrime nos oppugnare contendunt, ac pœne credūt expugnare authoritate textus Euāgelium *Matth.* 18. vbi Chriſtus Dominus correctionē fraternā præcipiens ſic ait: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus erit fratrem tuum. ſi autem te non audierit, adhibe adhuc teſtem vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum. quod ſi non audierit eos dic Eccleſiæ* ex quo loco in hunc modum argumentantur aduerſarij.

10 Chriſtus Dominus per hæc verba generaliſſime præcipit præmittendā eſſe in denūtiandis criminibus fraternam correctionem, neq; ab hac generalitate fecit vllam exceptionem aut perſonarum, aut delictorum, ergo neque hæretici ab hoc generaliſſimo fraternę correctionis beneficio vllo pacto debent excludi. Antecedens probo nam quoad generalitatem peccatorum, cum abſolute dixerit, ſi peccauerit, iam patet nullū peccati genus excepiſſe. Quo vero ad pſonas, non potuit generalius loqui, quam dicere, in te frater tuus; cum fratris nomine venire etiam hæreticos, cœteroſq; infideles, vt oſtendemus, pro certo habeatur.

11 Quod vero detur pceptum de fraterna correctione de iure etiam naturę, diuino, & humano docent, *Sotus l, cit. concl.* 1. vbi teſtatur, concluſionem hanc eſſe receptiſſimam cūctis Doctoribus, & Theologis,

logis, & Iurisconsultis, vt sunt *Alcitiodorensis lib. 3. tr. 25. c. 1. S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 2. Richard.* & ceteri sententiarij *in 4. dist. 19. Pan. & Canonistæ, cap. nouit. de iudic. & cap. si peccauerit. 2. q. 1.* & hanc conclusionem ait substineri ab *Innocentio*, tametsi putet *Panormitanũ* eius mentem falso intellexisse. Et tandem subdit. *quod nullus potest negare, quin sit omnibus sub præcepto.* Et quod sit de iure naturali, & Diuino docet *Suarez sect. 1. cit. nu. 3.* vbi testatur de aperto sensu Patrum. idem *tom. 4. de religion. lib. 10. cap. 7. nu. 10.* ait. *non esse dubium, quin detur naturale præceptum fraternæ correctionis, quod omnes Theologi agnoscunt cum D. Th. 2. 2. q. Richar. Duran. & alijs in 4. dist.* 19. & testatur de sentẽtia omnium Summistarum *in verb. correctio fraterna. Canonistarũ in capitulis supra citatis.* & subdit expresse haberi ex *Anacleto Papa in cap. tam Sacerdotes. 24. q. 3.* docet etiã *Sayrus in Claui Regia lib. 11. cap. 4. num. 2.* Et generaliter loquens *Castropalao par. 1. oper. moral tr. 6 punct. 1. nu. 3.* ait. Adesse præceptum fraternæ correctionis nemini Catholicorum potest esse dubium, & hoc teneri ab omnibus Theologicis eadem generalitate *Syluester in verbo correctio §. primo verbo quæritur. Summa Angelica eod. verb.* late probant *Valentia disput. 3. q. 10. punct. 2. Torres disp. 86. dub. 1.* Et quod sit de iure naturæ probat *Bernardinus de Areualo in trac. de fraterna correct. conclus. prima.*

Consequentia innumerarum legum, & Doctorum auctoritate probatur. Nã regulæ sunt illæ in vtroque iure satis decantatæ; quod vbi lex non distinguit, nec se restringit, nec nos restringere, nec limitare debemus *l. 3. de officio Presidis in fine.* Item verba generalia debẽt generaliter intelligi. *l. fin. in fin. C. de dot. promiss. l. 1 §. generaliter ff. de legibus.* Et qui vniuersaliter,

ter, & generaliter loquitur omnia particularia directe comprehendit, & neminẽ excludit, & tantum est genus quoad omnia, quantũ est species ad specialia *cap. 2. de offic. ordinarij cap. 7. de coniug. leprosor. cap. matres, de baptismo.* & propositio generalis generaliter accipienda est. *l. 1. §. generaliter ff. de legat. poteſt. l. de pretio ff. de publicat. in rem actoris.* & aliaq; plurima iura quæ libenter ommitto quia tironibus patẽt. Ex quibus satis liquet, quod cũ Christus Dom. generalissime loquatur *de delictis, & delinquentibus*, nullo modo voluerit hæreses, aut hæreticos excludere. quod si eximere eos voluisset, vtiq; expressisset, ergo si non expressit, eximere noluit. Validissimum enim est argumentum ad legislatoris mentem coniectandam. Quod voluit, expressit, ergo quod non expressit, noluit.

13 Standũ enim est verbis legis quotiescũq; legislatoris mens aliunde non conijcitur verbis esse contrariam, quia talis mens legislatoris prẹsumitur, qualem verba demonstrant, *Ancharan. consil. 216. iste magister in fin. Cardinalis Tuschus to. 3. litt. M. concl.* 198. *a nu.* 1. *vsq; ad* 10.

14 Et tanto magis procedunt supradicta, quod in hac lege Christus Dominus non respicit ad vindictam, sed ad fauorem delinquẽtium, cum non intendat ad pœnam, sed ad lucrum; *lucratus eris.*

15 Et ex regula 49. *de regul. iur. Odia restringi, fauores conuenit ampliari.* eoque magis, quod Principis beneficium late est interpretandum ex *l. beneficium ff. de constit. Princip.* Ex quibus concludendum necessario est, quod cum Christus Dom. generalissime prẹceperit prẹmittendam esse ante denunciationem secretam monitionem, & hoc in fauorem peccatorũ, nullo pacto potest textus Euangelicus interpetrari, vt

vt non includat hæreticos; quodsi includit, cũ ex hoc textu inducatur præceptũ de ordine corrigendi, præceptis contrarijs Inquisitorum nullo pacto obediendum est, cum inferior non habeat potestatem in legẽ superioris, præsertim si lex sit Diuina.

16 Afferũt etiam aduersarij text. *D. Pauli ad Titũ 3. Hæreticũ* inquit, *hominem post vnam, aut alteram correctionem deuita*; ergo hæreticus antequã, vt euitetur, denuncietur, est prius admonendus. Tantoq; magis, quod *Pamphil. in apolog. pro Origene post trinam admonitionem* legisse videtur.

17 Scripturis sacris addunt Canones. & primo adducunt *Clementin. nolẽtes, de Hæreticis*, vbi dicitur: *Notarij vero, & officiales dicti officij, &c. qui dictos Inquisitores, aut Commissarios secreto nouerint talia commisisse (si indignationẽ Dei, & Apostolicæ sedis euitare uoluerint, & offensam) ipsos grauiter arguere, & corripere studeant in secreto. Quod si taliter ea sciuerint, vt ea probare valeant: sit opus hæc Prælatis Inquisitorum, & Cõmissariorum eorumdem, ad quos id pertinebit, nunciare sollicite debent.* Hæc *Clemẽs V. in Concilio Viennensi*, vbi docet seruandum hunc ordinem etiam coram Inquisitoribus.

Adducitur etiam *capitulum qualiter, & quando el segundo, de accusationibus*, vbi *Innocentius iij.* ait: *sicut ante accusationem legitimã præcedere debet inscriptio, sic ante denunciationem caritatiua monitio, & inquisitionem clamorosa insinuatio*, & subdens de religiosis, ait *Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus vsquequaq; seruandum; quare cum causa requirit, facilius, & liberius a suis possunt administrationibus amoueri.* Si igitur generaliter docet præmittendum esse correctionem, & solum excipit regulares, reliquos includit.

17 Demum addere pos-

ſunt huius præcepti obſeruantiam etiam contra hæreticos a ſummis Pontificibus exercitam fuiſſe. Nam *B. Gregor. Ioan. Archiepiſc. Conſtantinopolit.* qui vniuerſalis Epiſcopi ſibi nomen vſurpauit prius officioſis litteris paternè corripuit, deinde contra eum, vtpote obſtinatum ex iuſtitia proceſſit. Extat autem vna eiuſdem Epiſtola *lib.4. regiſtr epiſtol. 38. ſiue cap.82. to. 2.* cuius hæc ſunt verba. *Et nos quidem, in quo talis, tantaq; per auſum nefarium culpa committitur, ſeruamus, quod veritas præcipit: ſi peccauerit, inquit, in te frater tuus, &c. Ego itaque per reſpõſales meos ſemel, & bis verbis humilibus hoc, quod in tota Eccleſia peccatur, corripere ſtudui, nunc per me ſcribo. quidquid facere humiliter debui, non omiſi; ſed quia in mea correctione deſpicior, reſtat vt Eccleſiã debeam adhibere.* Hæc B. Gregorius.

(:) † (:)

CAPVT IV.

Sententiam hanc probabilem eſſe aduerſarij qua ratione probent, & quid inde deducant.

18 EX ſupradictis aduerſarij deducũt ſuam opinionem multum probabilitatis cõtinere, tum quia a tot, tantiſq; Doctoribus aperte ſuſtinetur, & præſertim a S. Thoma, quem tot ſupra relati Theologi, Canoniſtæ, & Iuriſperiti ſequũtur; tum etiam quia tam validis rationibus ſuſtentatur. Et ita de eius probabilitate aiunt teſtari non modo, qui eam tuentur; ſed etiam qui illam oppugnãt. nam *Trimarch. de confeſſar. abutent. Sacram. Pœnit. diſp. 12. ſect. 2 nu.* 24. ſic habet: *licet noſtra ſententia videatur nobis probabilior, nihilominus prima opinio eſt etiam ſatis probabilis: tum quia tri-*

tribuitur S. Tho. qui ad illā videtur inclinare; *tum quia illā ex aliis Doctoribus, præsertim recentioribus docet P. de Peirinis, cuius authoritas magna est in controuersiis moralibus, quia versatissimus in Curia Romana, & vt Classicus habetur fere apud omnes*; *tū quia illa opinio vsq; adeo nullibi est prohibita, ergo tacite saltem videntur Inquisitores consentire in eius probabilitatem. sed in praxi nostra est tenenda stilo Curiæ Romanæ.* Hæc Trimarcus. Hanc sentētiam satis æquā appellauit *Martin. del Rio disquisit. magic. lib. 5. sect. 4. nu. 6.* & quidem non solum quando constat, sed etiam quando est dubium profuturane sit fraterna correctio.

19 Ex hac vero suæ sententiæ probabilitate tria aduersarij deducunt. Primum, quod ij, qui posita spe emendationis corripiūt prius, quam denuncient hæreticos, nullo pacto peccāt, etiam si edicta Inquisitorum præcipiāt sub mortali omissionem fraternæ correctionis. Ratio est; quia ex *Bonacina tom. 2. de legibus disp. 1. quæst. 1. punct. vlt. §. 2. propositione 2. num. 10.* Excusatur quispiam ab obligatione legis non solum quando certo scitur, verū etiam quando probabiliter creditur. casum aliquem comprehendi, vel non cōprehendi sub lege.

20 Et rationem rationis assignat; nam qui rationibus probabilibus sibi persuadet casum aliquem sub lege comprehendi, vel nō, dicitur habere opinionem probabilem, qui autem sequitur opinionem probabilem non peccat. citat *Salas disp. 21. sect. 10. num. 24. Suarez lib. 6. cap. 8. & alios Doctores*, quos in sequenti refert. Vnde cum secundū probabilē opinionem hæreticorum correctio comprehendatur sub præcepto Euangelico fraternæ correctionis, qui corrigit prius, quam denunciet hæreticū, obtemperat legi Euangelicæ, quæ probabiliter puta-

tur hunc casum comprehendere. Sicut qui obediũt Inquisitorum edictis, quia sequuntur opinionem probabilem, quod edicta Inquisitorum Euangelio non contradicant, contra legẽ Euangelij non peccant.

21 Secundo inferunt, quod nec tales incurrant in excommunicationẽ ab Inquisitoribus latam in edicto fidei, contra non denunciantes nulla correctione præmissa. Nam est doctrina communis, & certa in materia denunciationis; quod quoties aliquis excusatur a culpa mortali, non reuelãdo, excusatur etiam ab incurrenda excommunicatione lata in monitorijs ad denunciandum obligantibus. ita *Lazarius in canonicis, & pract. quæst. sect. 2. quæst. 4. num. 5.* vbi citat *Lopez in instit. const par. 2. cap. 12. circa medium* testatur de communi *Suarez tom. 5. disp. 20. sect. 2. circa princip. num. 17.* quos refert, & sequitur *Bonacina tom. 1. de onere, atque obligat. denunciandi. disp. 6. punct. 1. §. 7. proposit. 2.* Ratio est, quod cũ excommunicatio supponat peccatum mortale, qui excusatur a culpa mortali, excusatur ab excommunicatione.

22 Tertio deducunt, ꝙ Inquisitores nullo modo punire possunt eos, qui hãc sententiam aut typis mandant, aut docent, aut quouis modo eam sequuntur in cõsilijs dandis, & in praxim deducendo. Nam sine culpa non est quis puniendus. vt *in reg. sine culpa, de regulis iuris in 11. in cap. 2. de constit. Decius de regulis iuris regul. 74. num. 2.* cum alijs ab eo citatis sed qui sequuntur opinionem probabilem nullam culpam committunt, ergo. Et ita aiũt de facto practicatum, quod cum plures aut præmoneant reos, aut alijs cõsilium dent, vt præmoneãt prius, quam denũcient; tamen nullus fuerit, qui aut in publicis, aut in priuatis spectaculis castigatus apparuerit, tanquam impeditor exer-

exercitij SS. Inquisit. & cōtemptor suorum præceptorum, latorum ob fidei conseruationem, & tutelā.

SECTIO III.

Argumenta a rationibus deducta refelluntur.

CAPVT I.

Quot, & quæ sint cōditiones, quas aduersarij requiruntad inducēdam necessitatem corrigendi hæreticos, proponūtur.

SVMMARIVM.

1 *AD solutionem argumētorum referūtur tria, quæ requirunt aduersarij ad inducendam obligationē monitionis fraternæ ante denūtiationem hæreticorum.*

2 *Tres has conditiones desumptas fuisse a D. Th.*

3 *Proponuntur tria probāda per totam hanc sectionem ex diametro opposita tribus supradictis requisitis ad præcorrigendum.*

4 *Moralis implicantia supradictarum prærequisitorum sufficiens est ad credendum prudentissime hæreticorum salutē semper esse desperandā.*

5 *Hæreticorum desperatio conuincitur Authoritate sacrarum litterarū.*

6 *Affertur celeberrima explicatio Concilij Laodiceni in verba D. Pauli dicentis, Hæreticos esse subuersos, & suo iudicio damnatos.*

7 *Hæretici monitionibus, tanquam cantilenis abvtuntur ad aurium delectationem.*

8 *Hæreticos non posse emēdari, ostenditur ex D. Paulo.*

9 *Hæreticos corrigere quamuis pertineat ad Prælatos; tamen formati, & pertinaces hæretici, neque a Prælatis corrigēdi sunt.*

Cum

Per-

28 *Pertinacia proprie quid sit, quid contumacia, quamuis hęc vocabula in iure confundantur.*

29 *Male aliqui deducũt hęresim ab hærendo.*

30 *Hæretici cum spernãt Ecclesiæ monita, & authoritatem, multo magis contemnẽt priuatorum monitiones.*

31 *In hęreticorum animis ad resurgendum quamplura adsunt impedimẽta, omnia absunt auxilia.*

32 *Amissionem fidei enormia peccata pręcedunt.*

33 *Et enormia, & grauissima subsequuntur.*

34 *Fide euersa Diabolicis incursibus apertus est murus.*

35 *Hominis sanctificatio, & iustificatio adeo a fide dependeat vt tota fidei tribuatur.*

36 *Fidei defectus peior est in hęretico, quam in Pagano, & infideli.*

37 *Hęreticum peiorem esse infideli plurimorum Patrum testimonio ostẽditur.*

38 *Cur hęretici sint infidelibus peiores.*

39 *Tardius regrediuntur ad fidem hæretici, quam Pagani.*

40 *Hæretici non solum internis, sed etiam externis carent auxilijs.*

41 *Animus, sicut & corpus quãdoque mitibus, quãdoque acerbioribus medicaminibus sanatur.*

42 *Correctio fraterna nimis suaue medicamentum est.*

43 *Animus, si sanari potest doctrina, debet: si doctrina est inefficax, ad plagas deueniẽdum est.*

44 *Qui ingenium seruile habent non nisi pœnis, ac timore instruuntur.*

45 *Pœnarum quoque terrore. edocentur ii qui scelerũ consuetudine ingenium seruile sibi compararunt.*

46 *Sunt aliqui, qui non nisi pœnis emendantur.*

47 *Hęreticorum perfidia huius generis est, vt non nisi pœnis perfringatur.*

48 *Hæretici an sint potius benigne*

nigne, quã duriter tractandi, quæstio antiqua est, & contra ipsos decisa.

49 *Aliquos verberibus, & plagis erudire nõ solum humanis, sed etiam diuinis legibus conuenit, & Deo consuetum est.*

50 *Deus aliquando plagis, ac territamentis auxilia efficacia consociat.*

1 FAcili negotio veritas elucescit in animis legentium, qui è contrarię sententię argumentis, quasi inuolucris primo expediũtur. idcirco antequam sententiam nostram proponamus, par esse duxi allata argumenta diluere; pręsertim cum nostræ sententiæ probatio ex suprarelatorũ argumẽtorum confutatione magna ex parte dependeat. argumentum a rationibus deductum primo refellamus, Tres conditiones aduersarij requirũt, vt adsit obligatio hæreticos occultos pręmonendi. Prima, vt emendatio hęreticorum aut vere, & ex animo facta cognoscatur, aut certo, & firmissime facienda speretur. Secunda, quod emẽdatio cum futura est, statim post correctionem sit futura, ne longo temporis interuallo inter correctionẽ, atque emẽdationem interiecto interim respublica periculum patiatur. Tertia quod huius emendationis sit firma, imo firmissima in monitore cognitio.

2 Quas quidem conditiones satis expressit *D. Th.* 2.2.*qu.*37.*art.*7.dicens:*Nisi forte quis firmiter existimaret, quod statim per secretam admonitionẽ possit huiusmodi mala impedire*, quæ verba prudentissimæ perpendens *Alphons. a Castro de iust. hæretic. punit. lib.*2. *cap.*25. sic ait; *Prudentissimè a S. Doctore hæ limitationes additæ fuere, & oportet, vt lector, ne ex illis decipiatur, singulas partes diligenter circumspiciat. Nam quia rarissime contingere potest, vt priuatus homo possit huiusmodi malis mederi, ideo non assertiue, sed sub*

sub dubitatione dixit, nisi forte. Et quia non sufficit leuis existimatio, quod illum corrigere possit, ideo dixit, firmiter existimaret. Et quia nō sufficit firma existimatio, quod lōgo temporis progressu illum ad resipiscēdum adducet : quia ex illa longa expectatione posset respublica dãnum pati; ideo prudenter dixit S. Th. quod statim per secretam admonitionem posset illum a malo auertere. Hæc Alphonsus.

3 Vt igitur euersis fundamentis tota suorum argumentorum corruat machina, tres propositiones mihi probandas assumo, singulas singulis aduersario rū contrarias. Prima, quod de hæreticis nulla vnquam est moraliter speranda futura emendatio; nulla vnquā præsens vera, & absq; simulatione credenda. Secunda, quod etsi speranda esset aliqualis emendatio; ea tamen nunquam adeo propinqua esse poterit, vt ex moræ spatio Respublica in discrimen non adducatur. Tertia, quod nullus vnquam quantumuis prudēs, & oculatus poterit cognoscere hæreticum aut esse emendatum, aut fore emēdandum tanta certitudine, ac firmitate, qualem in monitore aduersarij requirūt.

4 Ex industria dixi has conditiones, moraliter esse implicantes, ne videar Diuinæ gratię efficacitati, quæ licet auersa, cōtumax, atq; obdurata mens semper potest ad salutem reuocari. Sed ex hac morali implicātia manifestè probata, manifestius apparebit, inferēdum omnino esse, salutem, atque emendationem hæreticorum nō modo regulariter, quod aduersarij cōcedunt, sed absolute, ac sēper, & in omni casu prudētissimè desperandam esse. Vnde non est, vt in tanta salutis desperatione inutiliter ad ipsos hæreticos, periculosè nimis ad religionē Christianam fraternæ correctionis iacturā faciamus. Primam igitur propositionem primum ostendam

authoritate sacrarum litterarum, Sāctorum Patrum, Canonum, Cōciliorum, ac vniuersalis Ecclesię expresso consensu; deinde euidētissimis, atque efficacissimis rationibus illustrabo.

CAPVT II.

Prima propositio primę propositioni aduersariorū cōtraria probatur. Primo testimonio euidētissimo sacrarum litterarum, & Conciliorum. Quod hæreticorum sit prorsus desperanda emendatio.

5 PRofecto ex sacris litteris vnde possimus in aliquā speculam de hæreticorum salute deuenire plane non video. In illis enim quattuor perpetuo obseruabis. Primum, quod in his hęretici non iam dānandi, sed damnati reputantur. Secundum, quod eorum profectus non est in sua ipsorum emendatione, sed in aliorum euersione. Tertium, quod ad fidei veritatem suscipiendam non modo indociles, sed etiam impotentes declarantur. Quartum, quod de eorum salutis desperatione ideo dubiratiue, ac non absolute tractatur, ne de Diuinę gratiæ virtute dubitari videatur.

Iam vero ad harum propositionum probationem prodeat hæreticæ perfidiæ optimus arbiter *D. Paulus*. Is *ad Titum scribens* ait: *Hęreticos esse subuersos, & suo iudicio damnatos* quem locum *Laodiceni Concilij* authoritas *Can.* 37. his è *D. Chrisostomo* mutuatis verbis, explicauit: *Sequendum est consilium Pauli de vitando hæretico, quia, vt ipse inquit, subuersus est, hoc est, quia prorsus est perditus, ac desperatus, & in eo oleum, & operam necesse sit perdere, si cum eo peragas disserere; quare Chrisostomus ibi ait: Cur obse-*

secro pugnas in cassum? cur äërem verberas? sunt verba Concilij. Dicant mihi modo, quam spem de eo cōcipies, quem perditum, quem desperatum Concilium, & D. Paulus appellat? corrige, äërem verbera, Aethiopem laua, effunde oleum, vt perdas. Iam immutabili obduratione Diuinum iudicium proeuenientes damnati, deplorati sunt. Huius loci authoritate permotus doctissimus *Salmeron tom.4. in Euang. p. 3. tract. de correctione fraterna fol. mihi 452. col. 2. vers. deinde merito*, in ea verba prorupit *Spes sanitatis hæretici, & conuersionis est nulla, cum sit pertinax, & Apostolus dicat: Hæreticum hominem post vnam, & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & deliquit, cum proprio iudicio condemnatus; proinde cum eo hac via correctionis non est procedendū.* hæc Salmeron.

7 Ita sane, nam tam lōge a spe salutis seiunguntur, vt monitionibus tanquam cātilenis delectentur. hoc enim intendit idem *D. Paulus* scribens *ad Timoth. c.4. vers.3. & 4. Erit enim tempus*, ait, *cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur*, quæ verba de monitoribus, ac suasoribus hæreticorum *Cornel. a Lapide* explanās, ait: *Quærunt hæretici sibi magistros, non qui verbo mordeant, & abradant uitia; sed qui sibi, & vitijs suis ablandiantur*, & paulo post. *Sic pruriebant auribus Iudei, cum eloquentia Prophetarum, quasi cithara delectarentur, sed mandata eorum negligerent, imo riderent; quia, vt ait Dominus ad Ezechielem cap.33. in canticum oris sui vertunt sermones tuos. & tu es eis, quasi carmen musicum, quod suaui, dulciq; sermone canitur, & audiunt verba tua, & non faciunt ea talis erat & prurigo illorum.*

qui dicebant Prophetis: Nolite aspicere nobis ea, quę recta sunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores, Esaias 30. *n.* 20. Sed ea verba *D. Pauli*, & expressiora, & efficaciora sũt. *Quemadmodum*, ait, *Ioannes, & Mãbres restiterunt Moysi, ita & hi*, hæretici nimirum *resistunt veritati; homines corrupti mente, & reprobi circa fidem sed vltra non proficiẽt. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit*, quem locum *D. August. declarans epistol.* 119. *ad Ianuar. cap.* 16. ait *Hæreticos habere conatum Magorum Pharaonis declarat Apostolus, dicens: sicut Ioannes, & Mambres, &c.* Eruditissimus æque, ac doctissimus *Barradius in itinerario lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 2. *in eũdẽ locum* habet hęc verba. *Hæbreorum liberatoribus Moysi, atq; Aaron opposuerunt se malefici: sic hęretici se opponunt his maxime, qui ex seruitute Diaboli, hęreseosq; iugo homines conantur eripere*; ex quo textũ tã grauiter explanato argumentari licet in hanc formam. ex D. Pauli sententia hæretici ita se monitoribus veritatis opponunt; sicut perditissimi illi magi se opposuerunt Moysi, atque Aaron: sed illi non potuerunt ab eorum erroribus reuocari, ergo multo minus hæretici. Polleant enim quauis authoritate, prudẽtia, & sanctitate huius temporis monitores, quis eos putet Aaron, & Moysi cõparandos? Hodierni suasores non adhibent portenta, sed verba; non illam prodigiosam virgam cõcutiunt, sed solum rationes adnectunt: Et tamen, si verborum D. Pauli mentem recte percipimus, ea plane est, vt si adhuc Moyses, & Aaron ipse ad hæreticorũ perfidiam perfringendam adessent, prodigiaq; illa reintegrarent, eodem conatu, quo a Magis illis repulsi fuerunt, absq; dubio repellerentur. Neq; mirum si priuati hominis auctoritatem nequaquam vereantur,

tur,

tur, cum ipsius Vniuersalis Ecclesię, quæ in Moysi, atq; Aaron figuratur, verba, preces, doctrinamq; contemnant.

Vnde vero tanta obsistētia? Docet idem *D. Paul. ad Timoth. 2. cap. 3. vers. 7. Semper docentes*, ait, *& nunquā ad scientiam veritatis peruenientes* quod verbum, *peruenientes*, de hæreticis Cornelius litteraliter interpetrans, attenta Græci sermonis proprietate, sic ait: *Peruenientes, id: peruenire non valentes, ex Græco* verbo, δυνάμενα *quod potentiam significat.* Non igitur difficulter, emendantur, sed emendari non possunt. Dictio illa *nunquam*, non regulariter, sed absolute prolata est. inde igitur fit, vt non sit relictus persuasioni locus, quia eorum desperatio non in difficultate, sed in impossibilitate fundatur. cœci sunt, non lusci; nec moribundi, sed mortui; arbores sine radicibus; euersiones euulsis ipsis fundamentis.

9. At quæ est huius impotentiæ origo? vnde fit, vt neque possint? Dicat idē *S. Doctor. 2. ad Timoth. cap. 2. vers. 24.* inquit: *Seruum autem Domini nō oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscēdam veritatem, vt resipiscāt a Diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.* Quattuor his verbis Apostolus docet. Primū, quod hæretici a Prælatis, non a priuatis personis corripi debent. Secundum, quod non omnes quicumq; hęretici sunt etiam a Prælatis corripiendi, sed solum ijs qui ex mala instructione, vel ex malorum consortio ignoranter prauas ebiberūt opiniones. Vtrumq; apertissime Cornelius exponit, non moralem, sed litteralem persequens sententiā: sic ergo ait in explicatione verborum, *resistunt veritati: Docet Apostolus*, quod

neque

neque a Prælatis formati, & obstinati hæretici (hos enim Christus vitari, non corripi iubet) sed qui vel ex mala instructione, vel ex malorum consortio, aut aliunde prauas imbiberunt opiniones correptione, velut medicina sunt sanandi. Hæc Cornelius.

10 Tertio docet Apostolus, quod etiam si huiusmodi non formati hæretici Prælatorum authoritate corripiantur: adeo tamen maximopere est de eorum emendatione dubitãdum; vt ipsa correctio, adhibita censeatur potius ne videamur illis omnino deesse, quam vt videamur illis posse prodesse. sic enim ait: Timothi, vt officio prouidi, paternique Prælati satisfacias, corripe eos, qui ex ignorantia resistunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiam. *Nequando, id: si forte, si quando, ait Cornelius vers. 25. Græcũ enim, μήποτε, tam si quando, quam nequãdo significat. μὴ enim non semper est negantis, sed etiam dubitantis est. ita Theophilact. subaudi, vt experiatur. Quasi dicat Apostolus: Episcopus patienter tolleret, & leniter corripiat, qui fidei contrariantur, vt experiatur si forte vel num forte aliquando. Deus det illis pœnitẽtiam, id: sua gratia commoueat, compungat, & conuertat.* Hæc Cornelius, qui explicans verbum, *resipiscens*, subdit *Pro resipiscãt Græcè est, ἀνανήψωσιν, quod duo significat. Primo redeãt ad sobrietatem. Secundo euigilent, atq; expergiscantur. νήφειν, enim tam euigilare, quam sobrium esse significat. Hinc sequitur maxime illos, qui a fide aberrãt esse ebrios, & dormientes, esseque quasi amotæ mentis, vt veritatem, veramque ad beatitudinem viam videre, & intueri non possint.* Attendis impotentiam resipiscendi?

11 Quarto demũ Apostolus reddit rationem huius impotentiæ, atq; dubitationis in illis verbis *vt resipiscant a Diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem*. Quasi dicat.

cat. Ideo tantum de eorum ſalute rectè dubitatur, quia iam non ex propria, ſed ex Diabolica voluntate regũtur. nam ſicut e magiſtro Diabolo peruerſe cogitare didicerunt; ita cum eodẽ peruerſas voluntates vnierunt. hauſerunt perfidiæ ignorãtiam, voluntatis arbitrium propemodum ꝑdiderunt. Vnanimes cum eo eſſe debent, cum quo in male cogitando vniformes fuerunt. Adamantinis catenis, quaſi neceſſitatis vinculo impediuntur.

12 Atq; hinc eſt, vt eorum infatigabile ſtudium ſit non ad ſeipſos emendãdos, ſed ad alios corrũpendos. quod expreſſit *D. Paulus ad Timoth. ſcribẽs 2. cap. 3. verſ. 13. mali autem homines, & ſeductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes.* Quid ait, Apoſtolus ſperes? aliorum potius corruptelam, Reipublicæ ruinam pertimeſcas. ſed iam ſacræ litteræ Sanctorum Patrum teſtimonijs magis eluceſcant.

CAPVT III.

Deſperandam eſſe Hæreticorum ſalutẽ SS. Patrum teſtimonio, & Eccleſiæ Vniuerſalis conſenſu apertiſsime monſtratur.

13 CLamant Seraphim alter ad alterum, & ſacroſanctis litteris conſonant Patres. *D. Paulus 2. ad Corinth. 2.* docet, *hæreticorum ſermonem ſerpere vt cãcrum.* Quid in hæc verba aureus S. Doctoris interpres Chriſoſtomus? *Cãcer*, inquit, *morbus eſt vtiq; horrendus, & qui medicina contineri nequit, ſed omnia indies corrumpit, ac perimit, ideo nullum ei remedium valet adhiberi. Oſtẽdit D. Paulus per hæc verba eos corrigi, emendariq; non poſſe, qui ſpõte a veritate aberrant, vt sũt hæretici.* Hæc D. Chriſoſtomus. Quem eius aſſecla *Theophilactus* imitãs, ſic ait:

Vio-

Violentum est hoc malum. quippe cui mederi nullo pacto potest. quidam enim vniuersa deuastant, nec corrigi possunt. Cancer siquidem morbus est qui & circumiecta, & propinqua depascitur.

14 Non posse corrigi, non posse emendari, nullũ illis remedium posse adhiberi testatur Chrisostomus, & hoc intendisse D. Paulũ p hæc verba testatur; quis igitur audeat dicere eos corrigibiles esse? quis eos posse emendari? quis remedium aliquod per correctionem posse adhiberi? idem Chrysostomus ad ea verba *D. Pauli ad Tit.3. Talis nãq; subuersus est, & delinquit: cum sit proprio iudicio condemnatus*, ait: *Vbi manifestus fuerit omnibus, & perspicuus aduersarius veritatis, cur obsecro pugnas in cassũm? cur aërem verberas?* Post quẽ ita *Theophilactus. incorrigibilem dicit hæreticũ & vndequaq: adeo distortũ, & tam variis, & multiplicibus modis implicatum, vt sese nequeat ex his explicare, sed per se sit condemnationi adiudicatus, idest qui nullã habet erroris sui excusationem.* Hæc Theophilactus. Concors est Chrisostomo *Primatius in D. Pauli* mẽte coniectanda. *Cancer*, ait ille, *vlcus est, quod in mammillis nascitur fœminarum, & nisi ei subitò fuerit subuẽtum, cum ad cor serpẽdo peruenerit, nullum vltra remedium est, ita & hæreticorum sunt vitanda colloquia, ne per aures irremediabiliter vulnerẽt mẽtem*, Eodemq; vocabulo vsus est D. *Hieronimus*, dicens: *sibilus hæreticorũ irremediabiliter mẽtes audiẽtium vulnerat.*

15 Sed hęc verba D. Pauli in pulcherrimum transferens sensum *D. Anselmus*. sic ait: *Vt cancer retrograditur, ita ipsi a percepta fidei veritate retrocedunt.* cancrũm nõ morbum, sed animal intellexit, satis apte hæreticorum exprimẽs pfectum, qui talis est, vt ab vno fidei articulo recedẽtes, sensim ab alio retrocedant; & numquam ad illũ,

a quo

a quo semel recesserunt, accedere valeant. In eamdem sententiam recidit *Basilius lib. 2. contra Eunomium*; dicẽs *Hæreticos nullum errandi finem facere. &* *D. Gregorius Hæretici semper ad deteriora prolabuntur.* Supra omnes *Tertullianus: Quotidie in castris hæreticorum proficitur; sed in peius quidem: sæpe enim vsu euenire solet, vt abnegata fide catholica, paulatim eo miseri ruant, vt tandem ex hæreticis Saraceni, ac Pagani efficiantur, atque adeo in Atheismum præcipitati, Deum esse in mundo negent.*

16 Vnde & *D. Hieronimus in cap.* 11. *Esaias*, ait *Est proprium hæresis, vt vna duæ fiant, & rursum ipsæ diuidãtur in partes, & proprios adducant greges.* Quapropter magis timẽdum est, ne monitores in hæreticos voluãtur, quam sperandum, vt per eorum monitiones in Catholicos mutentur hæretici.

17 Facilius est Paganos, quam hæreticos in Catholicos verti. Audi *Epiphaniũ lib. anchorato: Deterior est*, ait *fidei peruersitas infidelitate, incredulitas enim fidem accipiens corrigi poterit, fidei vero peruersitas incorrigibilis est, & ægrè saluatur, nisi donum, & gratia aliqua e supernis accesserit.*

18 Incorrigibilis est, & tu eum corrigere speras? sed cum incorrigibilis sit, cur dicit, quod ægrè saluatur? dicere debuit; quod saluari nõ posset, non quod ægre saluetur, cum eum dixerit non ægre corrigendum, sed incorrigibilem esse. Mens Epiphanij ea proculdubio fuit Quia nũquã corrigetur hæreticus, incorrigibilem dixit; quia potens est cœlestis gratia corrigere, magis ad difficultatem, quam ad impotentiam sermonem accõmodauit. Stat vtrumque, si ad diuersa referatur. Incorrigibilem seipsum hereticus reddit, qui gratia diuina corrigi potest, ægrè quoad gratiam, quo ad ipsum impossibiliter. Atque

 ideo

ideo hæc sint dicta, vt aduersariorum obiectioni respondeamus; quod desperatum, ac deploratum hæreticum dicere perinde sit, ac si dicamus, Diuinam gratiam aut illis de futuram, aut inefficacem futuram. Non enim illis diuina gratia deest, sed ipsi cũ supernis auxilijs cooperari non volunt. quid mirum igitur si eos desperatos appellemus? quos iam damnatos D. Paulus, desperatos Cõcilium Laodicenũ, incorrigibiles Epiphanius, immedicabiles Chrisostomus dicat.

19 Scripturarum, Conciliorum, & Patrum documentis Ecclesię vniuersalis accedit authoritas. Ab ipsis enim nascentis Ecclesiæ primordijs nihil districtius prohibitum, nihil acrius interdictum fuit, quam Catholicorum cum hęreticis nedum commercium, atq; conuersatio, sed etiam colloquia, salutationes, omniaque humanitatis argumenta, & officia; vt *D. Ioannes Epist. 2. vers. 10.* præcęperit: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nõ affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis, qui .n. illi dicit Aue communicat eius operibus malignis.* Ipsi etiam SS. patres, quam seuere, quam grauiter fugam hæreticorum iniungũt? legas eos apud *Sanctarellum de hæresi cap. 9. dub. vnico num. 9.*

20 Quorsum ergo tam seueræ phibitiones? quorsum tanta abominatio, atq; detestatio? præsertim cum Catholicorum cum Paganis, atq; infidelibus nec cõsuetudo, nec familiaritas vnquam prohibita fuerit. Sanè si ex correctionibus, atq; monitionibus sperandus esset ab hæreticis fructus, deberent potius humanioribus officijs ad colloquia allici, & inuitari. Sapienter enim *Iulius Boscius in tract. de operibus misericordiæ spiritualis in 2. explicat. vers. vides quam alte*, dixit: *Neque adeo quorundam, qui longe aberrant, humanis*

manis cupiditatibus inuoluti, consuetudinem detrectare aut amicitiã odisse debemus. fieri enim potest, vt eos consuetudine nostrà iuuemus. Ad hunc finem Christus inter vulgi obtrectatores cum publicanis & fœneratoribus instar medici inter ægrotos epulabatur. Hæc ille. quorsum igitur tanta rigiditas, vt quod etiam cũ Paganis permittitur, cum hæreticis prohibetur? Respondet *Simãchas de catholicis instit. tit. 46. n. 54. Hæreticus,* ait, *magis vitandus est, quam reliqui religionis hostes, qui permitti queunt ex causa in Christiana republica commorari; nã ritibus nostris inspectis, suaq; religione cum nostra discussa, spes est piorum hominum monitis ad nostram societatem posse perduci. hæreticus tamẽ nullo modo in nostræ religionis rempublicam erit admittendus; tam propter infatigabile alios corrumpendi studium, quam propter fucatissimæ impietatis, ideoq; pertinacissimæ, latius, & latius serpens contagium sub pulcherrimæ, (quod periculosissimum est) Christianæ pietatis prætextu, vt difficile sit non tentari, peneq; impossibile non inquinari.* hæc Simanchas, qui citat *Hermas lib. 2. de instaurat. religion, cap. 14. & cap 6.* Ad quam sententiam mirificè facit textus *Prouerb. 17. Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus; quam fatuo cõfidẽti in stultitia sua. Vbi glossa. Facilius erit Sanctis Doctoribus furori gentilitatis occurrere, raptis ad se populis aliquibus, & a bestiali eius ferocitate ad fidei pietatem conuerti: quam hæretico cõfidenti in sui dogmatis perfidia.* Separat igitur Ecclesia Catholicos ab hæreticis, quia multum timet, ne hæretici euadant, sperare non valet, quod hæretici in Catholicos vertantur. Atque hunc timorẽ sub ipsis primordijs Ecclesia demonstrauit. nam de Sancto Ioãne Apostolo referunt *Beda, & glossa Ordinaria in epist.* quod balneo, in quo lauerat Cherintus hæreticus ob

abstinuerit, ne corrumpi videretur à loco, quo veritatis corruptor fuerat. Iam vero receptui canamus, colligamus vela. Sacræ litteræ hæreticos damnatos declarant, Concilia deploratos, Sancti Patres incorrigibiles, Ecclesia ipsa desperatos; quis igitur aut audeat de illis aliquid sperare, aut nos redarguat, qui de eorum salute omnino desperamus? Sed ab authoritate ad rationes progrediamur.

CAPVT IV.

Desperatio salutis hæreticorum rationibus suadetur.

Prima ratio proponitur:

Quod hęretici pertinaciter putant sanctæ, recteq; cōtra Ecclesiam sentire.

21 VEritas authoritate certa redditur, sed remanet obscura, nisi rationibus illustretur. radix ergo desperationis salutis hæreticorū est multiplex. Potior ea est, quod scienter errant in rebus fidei, ꝙ fuse probat *Sanctarellus de hæresi cap. 1. dub. 5. num. 20.* hæc vero scientia in eo cōsistit, quod cum sciant, & aduertant ij, quæ ipsi credunt, contraria ab Ecclesia doceri, suum tamen iudicium Ecclesiæ totius iudicio pręferentes impudēti pertinacia contendunt suā falsitatem esse veritatem, errorem sanam doctrinam hæresim rectam opinionē, quam parati sunt animosa obstinatione contra Ecclesiæ vniuersalis authoritatē defendere, ac sustinere. Itaque cùm sacrilegè peccēt, putant sanctissime operari.

22 Proprium hoc hæresis est, vt amara ipsis dulcia videātur. Ad alia enim crimina quantumuis scelestissimi homines non intellectus errore, sed animi prauitate rapiuntur. semper ipsorum criminum iudex cō-scien-

ſcientia, ſemper turpido ante peccatium oculos obuoluitur. Vnde ex ipſa errorum conſcientia ſemper ad ſalutem mordentur, atque a ſceleribus facilius reuocantur. Quin ſæpiſſimè ipſorum criminum perpetratio cum rubore, cum dolore, cum pœnitudine confunditur, & miſcetur Nam cum delictorū conſcietia ſyndereſis ſtimulus aſſociatur, cuius ſunt partes ſemper a malo retrahere, & ad bonū inſtigare. Vnde *Alexander in 3. par. ſumm.* inquit. *Conſcientia eſt regula in ratione Syndereſis vero eſt in voluntate, inſtigando eam ad bonum, & honeſtum.* Conſcientiam *formidis matrem* appellat *Chriſoſtomus*. Gentiles hac etiam agnouerūt. *Ouid. lib. 1. de Pont. ad Brutum.* ait. *Pœnitet,*

Et facto torqueor ipſe meo.

Perſius in Sat. 5.

Stat contra ratio, & ſecretam garrit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.

Mæander;

Mortalibus omnibus conſcientia eſt Deus.

Rem concludamus cum *Philippo Bertaldo in commētarijs in Ciceronem. Conſcientia mille teſtes. Magna vis eſt conſcientiæ in vtrāq; partem: illa eſt virtutum noſtrarum, & innocētiæ trutinatrix: illa eſt vitiorum inſectatrix, & carnifex.*

23 Quapropter errant inremediabiliter hæretici, quia errant ſine iudice, ſine teſtibus, ſine carnifice, ſine conſcientia, ſine Deo. Errant, & dum errores, nec ſentiunt, nec vident; neq; etiam erubeſcere, nec formidare, nec dolere, nec pœnitere valent. Et ſicut ſunt in vulneribus inſenſati, ita ſunt de ſalute deſperati. quod ſatis expreſſit *D. Paulus* loquens de hæreticis *ad Timoth. cap.* 4. *verſ.* 4. *Cauteriatam*, ait, *habent conſcietiam.* vbi per cauterium *Ambroſius* non ſolum corruptionem morum, ſed etiam eorumdem immutabilitatem intelligit. Ad quod etiam alludens *Theo-*

Theodorus, ait: *Locus cauterio inustus priorem sensum amisit.* Ita etiam *Franciscus Turrianus in can. 44. Apostolorum: cauteriatam*, inquit, *conscientiam Apostolus vocat ea, quæ sensum peccati amisit, instar partis cauterio inustæ.* Atq; hanc doloris insensibilitatem satis expressit *D. Paulus ad Ephesios 4. vers. 9.* dicens: *Qui desperãtes semetipsos tradiderũt impudicitiæ, in operationẽ immũditiæ omnis carnis.* Quod verbum, *desperantes*, *Hieronym. Chrisostom. & Græci* ex græco verbo vertunt, *dedolentes*, nam vnde scelerum conscientia est fugata, ibi nec eorumdem dolor, & acerbitas potest esse relicta.

124 Quod si fide adhuc integra, ob solam peccandi consuetudinem hic sensus, & dedolentia retunditur, imo penitus obstupescit, vt *Seneca epist. 39.* dicat: *Tunc autem consummata est infælicitas, vbi turpia non solum delectant sed etiam placent; & desinit esse remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores fiunt.* quid ergo fiet vbi fidei ipsius lumen non offuscatum est modo, sed etiã extinctum, imo in tenebras conuersum? Idem *Epistol. 96.* miserum vocat, qui conscientiæ testimonium spernit. *O te miserum, si contemnis hunc testem!* miserrimum ergo iure dicam si penitus abijcit. Nam si non adest culpæ cognitio, est omnis resipiscendi aditus præclusus.

Egregie satis *Vgo lib. 2. de anima cap. 15. Quoniam peccatum meum agnosco, erit fortasse apud Deum Iudicem impetratio veniæ ipsa cognitio culpæ.* Quæ vero erit eorum pertinacia, & obduratio, cum non solum scelestissime cogitantes, santissime sibi suadeant sẽtire; sed etiam mirifice delectentur in his, de quibus erubescere deberent? *Simanchas de catholic. instit. tit. 30. num. 9.* sic ait: *Inde fit, vt sua semper hæreticis placeãt, proprijs inuẽtis delectentur, quamobrẽ, & obstinati, & pertinaces fiunt.*

CAP.

CAPVT V.

Secunda ratio desperationis salutis hæreticorum ex eorum cōtumacia, & pertinacia desumpta.

26 PErtinaces hæreticos esse dubitari non potest, cum pertinacia sit hæresi ingenita, & essentialis. pertinacia vero in eo consistit, quod quis voluntarie resistat doctrinæ, quæ de fide credendo proponitur.

27 Duo autem in hæreticorum pertinacia inuoluuntur. Alterum, quod propriè contumacia; Alterum, quod propriè pertinacia appellandum est.

28 Pertinacia propriè est; voluntaria in proprio iudicio adhæsio, & in electa opinione obdurata persistentia. vnde tenacitas est voluntatis de errore iam in mente concepto. *Palatios Rubios in allegation. in materia hæresis § 3. num. 1.* Cōtumacia est, promptitudo illa, & arrogantia resistendi Ecclesiæ authoritati. Ex propriæ enim sẽtentiæ elatione, ex superbissima sui iudicij existimatione, & electæ opinionis amor; & Ecclesiæ doctrinæ oritur contemptio, & consistendi firmitas, & voluntas. hæc vero vocabula in iure confunduntur, & miscentur. Ergo intellectus, & hæreticorum pertinacia, & contumacia quasi dupplici adamantina catena innodati, & alligati non se possunt vnquam expedire.

29 Si enim pertianciam spectes, tam firmiter, atque tenaciter in electa falsitate adhœrent, vt quamplures asseruerint hæresim ab hærendo deduci. In quo, & si aberrarunt, cum a grœco vocabulo, αἱρέω quo est, *diuido*, deriuetur, tamen si tenacissimam illam adhœsionem significare voluerunt, a vero nequaquam recesserunt. Tanto vero difficilius

lius auellimur ab ijs, quãto ijs tenacius adheremus. Vnde *Bonac. to. 1. tracta. de excommunic. ob hæresim punct. 1. in vnica proposit. num. 1.* asserit; *Qui alicui errori volũtarie cum pertinacia assentitur, non ita facile resipiscit.*

30 Sed hæc leuiora sunt, si contumaciam consideres. Nam qui promptus, & paratus est Ecclesiæ totius authoritati obfirmatè resistere; quis non putet eumdẽ priuati hominis verba, & monitiones flocci facturum? Audi *Auilam de censuris part. 2. cap. 5. disput. 4. dub. 3. conclus. 1. Nunquam sperandum est. eum, qui ausus est opponere se Ecclesię vniuersali, corrigendum esse per meam monitionem.* Idem *Suarez de fide disp. 20. sect. 4. nu. 9. Qui semel contempsit authoritatem Ecclesię, & cõtra illam ausus est pertinaciter errare, raro resipiscit, & ab hæresi desistit, nisi per eãdem Ecclesiam corripiatur, & aliquo modo compellatur. Martinus del Rio lib. 5. disquisit. magicarum sect. 4. nu. 6. Cum hæreticus*, ait, *iudicio suo plusquam iudicio Ecclesiæ tribuat, stultum est sperare, quod priuati hominis admonitionem auditurus sit, aut crediturus.*

CAPVT VI.

Tertia ratio deplorationis Hereticorum; Quod in eorum animis ad resurgẽdum innumera adsunt impedimenta, omnia prorsus absunt auxilia.

31 VTrumq; manifestũ fiet. Et quo ad primum, quæ maiora impedimenta; quæ vincula fortiora, quam scelerum, & facinorum eorum, quæ fidei expulsionem necesse est quod & præcesserint, & subsequta fuerint?

32 Vnde fit, vt fides extirpetur? Sapienter docet *Anselmus in illud Pauli ad Ephe-*

Ephesios: Vt non circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum. In nequitia hominum, ait, quia hæresis non est, nisi in anima subdita peccatis, quia peccata commissa sunt causa, vt Deus permittat eos errare in *barathrum hæresis.*

33 Præcedentibus subsequentia cumulantur. Sicut enim fides est omnium scelerum fugatrix, ita infidelitas conciliatrix. Pulchrè *Alphonsus a Castro de iust. hæreticorum punit. lib. 1. cap. 2. fide sublata omni vitio quantumlibet prauo, & magno porta latissima aperitur. Sicut enim fides cœteris virtutibus, ita è cõtrario hæresis omnibus vitijs viam parat, & aperit.*

34 Nec solum aperta est sceleribus ianua; sed etiam Diabolicis incursibus ruptus murus, & euersa propugnacula. Ad hoc enim *Iob* intendit, dum dicit: *Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me.* Ad quæ verba *D. Gregorius* sic ait: *Quasi murus rumpitur, cum prauorum persuasionibus fides, quæ de Redemptore nostro est, in quorumdã corde dissipatur.* Quibus ergo ad surgendum egerent auxilijs, quibus adiumentis? Et tamẽ omnibus omnino destituti sunt. tanta procliuitas nullis repagulis retardatur, ne dum continetur. Ruunt in præceps sine freno, sine regimine. Non interius illustrantur, non exterius docentur, nõ superius irrigantur. Sol fidei interius occubuit.

35 Et tamen ipsa hominis sanctificatio; atque iustificatio adeo a fide depẽdet, vt tota fidei tribuatur, ac referatur. Itaq; *Apostolus ad Galat.* 3. *Omnes Dei filij estis per fidem. Ioan. cap.* 1: *Dedit eos potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Abacuc.* 2. *ex fide iustus viuit. Sacrosanctũ* denique *Tridentinum Concilium* eam appellauit *humanæ salutis initium, fundamentum, & radicem iustificationis.* Quid igitur ibi speres, vbi iustificationis radix

exaruit, fundamentorum extructio funditus euersa est, salus neque sui initium reliquit? De fide in fidem facillime progreditur, ipsa enim fides semper ad sui prouocat incrementa. At sine fide fidem comparare tam impossibile est, quam sine fundamentis extruere, sine radice germinare.

36 Sed illud quam maxime notandum est, quod hic fidei defectus peior est in hæretico, quam in Pagano, atque infideli. ita D.Thom.2.2.quæst.10.art.6. vbi vtriusque infidelitatis grauitate collata, concludit: *Harum tamen duarum grauitatum prima præponderat secundæ. Vnde simpliciter loquendo infidelitas hæreticorum est pessima.* Theologiæ magistrum sequuti sunt Theologi, ex quibus satis sit referre *Suarez de fide disp.* 16.*sect.* 4. *num.* 14. Cũ Theologis Canonistæ, quos videre licet apud *Farinac. de hæresi quæst.* 197. §. 1. *num* 3.

37 *D. Augustinus de Ciuit. Dei cap.* 25. *lib.* 21. ait: *Peior est desertor fidei, & ex desertore oppugnator eius effectus, quam ille, qui non deseruit, quam nunquam tenuit fidem.* Idem aduersus *Donatistas*, hæreticum hominẽ quouis Ethnico quãtumlibet malo peiorem existimat. *D.Chrisost.homil.* 50.*ad popul. Antiochen. Nũquid talem Christianum dixerim? absit? sed potius & Gentilibus peiorem. Epiphanius lib. Anchorato: Deterior est fidei peruersitas infidelitate: incredulitas enim fidẽ accipiẽs corrigi poterit; fidei vero peruersitas incorrigibilis est, & ægrè saluatur.*

38 Rationẽ reddit *Angelicus Doctor loc. cit.* Quod grauius peccat, qui fidei renititur susceptæ, quam qui renititur fidei nondum susceptę. Sicut grauius peccat, qui non implet, quod promisit, quam qui non implet, quod nunquam pmisit. Quod *D. Petrus in Epist.*2.*cap.*2. prædocuerat. *Melius erat illis*, ait, *non cognoscere viam iustitiæ, quam post*

post agnitionem retrorsum conuerti.

39 Grauior est Hæreticorum, quam Iudeorum, & Gentilium infidelitas; ergo & tardior ad fidem regressus, difficilior conuersio, certior desperatio quo .n. sunt grauiora scelera, eo laboriosius ad superna reuertimur. Quod si tanta est Iudæorum, & Gẽtilium desperatio; qualis esse debet hæreticorum?

40 Nec solum internis, sed etiam externis carent auxilijs. Carent Ecclesiæ documentis, ac doctrina; quia non modo eam non audiunt; sed suum illius iudicio præferũt. Carent piorũ hominum monitis, atq; cõuersatione; cum ab omnibus sint excommunicatione seiuncti, ac separati. Carent Sanctorum suffragijs, orationibus, ac præcibus cum ad præcisos ramos celestis humor sese minime diffundat. Carent supernis efficacioribus auxilijs; sunt enim incorrigibiles. iam damnati qui solũ ad æternam vindictã reseruantur. Quid igitur speres? quid tibi cũ correctionibus atque monitionibus? quid aerem verberas? quid pugnas in cassum?

CAPVT VII.

Quarta ratio deploratę conuersionis hæreticorum. Ex ipsa ineptitudine medij deducta.

41 AD finem aliquem cõsequendum apta, & proportionata media debent appelicari. Mediorum vero, quæ pertinent ad animum sanandum, & curandum alia sunt suauia, & mitia, alia asperiora, & acerbiora. Et sicut in corporum, sic, & in animorum morbis; infirmus quandoque mitioribus medicaminibus non solum non melioratur, sed etiam deterioratur.

42 Ad rem nostram de-

uenientes; ad hæreticos emendandos; fraterna correctio benignum, & mite remedium esset; iudicialis coactio, asperũ, & durum. Quod si fratrem verbis, ac monitionibus ad sanam mentem perducere possemus; vtique ad verbera, & pœnas deuenire crudelitatis Tyrannidem præseferret. Sed quia quandoq; tanta est vulnerum abhominanda corruptio; vt vix ferro, & igne melioratio possit sperari; *Plus enim (Prouerb. cap. 17. vers. 10.) Correctio proficit apud sapiẽtem; quam plagæ apud stultum*; inde fit, vt ad animæ salutem reparandam, necesse sit corpora aut affligi, aut consumi,

43 Non poterat accommodatius ad hanc sententiam scribere *D. Augustin. epist. 50. ad Bonifacium Comitem. melius est quidem (quis dubitauerit) ad Deũ colendum doctrina homines duci, quam pœna timore, vel dolore compelli. Sed non quia isti meliores sunt, ideo illi, qui tales non sunt negligendi sunt. Multis enim profecit, quod experimentis probauimus, prius timore, vel dolore cogi, vt postea possint doceri, aut quod iam verbis didicere, opere sectari, Proponunt nobis quidam sententiã sęcularis Authoris, qui dixit: Pudore, & libertate liberos retinere, satius esse credo, quã metu. Hoc quidem verum est; sed sicuti meliores sunt, quos dirigit amor ita plures sunt, quos corrigit timor. Nã, vt de ipso Authore istis respõdeatur, apud ipsum etiam legimus; Tu nisi malo coactus rectum facere nescis. Porro autem Scriptura Diuina, & propter illos meliores dicit: Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem. Et propter hos inferiores qui plures sũt, ait: Verbis non emendabitur seruus durus: Si enim, & intellexerit, non obediet. Prouerb. 29. Cum dixit eum verbis non emendari, non iussit deseri, sed tacite monuit, vnde debuit emendari. Alioquin non diceret, verbis non emendabitur, sed*

sed tantumodo diceret, non emendabitur. Hæc D. Augustinus.

44 Hos vero, quibus disciplina sunt pœnæ, tales efficit aut ingenium seruile, aut scelerum vel execranda enormitas, vel antiquata consuetudo. De primis refertur *a Suida* adagium; *Phryx plagis, & Phrygē plagis meliorem, & obsequentiorem fieri* φρὺξ ανὴρ αλγεὶς ἀμείνων, και διακονεστερος. Si blandius agas, solēt insolescere; si cædas detumescunt, & conditionis suę recordantur. Satis nota est Scytarū historia. longinquo distenti bello diu domi defuerunt. Coniuges viduitatis pertesæ, se seruis domesticis miscuerunt. Inde nata iuuentus redeuntes dominos arcere a finibus. Prœlia nonnulla comissa. cum nihil reduces armis proficerent, Concilio inito placuit alia experiri. rebelles inuadunt non arcubus, aut Contis, sed loris, & flagris armati. Natura seruis inditus pauor flagrorum. Itaque fugere conspectum, & sonum seruiles animi. Inde illud *Claudiani lib. 1. in Eutropium.*

Quid Martia signa
Sollicitas? non est iaculis, hastisq; petendus.
Conscia succumbent audito verbere terga;
Vt schyta post multos rediēs exercitus annos,
Cum sibi seruilis pro finibus obuia pubes
Isset, & arceret dominos tellure reuersos.
Armatam ostensis aciem fudere flagellis.
Notus ab incœptis ignobile reppulit horror
Vulgus, & addictus sub verbere torpuit ensis.

Simile illud est, quod in compitis iactatur.

Nux, asinus, mulier simili sunt lege ligata;
Hæc tria nil vnquam facient, si verbera cessent.

45 De his vero, quos talis scelera, & mores reddiderunt, passim sacra pagina. *Prouerb. cap. 29. vers. 19. Seruus verbis non potest erudiri.* Ad cuius adagij explica-

uenientes; ad hæreticos emendandos; fraterna correctio benignum, & mite remedium esset; iudicialis coactio, asperũ, & durum. Quod si fratrem verbis, ac monitionibus ad sanam mentem perducere possemus; vtique ad verbera, & pœnas deuenire crudelitatis Tyrannidem præseferret. Sed quia quandoq; tanta est vulnerum abhominanda corruptio; vt vix ferro, & igne melioratio possit sperari; *Plus enim* (*Prouerb. cap. 17. vers. 10.*) *Correctio proficit apud sapiētem; quam plagæ apud stultum*; inde fit, vt ad animæ salutem reparandam, necesse sit corpora aut affligi, aut consumi.

43 Non poterat accommodatius ad hanc sententiam scribere *D. Augustin. epist. 50. ad Bonifacium Comitem: melius est quidem* (*quis dubitauerit*) *ad Deũ colendum doctrina homines duci, quam pœna timore, vel dolore compelli. Sed non quia isti meliores sunt, ideo illi, qui tales non sunt negligendi sunt. Multis enim profecit, quod experimentis probauimus, prius timore, vel dolore cogi, vt postea possint doceri, aut quod iam verbis didicere, opere sectari. Proponunt nobis quidam sententiã secularis Authoris, qui dixit: Pudore, & libertate liberos retinere, satius esse credo, quã metu. Hoc quidem verum est; sed sicuti meliores sunt, quos dirigit amor ita plures sunt, quos corrigit timor. Nã, vt de ipso Authore istis respõdeatur, apud ipsum etiam legimus; Tu nisi malo coactus rectum facere nescis. Porro autem Scriptura Diuina, & propter illos meliores dicit: Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem. Et propter hos inferiores qui plures sũt, ait: Verbis non emendabitur seruus durus: Si enim, & intellexerit, non obediet. Prouerb. 29. Cum dixit eum verbis non emendari, non iussit deseri, sed tacite monuit, vnde debuit emendari. Alioquin non diceret, verbis non emendabitur,*

sed

sed tantumodo diceret, non emendabitur. Hæc D. Augustinus.

44 Hos vero, quibus disciplina sunt pœnæ, tales efficit aut ingenium seruile, aut scelerum vel execranda enormitas, vel antiquata consuetudo. De primis refertur *a Suida* adagium; *Phryx plagis, & Phrygẽ plagis meliorem, & obsequentiorem fieri* φρὺξ πληγεὶς ἀμείνων, καὶ διακονέστερος. Si blandius agas, solẽt insolescere; si cædas detumescunt, & conditionis suę recordantur. Satis nota est Scytarũ historia. longinquo distenti bello diu domi defuerunt. Coniuges viduitatis pertesæ, se seruis domesticis miscuerunt. Inde nata iuuentus redeuntes dominos arcere a finibus. Prœlia nonnulla comissa. cum nihil reduces armis proficerent, Concilio inito placuit alia experiri. rebelles inuadunt non arcubus, aut Contis, sed loris, & flagris armati. Natura seruis inditus pauor flagrorum. Itaque fugere conspectum, & sonum seruiles animi. Inde illud *Claudiani lib. 1. in Eutropium.*

Quid Martia signa
Sollicitas? non est iaculis, hastisq; petendus.
Conscia succumbent audito verbere terga;
Vt Schyta post multos rediẽs exercitus annos,
Cum sibi seruilis pro finibus obuia pubes
Isset, & arceret dominos tellure reuersos.
Armatam ostensis aciem fudere flagellis.
Notus ab incœptis ignobile reppulit horror
Vulgus, & addictus sub verbere torpuit ensis.

Simile illud est, quod in compitis iactatur.

Nux, asinus, mulier simili sunt lege ligata;
Hæc tria nil vnquam facient, si verbera cessent.

45 De his vero, quos talis scelera, & mores reddiderunt, passim sacra pagina. *Prouerb. cap. 29. vers. 19. Seruus verbis non potest erudiri.* Ad cuius adagij expli-

ca-

cationem *Martinus del Rio tom.2. adagioruȝ sacror adag. 266. in princip.* ait *Conueniunt omnes non agi de statu seruis, sed de ingenio seruis, hoc est de illiberalibus, contumacibus, duris, &c. Conueniunt secundo etiam ex sacrę Scripturæ idiotismo, subaudiendum vocabulum exceptiuum, tantum, vel dumtaxat. Nam verba cum verberibus efficaciter huic malo temperantur.* hæc ille. *Prouerb.cap.* 10. *vers* 13. *Virga in dorso eius, qui indiget corde.* Cuius adagij vsus est; vt dicamus stultos, & amẽtes indigere pœna, vt resipiscant, *Prouerb.* 26.3. *flagellũ equo, & camus asino; & virga in dorso imprudentium & Prouerb.* 22.15. *Virga stultitię fugatrix appellatur. Stultitia,* ait, *colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. & cap.* 19. *vers. vlt. Parata sunt derisoribus iudicia (* hoc est plaga *) & mallei percutientes stultorũ corporibus.* Malleis dura supplicia significantur, quę pertinaces has petras conterant, & comminuãt. Celeberrima sunt ea verba *Prou. cap.* 27.22. *Stultum in pila contundere quasi psitanas, feriente desuper pilo.* Septuaginta vero nec mortarij, nec pistilli meminentes, sic verterunt. *Si flagellaueris imprudentem in medio consessus inhonorans.* Ex quibus indicatur, vt notat *Martin. del Rio adag.* 263. Quod quantumuis grauiter, & quantumuis cum ignominia, & quantumuis sępe siue priuatim, siue publicè stultum increpes, aut corrigas, & correctionibus, quasi pistillo contusionibus ferias, id frustra te facturũ. vt sit adagium prorsus simile illi: *Aethiopem lauas; labore consumeris, & nihil promoues*. tritum est etiam in scholis.

Parisios stolidum si quis dimittit asellum,
Si fuit hic asinus, non erit illic equus.

46 Sunt igitur aliqui, qui non nisi pœnis emendantur. *Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indo-*

domitus, ait *Ierem. c.*31. 18. Quod etiam antiqui Philoſophi intellexerũt, & docuerũt *Cic.pro Roſc.Amer.* ait · *Quos ipſa natura retinere in officio non poteſt, ij magnitudine pœnæ maleficio ſubmouentur*. *Liuius decad.*1.*lib.*8. *facit non raro atrocitas pœnæ obedietiorem duci militem Egregie Dionyſ. Halic l.*2. *Pœnæ leues non poſſunt refrenare iuuentutis inſaniam, & ingenij ferocitatem, neq; rerum honeſtarum contẽptores ad temperantiam reducere*. Deniq; præ ceteris *Ariſtoteles lib.* 10. *Ethic. multitudo neceſſitati potius, quam rationi paret: quamobrem improbi, qui voluptatẽ affectant virtute relicta, dolore ſunt afficiendi, perinde atq; iumenta*.

47 Quod ſi aliquod hominum genus tam durum eſt, vt non niſi duritie poſſit perfringi, tam perfidum, vt nõ niſi pœnis valeat erudiri: ſi aliqua ſunt ſcelerum vulnera quę non niſi ferro curari poſſunt; quis dubitet huiuſmodi & hęreticos, & hęreſes eſſe? Res tã certa, & clara rationibus, & authoritate clarior, certiorq; reddetur. Et primo Iudęi hoc malo laborarunt, vt illud *Eſaiæ* 28. 19. *Tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui*. de Iudęis eſſe prolatum teſtãtur *Cyrillus*, & alij Patres; ſed, vt ſupra mõſtrauimus Hęretici peiores, ac contumaciores sũt Paganis, & Iudęis. Secũdo; in relatis Sacrę Scripturę locis patet hoc vitij ſtultis, & inſipientibus ingenitum eſſe; ſtultitia vero in ſacris litteris pro ſcelere, ac delictis vſurpatur; igitur cum nullum ſit grauius crimen hęreſi, nulla maior ſtultitia reputabitur, & ſic nullus inſipiẽs indiget magis plagis, piſtillo, atq; tormẽtis. Tertio, quia tota ratio incorrigibilitatis eſt ipſa animi peruicacia, & durities; quis vero eſt tam peruicax, tam durus, tam auerſus; quam hęreticus? quę tanta obduratio, perfidia, atq; obſtinatio? Quid (vt ad Patres veniamus) ſentit *Tertullianus*?

nus? Ad officium hæreticos compelli nõ illici dignum est. Duritia vincẽda est, non suadenda. sic ait *Scorpiaci cap. 2. Hiæronymus apud Gratianum cap. resecandæ 24. q. 3.* plus exposuit, non quod ad officium compellantur, sed quod e vita tolantur. *Resecandæ sunt*, inquit, *putridæ carnes, & scabiosa ouis a caulis repellenda.* Sequutus .n. est doctrinam *Pauli ad Galat. 5. Vtinam. abscindãtur, qui nos conturbant.*

48 Quęstio hęc, an hœretici sint potius verbis, & suasionibus, quam pœnis coercendi antiqua fuit, sed antiquitus cõtra hęreticos decisa; vnde nõ esset inter Catholicos & amplius exagitanda. Tẽpore, quo Donatistarũ hęresis feruebat, Cõstantinus Imperator tulit legẽ, qua iubebat, quod Hęreticorum, qui ad fidẽ Catholicam non reuocarentur, bona pręscriberẽtur. Tulit autem hanc legẽ Pontificis authoritate, & taquam minister Ecclesiasticę iurisdictionis. Displicuit huiusmodi lex primũ non modo hęreticis, sed etiam quamplurimis Catholicis, inter quos fuit ipse D. Augustinus; quia putabant non coactione, sed doctrina ad fidem hæreticos deduci debere. Sed postea D. Augustinus experientia doctior factus ab illa praua sententia recedens, his sese verbis retractauit *lib. 2. retract. cap. 5. Vere tunc mihi non placebat, quia nondum expertus eram vel quantum mali eorum auderet impunitas, vel quantum eis in melius mutandis conferre posset diligẽtia disciplinæ.* late, suseque deinde in eamdem sententiam scripsit, & pręsertim *epist. 48. ad Vincentium, &. 50. ad Bonifacium.* Quas, & si par esset integras afferre, tamen breuitatis causa satis sit lectori de illis potiora quędam attulisse. Hęc habet *in epist. 48. ad Vincentinm. Si terrerentur, & nõ docerẽtur, improba quasi dominatio videretur. Sed rursus si docerentur, & non terrerentur, vetust ate cõ-*

sue-

suetudinis obdurati ad capessẽdam viam salutis pigrius mouerentur. Quid igitur moneant priuati, qui docere possunt, terrere nõ possunt? Terreãt Inquisitores, quorũ terror cum fidei doctrina descẽdit. Rursus ait. *Ad hanc sanitatem non perducerentur, nisi legum istarum, quæ sibi displicent vinculis, tanquam phrenetici ligarentur.* Non perducerẽtur, ait, nisi legum coactione; quis ergo dicat posse perduci monitione? Hanc deniq; veritatem ipsos hæreticos postea conuersos confessos fuisse testatur ipse *Augustin. ad Vincentium*, vbi referendo eorum sermones, qui metu pœnarũ in melius fuerant mutati, ait: *Alij dicunt, nesciebamus hic esse veritatem, nec eam discere volebamus, sed nos ad eam cognoscendam metus fecit intentos, quo timuimus, ne forte sine vllis rerum æternarum lucris damno rerum temporalium feriremur. Gratias Domino, qui negligentiã nostram stimulo timoris excussit, vt saltem solliciti quæreremus, quod securi nunquã nosse curauimus.*

49 Hunc autem morem non solũ legibus humanis, sed etiam Diuinis esse decẽtem, ac conuenientem docet D. Augustinus ibidẽ. *Putas*, inquit, *nullam vim adhibendam esse homini, vt ab erroris pernicie liberetur, cum ipsum Deum, quo nemo vtilius diligit, certissimis exemplis hoc facere videas. & Christum audias dicentem: Nemo venit ad me, nisi quẽ Pater attraxerit, Et epistol. citata ad Bonifacium*. ostendit hoc exemplo D. Pauli. *Paulum prius Saulũ*, ait, *non solum recte cõpescuit, sed etiam potestate prostrauit atq; vt infidelitatis tenebris sæuientem ad desiderandum lumen cordis vrgeret, prius corporis cæcitate percussit. Si pœna illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur.* Quod etiam adnotauit *Leo Papa Epistola 4. alias 91. & 93. Profuit*, inquit, *ista districtio dum ad spirituale remedium nonnunquam recurrunt, qui ti-*

timent temporale supplicium. Ex quibus patet, Deum ad auxilia efficacia elargienda, quandoque determinatum quemdam modũ prærequirere, qui in magnis peccatoribus, & præsertim hæreticis pœnam, ac timorem esse satis ex dictis manifestum est. finem ergo huic probationi imponentes, quis est iam, qui hæreticos non dicat omnino desperatos, atq; deploratos? Si hoc tam apertè sacræ litteræ testantur, si tam clare Concilia docent, si tam asseueranter Patres tot, tantæque authoritatis, affirmant, si Ecclesiæ totius cõsensus ostendit, si tam solidæ, validæque rationes euīcunt, si eorum superba arrogantia, pertinax contumacia, efficacium auxiliorũ defectus, aptorum mediorum carentia suadet; quis est, Deus immortalis, qui dicere audeat, esse de eorũ salute per leues monitiones, ac secretas correctiones aliquid sperandum?

CAPVT VIII.

Secundam conditionẽ, quam requirunt aduersarij ad hęreticorum correctionem, quod statim emendandi sunt, impossibilem esse luce clarius ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Etiamsi concedatur Hæreticos per correctionem emendãdos; tamen non statim emẽdari posse probatur.*

2 *Vt correctio recte fiat multa requiruntur ante, post correctionem & in ipso actu corrigendi.*

3 *Tempus opportunum ad corrigẽdum necesse est.*

4 *Monitio iterãda est pluries.*

5 *Testes quam difficulter in correctione adhibeantur.*

6 Hæ-

6 *Hæresis velocissime corrumpit.*
7 *Non posse certissime cognosci, Hæreticos esse iam vere emendatos ex multis ostenditur.*
8 *Ad hoc vt obliget præceptum corrigendi sufficit spes probabilis futuræ emendationis.*
9 *Sed in delictis publicis, & multo magis in crimine hæresis certissima spes requiritur.*
10 *Aduersarij contradicentia asserere coguntur.*
11 *Ea; quæ sũt in animo difficiliter cognoscuntur, & probantur.*
12 *Hæreticorum versutia obstat cognitioni emendationis.*
13 *Hominis iudicium sæpe fallitur.*
14 *Regulæ, quas tradunt aduersarij ad cognoscendum, an Hæretici sint sincere emendati, inanes, & vanæ sunt.*
15 *Regulæ prædictæ referũtur cum suis Authoribus, & eorum contradictio ostenditur.*
16 *Etiamsi concedatur, hæreticos esse verè emendandos, quam male inferant aduersarij, quod non sint ex hoc denuntiandi.*
17 *Malefactorum punitio ordinatur ad Reipublicæ satisfactionem.*
18 *Ac etiam ad delinquentiũ emendationem.*
19 *Quãdoq; ad solum exemplum aliorum.*
20 *Hæretici etiam emendati puniri debent ad exemplum aliorum.*

1 Secunda conditio, quã aduersarij requirunt, vt quis teneatur hæreticos prius corrigere, quam denunciare, est, vt non solum firmiter credatur, quod futura sit, sed quod statim post correctionem futura sit emendatio, ne ob morã Respublica in periculum adducatur. Concedamus ergo vltro incorrigibiles, ac inemendabiles Hæreticos emendandos fore; quis audeat dicere tantam peruicaciam, atque obstinatio-

nem statim ad correctoris verba esse inflectendam, atque emolliēdam? Multum temporis insumendum esset, cum tamen in re tam periculosa, & graui omnis breuis mora pro longa, lōga pro longissima esset reputanda. Tot enim sunt, tā varia, tam difficilia, quæ prudens aptaque correctio requirit, vt non nisi longo temporis dispendio peragi possit. Rem ad praxim deducamus. Vt correctio rectè fiat, multa ante, multa in ipso corrigendi actu, multa post ipsam correctionem requiruntur. Ante correctionem efflagitatur, vt prius qualitas personę tū corrigentis, tum corrigendæ attentissime consideretur. An hæreticus tātæ docilitatis, ac facilitatis sit, vt corrigi sola monitione credatur; præsertim cum hæretici & pertinaces, & subdoli quam maxime sint, vt facillime aut monitores cōtemnant, aut emendationē simulent. An etiam ipse corrector tantæ sit prudētiæ, atque authoritatis, vt valeat rationes contexere, asperitatem emollire, versutias hæreticorum plane dignoscere. Agendū enim tibi est cum perditissimis, obduratissimis, fucatissimis viris; vt facilius sit, te ab eorum versutia deludi, quā eos tua eloquentia emendari.

3 Præterea tempus ad corrigēdum opportunum expectandum est. Prudēter enim *Roscius in tracta. de operibus misericordiæ spiritualis in 2. explicatione, vers. vides quam alte*, ait. *Cauendum ne quid intempestiue fiat. Salmeron tom. 4. in Euāgel part. 3. tr. 10. de correct. fraterna, vers. quia vero pręceptum hoc est*, sic habet: *Temporis habenda est ratio, alioquin nec turbatus ipse rectè aliū corriges, nec alter dum peccato perturbatus est, recte a quoquam corrigitur. Hinc Deus ad primos parentes de præuaricatione corripiendos non statim, vt deliquerunt, sed ad auram post meridiem accessit. Et Abigail* vi-

virum suum Nabal nõ cum ebrietate, ac vino maderet, sed postquam ad se rediens resipuisset, corripuit. Quantũ ergo temporis præcedat ipsam correctionem necesse est? Deinde ad primam monitionem deueniẽdum est. Sed aucupanda est occasio, vt inter te, & ipsum solum hæreticus moneatur.

4 Prima peracta monitione, si res fœliciter successit, non ideò credendũ est, firmam esse iam emendationem, saluam Rempublicam. Ridiculum enim est credere tam pertinaces viros vnica monitione sincere, ac in totum esse emẽdatos. Accedit, quod oculatissime indagandũ est, sit, nec ne simulata emẽdatio; ad quod rectè dignoscendum quid spatij requiratur, sequenti capite ostẽdetur. Si vero in prima correctione nihil profectum est, non est statim ad denũciationem decurrendum; quod enim prima non promotum est, sperari debet iteratione promouendum. Vnde *Fagundez præcept. 2. lib. 4 cap. 3. num. 31. vers. antequam fiat* docet ex *Sanchez lib. 3. de matrimonio disput. 13. nu. 3. vers. hoc tamen* & alijs apud ipsum citatis, quos sequitur *Trimarchus de Confessar. abuten. Sacram. pœnit. disp. 12. sect. 2. num. 9.* quod vt correctio fraterna iudicetur non profutura, non sufficit semel fieri, & non prodesse, sed necesse est iterum, atque iterum adhiberi, quamdiu prudẽtis arbitrio speratur correctio, & emendatio per illã. Vnde etiam tertio replicãda est; quia ex præcepto Diuino non ex parte, sed in totum est ordo corrigendi seruandus.

Hinc ad secundum correctionis gradum est descẽdendum, si ex secreta monitione nihil est peractum, sed tamẽ quod peragi possit testium adhibitione speratur. Et primum si creditur corã vnico teste emendandum, nõ sunt in primo ingressu adhibendi duo. Si

te-

testis vnius reuerētia spreta fuit, conuocandi sunt duo,& coram eisdem testibus, si fructus speratur, iteranda,& triplicanda correctio est.Sperari autem multum debet ex præsentia testium emendatio. Habes ne in promptu huiusmodi testes? Si rarissimi sunt, qui ad corrigendum inducantur; quanto rariores reperiētur homines,qui patiantur coram seipsis aliorum crimina, præsertim hæreses non modo manifestari, sed etiam repræhendi? Præsertim cū nemo ad hoc officium teneatur, sicut tenetur quis ad corripiendum. Nunquam ego aut vidi, aut legi hanc testium conuocationem ab aliquo fuisse exequtioni datam. Demum credatur iam emendatus hæreticus,non debet sibi quis persuadere, quod nullo alio adminiculo, nullis repagulis in emēdatione consistat, ac perseueret. Igitur prospiciendum prudentissime est, an firma, an stabilis, imo perpetua sit in melius facta mutatio. Non est hoc vitij ac sceleris ad Reipublicę firmam salutem commouendum, sed omnino eradicandum, extirpandum.

¶6 Quapropter ponāt sibi ante oculos ex vna parte heresis velocitatem, ac violentiam in corrumpendo, vt *Suarez* dicat *disput.20.de fide sect.4.nu.9. Hæresis mēte concepta vix cōtineri potest, quin exteris prodeat.* & *Doctor Gentium 2. Timoth. 2. quod hæreticorum sermo,* heresi iam prodita, *serpit, vt cancer.* Patres omnes,quod hæretici nullum finem corrumpendi faciant. *D. Hieron. in cap.* 11. *Esaias, quod proprium hæresis est, vt de vna hæresi duæ fiant: & rursum ipsæ diuidātur in partes, & proprios abducant greges. Egregie Alphonsus a Castro de iusta hæret. punit. cap.25. in princip. Hæresis pestilētissimum est venenum, quod cito, & facile maximam quāque potest inficere multitudinem. Propter hāc enim caussam Paulus de hæreticis loquens*

ques dixit: Sermo illorum, vt cancer serpit. Si igitur hæreſis eſt tam ad perdendum velox, ad corrumpendum facilis de qualibet temporis mora timendum eſſet. Statim hoc, ab aduerſarijs requiſitum, quantum iudicio prudentum perdurare deberet ſine Reipublicæ detrimento? Tanta ne rerum machina ſtatim conſtruetur? Dicam audacter, neque duorum menſium ſpatio, ſi rectè, riteque, vt fieri debet, correctio peragatur, peragi profecto poteſt. Et interim Religio, ac fides in tuto futuram, quis ſibi perſuadere poteſt?

CAPVT IX.

Implicantia tertiæ conditionis ad Hæreticos corrigendos ab aduerſarijs requiſitæ euidētiſsime demōſtratur. Quod nunquam haberi poſsit certiſsima ſpes, & clariſsima emendationis cognitio.

7 HAEreticos tunc demum eſſe corrigēdos aduerſarij docent, cum adeſt ſpes certiſſima, & euidentiſſima cognitio emendationis; hanc vero haberi nullo pacto poſſe multis modis manifeſtiſſimū redditur.

8 Primo, quia communis ſententia eſt, quod ad hoc vt obliget præceptum fraternæ correctionis requiritur quidē probabilis ſpes emendationis, non autem certa: & rationem reddūt; quia cum emendatio pendeat ab aliena voluntate, certa ſpes haberi nō poteſt. ita *Suarez de charit. diſp. 8. ſect. 3. num. 3. non oportet,* inquit, *vt ſpes ſit prorſus certa; quia hæc certitudo vix haberi poteſt.* vbi citat *D. Thom 2.2. qu. 33. art. 2. ad 3. Adrianum,* & alios ſuppreſſo nomine. *Soto de rat. teg. ſecr membr. 2. q. 2. concluſ. 4.*

Ca-

Castropalao de charit. disput. 3. punct. 5. num. 3. vbi ait: *Recepta est omnium sententia, non requiri omnino spem certam, alias nunquam correctio apponeretur, cum hæc certitudo esse non possit, siquidem est de re ab aliena voluntate dependenti.* citat *Bannez eodem art. 2. dub. ult. Torres disp. 86. dub. 3. §. sed difficultas est. Valentiam disput. 3. qu. 10. p. 2. pag. 665. §. altero modo.* Probant ex *D. Augustino 1. de Ciuit. Dei cap.* 9. vbi damnat illos, *qui metuunt alios corripere, cum fortasse possent corripiēdo corrigere*, & infra monet, abstinendum non esse a correptione *quia semper incertum est, an voluntatem in melius sit mutaturus.*

9 Limitant vero hanc conclusionem, vt non procedat in publicis delictis, quæ vergunt cōtra bonum commune, in quibus certa, imo certissima spes efflagitatur, ita *Suarez loc. cit sect. 6. num. 6. Castropalao ibid. punct. 13. num. 7.* vbi citat *Richardū dist. 18. art. 3. qu. 1.* Et multo magis limitant in delicto hæresis, quod inter publica delicta primum tenet locum, & supra omnia publicā vtilitatē oppugnat; vt diximus supra.

10 Hic vero ego fateor mea ingenioli tenuitate multum laborare, ac vacillare. Nam si præfati Authores docent, non requirendam esse spē certā fructus, vt in alijs criminibus non publicis correctio peragatur, quia hęc certitudo haberi non potest; quo pacto deinde docent ad corrigēda crimina, quæ vergunt in publicam perniciem spem etiam certissimam requiri? Si certa spes haberi nō potest, quo pacto certissima? deberent congruenter asserere huiusmodi peccata nequaquam esse corrigenda, sed statim denunciāda. Sic enim arguo. Ad horum correctionem spes certissima per ipsos pręrequiritur, sed spes, etiam certa per ipsos haberi non potest. Inferānt ipsi modo.

11 Secūdo probatur eadem

dem conclusio. quia certitudo, ac firmitas huius spei oritur ex cognitionis euidentia, quam quis haberet emendationis. Sed hæc euieuidentia non potest haberi. Primo, ex qualitate criminis, quod in mente, animoque clauditur, atq; occultatur. ea vero, quæ sunt in animo difficillimæ sunt probationis, & cognitionis, vt est constans Iurisperitorum regula. An aliquis sit a vitio fornicandi, aut furandi sincerè emendatus, facili negotio dignoscitur; sed an quis, quod non crediderat, credat modo, difficulter percipietur.

12 Secundo ex moribus ipsorum Hereticorum. Sūt enim versuti, callidi, versipelles, subdoli. Adde, quod pœnarum metu, semper oportet, vt ad correctionē se fingant emendatos. Nimium enim stolidos quis sibi suaderet hæreticos esse eos, qui dum monerentur, & corrigerētur, etiam si in obstinatione permanerēt, emendationem non simularent; cum scirent aliter se esse statim denunciandos.

13 Tertio hoc ipsum euincitur ex qualitate humani iudicij. Hominis enī iudicium sæpe fallit, & fallitur *cap. Fraternitatis, de frigidis. cap. lator, cap. cōsanguinei, de re iudicata, cap. a nobis est sæpe quæsitum, de sent. excommunic.* quam rationem affert *Rojas singul.* 3. *nu.* 2. Quapropter optime notat *Suarez de fide disp.* 20. *sect.* 4. *nu.* 12. quod, *magna prudētia necessaria est ad cognoscendum an Hæreticus vere corrigatur, vel fingat, & decipiat.*

14 Tertio probatur ex regulis ipsis, quas Authores tradunt ad dignoscendum, quando vere hæretici possent dici sincere emēdati. Nam primo nullam firmam, ac constantem regulam tradere potuisse, satis arguit huius cognitionis difficultatem. Secundo, quia eædem ab ipsis traditæ regulæ, tum inter se variæ, ac discordes sunt, tum

tales sunt, vt potius mentẽ confundant, quam regant. Tertio demum, quia ad inducendam ex illorum regulis hanc cognitionis firmitatem non menses, sed annos integros requirunt.

15 *Felinus in cap. testimonium, de testibus.* Confessionem Sacramentalem asserit, probare aliquem esse emendatum. *Genuẽsis in praxi, cap.* 18. *nu.* 6. docet, quod possit emẽdatio pręsumi, si talis consequtus fuisset Iubileũ. *Homobonus de Exam. Eccles. p.* 1. *tract.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 33. *Freitas in addit. ad tract. de Confessar. sollicit. quæst.* 8. *nu.* 32. *Ricc. p.* 2. *decis.* 159. *nu.* 14. & alij, quos suppresso nomine citat *Diana par.* 1. *oper. moral. tract.* 4. *de denunciationibus resolut.* 3 asserunt, quod qui per triẽninm bene vixerit, emendatus pręsumitur. Aliquos vero, ait Diana, putare, id arbitrio boni viri remittendum esse, qui cõsiderata qualitate personarum, totum iudicabit cum prudentia, & maturitate: quia difficile est cognoscere correctionem huiusmodi personarũ, & ita loquens etiam de hæreticis notauit *Freitas* vbi supra, *qu.* 18. *nu.* 39. in fine. Tandem *Ioan. Sancius in selectis disput.* 11. *nu.* 15. asserit, *Si multi sint anni elapsi post factam sollicitationem* (loquitur de cõfessario sollicitante.) *& credatur verisimiliter emendatum iam esse confessarium, non erit denunciandus, hoc enim pia conditio humana pati videtur, vt post longum tempus admissi criminis non deferatur ad punitionis Tribunal delinquens, sed præsumatur emendationem iam cõsequtam esse; tres vero annos exigit communis DD. ad emendationem præsumẽdam in criminoso.* Hæc Sancius.

Dicant ergo aduersarij, quo pacto vnquam habere possunt de emendatione euidentiam? Nam ex hij sequitur, quod post delictũ commissum ille, qui notitiam eius statim ac perpetratum fuit habuit, deberet expectare aut Iubilæũ, aut trien-

triennij spatium, vt in hac re se regat secundum Doctorum opinionem.

CAPVT X.

Etiãsi concedamus Hereticos, aut esse vere emendandos, aut esse iam emendatos; tamen quam male ex hoc inferant aduersarij, quod nõ sũt statim denunciandi.

16 Concedamus iã aduersarijs id, quod ipsi, vt ex dictis patet, nec requirere deberent; nimirum, quod Hæretici sint sincere, aut emendati, aut emendandi; & videamus quam recte ex hoc inferãt, quod sunt prius, quam denuncientur, admonendi. Vnde hoc deducunt? quia scilicet huiusmodi denunciatio nociua esset hæreticis, & tamen Reipublicæ, nulla ex parte proficua, cũ iam ex ipsa emendatione in tuto Respublica esset: Ad cuius illationis impugnationem supponendum est.

17 Quod optimi legislatores in suis legibus ad triplicem finem ordinãt malefactorum punitionem. Primus est iusta vindicta, & satisfactio Reipublicæ, cui publice peccando malefactores magnam iniuriã irrogant; vnde *Petrus 2. ep. cap. 1.* dicit, Principes Catholicos esse *ad vindictam malefactorum*, & *Paulus ad Rom. 13. Dei enim minister est, vindex in irã ei, qui malum agit.*

Ex quo loco a fortiori colligit *Bernar. serm. 66. in Cantica*, etiam ministros Ecclesiæ positos esse ad vindictam de Hereticis sumẽdam; iuxta illud *Pauli 2. ad Corinth. 10. In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam.* Nam cum Hæretici sint contra Ecclesiam tam contumaces, & ipsius Doctrinæ contemptores, summam iniuriam eius autho-

thoritati inferunt, quam inultam pati non debent Ecclesiæ Prælati.

18 Secundus finis respicit ipsos delinquentes; scilicet, vt emendentur, si in delicto perseuerant; aut ne recidiui sint, præmuniantur, si iam sunt emendati; aut si delictum non est cõmissum, sed committendũ, pęna per leges proponitur, minæ ob oculos obijciuntur, vt a committendo crimine retrahantur, atq; deterreantur. Itaque ad correctionem & emendationem respiciunt Diuinæ leges, vt habetur *Prouerb.* 19. & 21. & ideo *Paulus ad Hębr.* 12. dixit: *Quem diligit Dominus castigat.* Et præceptum Euangelicum de fraterna correctione ad hanc emendationem institutum est, cum ad fratris lucrum, id animæ salutem ordinetur. Quæ quidẽ ratio maxime in Hæreticis locum habet, qui potius pœnę timore, quam monitionis suauitate mouentur, vt supra late ostensum fuit.

19 Tertius finis, ex quo delinquẽtium punitio maxime cohonestatur, est exemplum aliorum, vt timeant, & a similibus criminibus arceantur: nam, vt *Aristoteles* dixit 1. *Ethicorũ, cap.* 9. multitudo necessitati potius, quam rationi paret. Et ratio est; quia cum impunitas audaciam alijs præbeat ad similia perpetranda, maxime confert Reipublicæ, vt crimina nõ maneãt impunita. Et quãuis talis finis respiciendus sit in publicis delictis iuxta illud D. Pauli: *Peccantem coram omnibus corrige*: tamen quando scelera sunt atrocia, horrenda, & contra publicum bonum, etiãsi sint occulta punienda, & castiganda sunt, licet delinquens sit emendatus. In his enim non respicitur ad delinquentium solam emẽdationem, sed etiam prospiciendum est, vt cœteri similia nunquam patrẽtur, quod magna ex parte obtinetur, cum viderint homines quod huiusmodi crimina

ña nõ dissimulantur etiam posita emẽdatione, & quod rei emendati, pœnitentes, ac dedolentes grauissimis pœnis afficiantur. Quod egregie docuit *Cicero* 1. *Officior. Non satis est*, inquit, *eum qui læserit iniuriæ suæ pœnitere. vt ipse ne quid post hac tale committat, & cęteri sint ad iniuriam tardiores.* Ecce tibi quo pacto adhuc posita emendatione delinquentis, pœna delicti vtillima esse possit. Prodest .n. & ipsi delinquenti, cum sit recidiuitatis firmissimum repagulum: & cœteris, qui ad similia attentanda pigrius, tardiusque mouentur. Ad quod facit dictum illud *Lipsij l.2. de constit. c.* 14. *Paucorum punitio terret, & emendat omnes.* Et illud Senecæ. *Vt fulmina paucorũ periculo cadũt, omnium metu: sic animaduersiones magnarum potestatum terrent latius, quam nocent.*

Atq; adeo est ad aliorum exemplum pœna necessaria, vt scelera, quæ alioquin pœnam non mererentur, ob exemplum aliorum pęna sint digna. Quod egregie adnotauit *Dion. lib.* 52. *corrigenda sunt ea, quæ licet supplicio nondum digna sunt, tamen neglecta, multis, & magnis malis occasionẽ præbent.* Imo vero vlterius Sãctissimæ leges procedunt, vt fictione Iuris constituãt delictum id, quod per se delictum nequaquam esset, ne delinquentibus delinquẽdi vberior occasio pręstetur. Vnde licet iure quis rem suam ab aliena potestate raperet, tamen huiusmodi raptum pro furto cõstituendũ putat *Iustinianus Instit. de vi bonor. raptor* §. *ita tamen.* dicens: *Sed ne dũ talia excogitantur, inueniatur via, per quam raptores impune suam exerceant auaritiam melius Diualibus cõstitutionibus pro hac parte prospectum est, vt nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel se mouentem, licet suam eamdem existimet.*

Quapropter si in alij criminibus tantum ad aliorũ exemplum respiciendum est,

est, vt criminis emendatio, & pœnitudo nõ sit sufficiẽs ad pœnam euitandam, vt crimina supplicijs immatura vtillima prçuẽtione matura reputentur, vt quæ nõ sint crimina pro criminibus a legislatoribus iustissimè reputentur, quis est, qui dicere, qui sustinere, qui cogitare audeat, Hæreticos emẽdatos impunitos relinquendos? Punitionem huiusmodi aut iniustam, aut inutilem futuram? Si aliquis de parricidio, imo de homicidio cõmisso conuictus emendatus esset, doleret, pœniteret, ingemisceret, damna resarciret, Iudices ne absoluendum, liberandumque, an puniendum existimarent? Quorsũ in tanta emendatione tãta iudicãdi seueritas? Pars lęsa satisfacta est, delinquens in melius mutatus, Respublica ob priuatum delictũ nusquam offensa, cur ergo habet locum adhuc pœna? Vt cœteri timorẽ habeant. vt a similibus perpetrandis deterreantur. Si igitur hęc in alijs criminibus sãctè, iusteque procedunt, qua ratione in hæresis crimine ab omnibus non sunt laudanda, atque approbanda?

CAPVT XI.

Argumẽta ex authoritate sacrarum litterarum præsertim Euãgelij Matthæi 18. impugnantur.

Affertur prima solutio in locũ Matth. quod scilicet ĩ verbis Christi Dom: nõ præceptum, sed consilium contineatur.

SVMMARIVM.

1 *IN verbis Christi Dom. apud Matth. 18. non adesse præceptum, sed consilium ostenditur.*

2 *Ordo corrigendi in quinque actibus consistit.*

3 *Aliud iudicium ferẽdum est de fraternæ correctio-*

ctionis præcepto, ac de ordine corrigendi.

4 *Theologi non debent eſſe faciliores ad nouã impoſitionem præceptorũ.*

5 *Proponitur argumentum, quo probatur in verbis Chriſti ſolum conſilium contineri.*

6 *Verba Imperatiua videntur importare præceptum.*

7 *Vſitatum eſt in ſacris litteris, vt verbis Imperatiuis abſolute nõ importetur præceptum.*

8 *Amplia, etiam ſi ſint prolata unico cõtextu aliorum verborum, importantium præceptum.*

9 *Hoc ipſum in Iure obſeruatur.*

10 *Quando verba Imperatiua præceptum importẽt.*

11 *Quod in verbis Matthæi conſilium importetur, Authoritate Doctorum, & expoſitorum probatur.*

12 *Praxis, & conſuetudo Ecclſiæ multum valet ad præcepta, & dogmata ſtabilienda.*

13 *Praxis Eccleſiæ eſt vt verba Matthæi non receperit in præceptum.*

14 *In Religionibus nõ obſeruatur præceptũ fraternæ correctionis.*

15 *Reſpondetur cuidam obiectioni.*

16 *Si hæc verba præceptum inducerent, Præceptum hoc multum abhorreret a more legum, & preſertim præceptorum Chriſti Domini.*

17 *Præceptum hoc haberet maximam difficultatẽ, vt adimpleretur.*

18 *Haberet etiam cum difficultate implendi coniũctam obſcuritattm intelligendi.*

19 *Hoc præceptum eſſet admodum pernicioſum Reipublicæ tranquillitati, ſtatui Eccleſiaſtico, & Religioſorum Ordinibus.*

20 *Etſi præceptum importaretur, tamẽ ad Hæreticos non extenditur.*

21 *Præceptum hoc loquitur de fratribus, Hæretici vero, ſicut, & Ethnici fra-*

fratres non sunt.

22 *Respondetur obiectioni.*

23 *Præcepto fraternæ correctionis tenemur corrigere peccata cõtra corrigentem commissa, hæresis vero nõ contra homines, sed contra Deum committitur.*

24 *Præceptum fraternę correctionis obligat supposita spe emendationis: Hæretici vero desperãdi sunt.*

25 *Inter delicta commune bonum oppugnantia, principẽ locum obtinet hæresis.*

1 CŒterorũ locorum authoritas è sacris litteris petita, aut nulla omnino, aut nimis imbecilla est; idcirco eorum solutionem in partem postremam reijcimus. Achilles aduersariorum est locus *Matth.* 18. vbi aiunt Christum tradidisse sub præcepto ordinem corrigendi, & ab eius fauore hæreticos nequaquam exclusos fuisse; vt ostendimus supra *Sect.* 2. *cap.* 3. Vernm parui, aut nullius esse ponderis hoc argumẽtum in aperto erit. Dupplicem ergo respõsionẽ afferimus; Altera, quod in his verbis nullũ pręceptum continetur: Altera; ꝙ etsi præceptum contineretur; tamẽ ad hæreticorum denunciationem non extendatur. Primum in præsenti; Secundum, in sequẽtibus capitibus ostendetur. Sed antequam ad primæ propositionis probationem deueniam, supponendum est.

2 Primo; ꝙ ordo corrigendi in *verbis Matth.* 18. expressus in quinque actibus consistit. Primus est, admonitio secreta: *Corripe eum inter te, & ipsum solum.* Secundus est, correctio coram vno, vel duobus testibus adhibitis. Tertius, denunciatio: *Dic Ecclesiæ.* Quartus, correctio Prælati; *Si Ecclesiam non audierit.* Quintus coactio per excõmunicationẽ: *Sit tibi tanquã Ethnicus.*

3 Secundo, quod aliud iu-

iudiciũ ferendũ est de fraterna ipsa correctiõe, aliud de ordine corrigendi. Omnes enim conueniunt correctionem esse sub præcepto; at non ita clarum est ordinem corrigendi cadere sub eadem præcepti obligatione.

4 Tertio prenotanda est quædam aurea doctrina, quam tradit *Gerson lection. 4. de vita spirit. 3. p.* Nempe, quod *Doctores Theologi non debent esse faciles ad asserendum aliquas actiones, vel omissiones esse peccata mortalia, præsertim sub verbo vniuersali, maxime cum obseruatio communis obnititur, obuiatque, vbi non sunt certissimi de re ipsa, nec talia sunt prædicanda populo tanquam certa. Nam per huiusmodi assertiones voluntarias, rigidas, duras, & nimis strictas, in rebus incertis nequaquam eruũtur homines a luto peccatorum, sed in illud profundius, quia desperatius immerguntur. Hinc etiam generantur scrupuli inquietatiui simplicium, vt eis sit solidum nihil. Nam etsi beatus vir, qui semper est pauidus, & veretur peccata sua. Obseruandum tamen est illud Terentianum. Ne quid nimis. Et ne in scirpo nodum quærant. Demum quid prodest, immo quid non obest coarctare plus iusto mãdatum Dei, quod est latum nimis? Quid insuper expedit, amarius, grauiusque reddere illud Christi iugum, quod est suaue, & onus eius leue? Nã etsi contemptus ex hac laxatione, & dulcedine apud aliquos improbos maior oriatur, habentes velamen malitiæ libertatem: at apud alios bene institutos, gratiarum resonabunt actiones. Præstabitur etiam sedulũ seruitium Domino, cuius mandata grauia non sunt, quippe qui non vult nos tentari, & grauari supra id, quod possumus.* Hæc ex Gersone.

5 His præhabitis sic ostendo in verbis *Matth.* nõ importari præceptum, sed consilium. Nihil habemus in hoc textu (ex nullo .n. alio sacræ scripturæ loco

argui posse præceptum de ordine corrigendi, apud omnes in confesso est) vnde cogamur asserere, quod ordo hic corrigendi sit de præcepto. cõtra vero multa suppetunt, quæ nos inducant, & quasi adstringãt ad dicendum, quod sit tãtummodo de cõsilio, ergo fatendum est non esse de præcepto, sed de consilio hunc ordinem corrigendi. Consequentia manifestissima est.

6 Antecedẽs cum duas partes cõtineat, probatur, quo ad primam. Si aliquid esset, quod ex hoc textu nos induceret ad ponendum præceptum, esset primo, quia Christis vtitur verbis Imperatiuis; *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum: Dic Ecclesiæ, &c.* Verba autem Imperatiua important ex se præceptum, quia quod imperatur, necesse est fieri. Sic *Decius cap. nam concupiscẽtiam in* 1. *lect. fin. de constitut. Abbas cap. vestra nu.* 1. *notab.* 2. *de cohabitat. cleri- cor. & mulierum.* Secundo, quia Christus cum vnico verborum contextu loquatur, eadem ratione loqui videtur de ordine corrigẽdi, ac loqutus est de ipsa correctione facienda, sed de correctione traditum fuit præceptum, ergo etiã de ordine corrigendi. Sed hæ rationis ad tãtum obligationis pondus inducendum nullius prorsus momenti sunt, ergo.

7 Quãtum vero spectat ad primam rationem, ea nimis imbecilla, nimis friuola est. Nam considerantes vsitatum loquẽdi modum aut in Sacris litteris aut in legibus siue Canonicis, siue Ciuilibus Verba imperatiuo modo prolata nequaquam ex se important præcepti necessitatem, quæ aliunde colligenda, & euincenda est. Nam quo ad vsũ Sacræ scripturæ passim verba Imperatiua cõsilium tantũmodo inducunt. Cõsilium merũ est illud, quod tanta cum authoritate sonat Imperium: *si quis te percusse-*

cusserit in vna maxilla, præbe ei & alteram. Vnde bene *D. Augustinus in sermone de puero Centurionis* deducit (cuius verba canonizata sunt 23. *q.* 1. *paratus*) quod si hoc esset præceptum, neque Christus Dominus, cum percussus in facie respondit, præceptũ suum adimplesset: neq; D. Paulus præceptum sui magistri, cum etiam percussus in faciem dixit Principi Sacerdotũ; *Percutiat te Deus paries dealbate.* Quid vero? Cũ Christus Dominus inimicorum dilectionem iniunxit, nonne non solum Imperatiue dixit: *Diligite inimicos vestros, Benefacite his, qui oderunt vos, Orate pro persequentibus vobis.* sed etiam authoritatiue inculcando: *Ego autem Dico vobis*? Et tamen Doctissimus *Maldonatus* in ea verba *Matth.* 5. *vers.* 44. sic ait *Hoc, vt omnes authores antiqui tradiderunt, & nos probauimus proprium est Euangelij. In quo sicut in cæteris, quæ legi Christus adiecit, quædã præcepti, quædam Consilij sunt. Præcepti hæc, ne odio habentes nos odio habeamus, ne reddamus malum pro malo, &c. Consilij, vt eis etiam non ad extremam necessitatẽ indigentibus benefaciamus, &c.* Testimonio igitur tãti viri, qui in textu Euangelico exponẽdo principem locum occupauit, & antiquorum Doctorum authoritate habemus, quod non modo vsitatum est hoc in Euangelio, sed etiam proprium ipsius est, vt quædã, quæ a Christo legislatore Imperatiuis verbis afferuntur, sint præcepti, quædã consilij. Ad inducendam igitur præcepti necessitatẽ, aliam aduersarij, quam nõ possunt afferre, oporterent rationem. Ex quo secunda ratio ab ijs allata euanescit, nam cum hoc sit propriũ in Euangelio, vt quædam sint præcepti, quædam cõsilij, etiam si sint vnico cõtextu prolata, vt patet in exemplo dilectionis inimicorum, quid mirum si correctio sit de præcepto, cor-

 ri-

rigendi vero ordo de cõsilio? Dicant mihi, cum Dominus dicit: *Vouete, & reddite:* nonne in duobus verbis pręceptum, & consiliũ continentur? *Vouete* enim consilij est; *Reddite*, necessitatis, & præcepti, vt bene docet *Siluester in verb. præceptum* §. *secundo quæritur.* Maneat igitur firmissimũ, quod attento sacrarum litterarum vsu, & proprietate, quã in Euangelicis præceptis attendere debemus, ex verbis Matthæi nullum præceptum importetur.

9 Satis esset sacrarum litterarum authoritas, sed ad maiorem veritatis euidentiam, ostendam, quod id, quod in sacris scripturis tam clarum est, in iure Canonico iam est decisum. *Clemens V. in Clement. Exiui, de verb. significatione.* §. *item quia præterea*, declarans an fratres Minores teneãtur ad obseruationem eorum omnium, quę in Regula sub verbis Imperatiui modi ponũtur; sic decernit: *Dicimus, quod fratres non ad omnium, quæ sub verbis imperatiui modi ponũtur in regula, sicut ad pręceptum, seu præceptis ęquipollentium obseruationẽ teneãtur.* vbi *glossa in verb. item quia*, citat 28. *q.* 1. *sic enim. & glossam* 13. *q.* 1. *quod pręcipitur.*

10 Quapropter grauissimi Doctores hanc materiã seriò pertractantes aliqui dicunt, verbis Imperatiuis importari pręceptum, sub solo tamen veniali obligãs. Sic *Nauarr. summ. cap.* 23. *Hisp. num.* 48. *Latin. nu.* 49. *Emmanuel Sà summ. verb. lex num.* 6. *Philiar. de offic. Sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *dict.* 1. & significat *Sayrus Claui Regia lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 26. Alij dicunt, ea non importare præceptũ aliquod, quia sunt simplicia quædã verba, & quãdo Ius, vel superior aliquid sub culpa pręcipere vult, fortioribus terminis vti solet. Sic *Caietan.* 2. 2. *q.* 186. *art.* 9. *circa solut. ad* 2. *Castr. lib.* 1. *de leg. pœnal. c.* 5. *docum.* 4. *Salon.* 2. 2. *qu.* 77. *art.* 1. *contr.* 8. *col.* 5. *vers.*

verſ. ex his ſequitur. Carbon de legibus lib. 7. diſput. 4. ad fin. Vaſquez eodem cap. 3. n. 24. quos omnes citat *Sanchez in ſumm. lib. 6. cap* 4. *n.* 39. vbi cõcludens, ait *: Stãdum eſt cõſuetudini regionis acceptantis, & intelligentis ea verba. Si ea enim explicuit tanquam verba præcepti, continebunt præceptum, ſi vero tãquam verba Conſilij, continebunt conſilium. Vbi autem cõſuetudo nihil explicuit ſpectandam eſſe materiam, & ſi ea magni ponderis & neceſſitatis ſit, & veriſimi le ſit a Superiore ponderatam continebunt pręceptum: ſecus autem non.* citat *Clementin. exiui*, vbi ſtatim Pontifex ex materię grauitate pręceptum colligit. *Anton. in c. concupiſcentiam in fin. de conſtitut & ibi Abb. num.* 4. *Imola nu.* 10. *Felin. num.* 8. *verſ. de aliquibus autem verbis. Alex. de Neuo num.* 16. idem *Abb. c. relatum nu.* 6. *ne Clerici, vel monachi. Angel. verb. lex, num.* 3. *& ibi Tabien. q.* 28. *nu.* 29. *Armilla nu.* 4. *Syluęſter. verb pręceptũ q.* 2. *Euerard. loco ab ęquipollentibus nu.* 11. Et ad *Decij* rationem reſpondent cum *Caietano* proxime allegato, ꝙ verba Imperatiui Grãmaticè important præceptum, non autem Iuridicè.

11 Quattuor habemus capita, ex quibus euidentiſſime demonſtratur, ex his verbis nequaquã Chriſtum Dominum legẽ pręceptiuam, ſed ſolum conſiliũ tradere voluiſſe. Primũ quia conſuetudo, & praxis totius Eccleſię, ad quam in dubio, vt aſſeruimus, recurrendum eſt, & quę eſt optima legum interpres, Chriſti Domini verba in conſilium recepit. Secundo quia hoc pręceptum multum aberraret a ſtylo legũ omnium latarum, & pręſertim a more legum Chriſti legiſlatoris. Tertio demum, quia ex hac lege quamplurima inconueniẽtia, maxima perturbatio in Eccleſia, atque in omnium Tribunalium, ordinumque gubernatione, ac regimine oriretur.

Quar-

Quarto, quia hoc a grauissimis authoribus, & huius textus expositoribus audacter affirmatur, constantissime defenditur.

12 Primum ad hunc modum ostendo. Praxis, & consuetudo Ecclesię quantum valeat ad pręcepta, & dogmata stabilienda, aut declaranda, dixit *B. Augustinus ad Cassulanum*, & habetur 11. *dist. c. in his. In his rebus, de quibus nihil certi statuit Diuina Scriptura, mos populo Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt*. Quocirca *D. Paulus* ait: *Si quis autem vult contentiosus esse* nempe in hoc, quod mulieres capite non velato orare debeant *nos talem consuetudinem nō habemus, sed nec Ecclesia Dei.* Ecce quo pacto D. Paulus consuetudinē tanquam legem proposuit, vbi de lege dubitabatur. Consuetudinē vero, & obseruantiam subsequtam esse optimam regulam legum interpetrādarum, passim Doctores fatentur. Vsus, & obseruantia sunt veluti glossa, & interpetratio legis. ità perdoctè *Cald. cons. 445. circa princip. vers. dispensatio autem alias 34. de præuen.* nam mēs dubia ex actu posteriori declaratur *l. vxori. §. fin. ff. de leg.* 3. clare *Castr. cons* 544. *quia est in allegationibus in fine lib* 1. *& l. de interpretatione ff. de leg. Mascard. conclus.* 1041.

13 Dicāt ergo mihi, vbi gentium, vbi terrarum obseruatur, vt non nisi pręuia correctione delicta denuncientur? Quid vero de denunciatione delictorum loquor; quis est, qui audeat fratrem corripere peccantem, etiam si corrector sit præstātior, & maior? Quid ergo faciant ęquales? quid minores? & tamē hoc pręcepto omnes in vniuersum adstringuntur. Quis vero post primam alterā correctionem iterauit? quis vnquā testes adhibuit? Et tamen tam est de præcepto fraternam correctionem geminare, aut triplicare, si ex triplicatione fructus speratur,

ratur,

ratur, quam teſtium adhibitio in omnium ſententia, qui aſtruunt præceptum. Seruatur ne in Tribunalibus hic ordo? Accuſator ne aliquis, aut denũciator prius accuſatum, aut denũciatum ſecreto corripuit, ne tranſgreſſor huius præcepti inueniretur? Iudex ne aliquis prius denunciantes, aut accuſantes interrogauit, an peracta eſſet correctio, antequam denunciationem, aut accuſationẽ receperit? Nonne omnium quorumcumque delictorũ nõ ſolum ſuſcipiuntur denunciationes, atque accuſationes; ſed etiam inquiſitiones nulla præuia indagine correctionis adhibitæ, vel non, paſſim inſtituũtur? Quid autem de Eccleſiaſticis Prelatis? Quid aliud ab ipſis in ſuis edictis ſub excommunicationis pœna precipitur, quam vt delicta ſibi ſtatim deferantur? Dices hoc intelligi debet, vt fiat ordine fraternæ correctionis ſeruato. Vtique cõtrarium expreſſe iubẽt ſuis edictis Inquiſitores. Et ſi hoc cœteri Prælati in alijs criminibus intenderent, ac ſentirent, deberent ſane rudi populo aperte declarare, deberent prius poſtulare, an fraterna correctio præceſſerit, quamquam denũciationes reciperent. Vbiq; terrarum conſtitutæ ſunt publicę perſonæ, quos fiſcales, ſeu cenſores appellamus, quorum eſt publicũ munus de omnibus delictis nullo ordine inquirere, & inuenta denunciare. fere nullus eſt, qui hoc peccatũ omiſſionis fraternæ correctionis non modo confiteatur, ſed etiam agnoſcat: neque vllus eſt confeſſariorũ, qui de huius præcepti trãſgreſſione interroget. Vbi igitur eſt huiuſmodi praxis? vbi talis conſuetudo?

14 Venio ad Religioſorum Ordinem turmas. In his non modo nõ ſeruatur, ſed vt ne ſeruetur, legibus expreſſis iniungitur, & precipitur. Itaq; *Smaragdus Abbas in regula Sancti Benedicti cap. 24.* hanc regulam re-

refert: *Si quis eum, quem districtionem monasterij non ferentem, fugam meditari cognouerit, non statim prodiderit, perditionis illius participem se esse non dubitet, & tādiu a conuentu fratrum sequestrandum, quamdiu ille valeat reuocari. Et cap.* 32. *ex Paulo, & Stephano Abbatibus* sic ait: *Si quis alterum quacūq; parte viderit quodcumq; illicitum vel sermone, vel opere facientem,* & *Priori distulerit publicare, cognoscat se esse nutritorem peccati, & per omnia ęqualem peccanti, quia & animæ suæ, & illius, quem tegit est durissimus inimicus.* Et in *constitutionibus Prædicatorum dist.* 5. *cap.* 13. §. 4. dicitur: *Ne vitia occultētur Pręlato suo, quilibet denūciet ea, quæ viderit, vel audierit. Et cap.* 18. §. 6. *Si quid tale quid* idest grauiorem culpam, vt explicat *Suarez to.* 4. *de Religione lib.* 10. *cap.* 9. *num.* 7. *extra monasterium commiserit, frater, qui cum eo est, studeat Prælato quantocius corrigendum intimare.* Et in *constitutionibus minorum editis a Guglielmo Farinaccio*, ac probatis in capitulo Generali tempore Sancti Bonauenturæ dicitur: *Teneantur fratres per obedientiam exeuntes, in reditu suo secrete Guardiano excessus notabiles intimare.* Pręterea *D. Augustinus in regula Monacharum*, quę habetur *to.* 2. *epi.* 109. aliam formam tradit faciendę correctionis ab ea, quam Christus Dominus pręscripsit. Demum adest regula illa Societatis Iesu: *Ad maiorem in spiritu profectum, & præcipue ad maiorem submissionem, & humilitatem propriā contentus esse quisque debet, vt omnes errores, & defectus ipsius, & res quæcumque, quæ notatæ in eo, & obseruatæ fuerint, superioribus per quēuis, qui extra confessionem eas acceperit, manifestētur.* Habetur *in compendio constitutionum.*

15 Dupplex effugium possunt aduersarij proponere. Primum, quod cum hoc pręceptum a religiosis

viris

viris non expediat seruari, quia impedimentum affer ret perfectioni, quã ex sui status ratione profitentur; idcirco ad eos nequaquam extenditur. Sed vanũ pręsidium occupant. Nam cũ leges Diuinę, pręsertim morales, qualis est hęc de fraterna correctione, sint vniuersalissimę, sine fundamento, imo cõtra legis Diuinę morẽ asseritur, quod ad Religiosos non extendatur. Extenditur ergo ad hęreticos corrigendos, in quo maximũ imminet Rei publicę periculum; ad religiosos non item? Promãt mihi aliam legem Diuinã, quę tam amplam recipiat exemptionem, atq; exceptionem. Aliud effugium est ad Societatis Iesu constitutionem specialiter pertinẽs. Nam ex instituto eiusdem Societatis eius nouitij de facto renunciant iuri fraternæ correctionis, & famæ conseruationis in mani bus magistri Nouitiorum. Vnde hæc expressa renunciatio fidem facit, quod Societas putet adesse præceptum, cui aduersaretur sane sua constitutio nisi huius Iuris fieret renũciatio. Sed difficultatem minime euacuant. Nam primo in alijs Religiosorũ ordinibus huiusmodi renunciatio non fit; & tamen dicere nõ possumus, tot Sanctissimarum Religionum regulas Diuinę legi contradicere. Secundo, quia in Societate Iesu talis renunciatio fit potius ad cautelam, quam ad necessitatem; & vt ne videretur Christi verbis potius, quam mandantis aduersari; siue ea importent præceptum, siue consilium. Et iam Doctissimi Societatis viri Salmeron, & Maldonatus verba Christi Domini ad cõsiliũ ducere dicemus.

16 Accedamus iam ad tertium caput probationis, quod scilicet hoc pręceptũ abhorreret multum a more legum tum in vniuersũ latarum, tum pręsertim à Christo Domino institutarum. Nam primo ipsi asserunt rarissime, & fere nun-

quam contingere posse, vt præceptũ correctionis seruetur, tum quia rarissime conditiones omnes vniuntur, quæ ad corrigendum ex obligatione requirũtur, tũ quia specialiter de hæreticis, rarissime spes certa de fructu concipi potest: leges vero non dantur, nisi de his quę cõmuniter contingunt ff. de legibus.l.nam ad ea. Nam ad ea potius debet adaptari ius, quæ, & frequenter, & facile fiunt, quam ad ea, quæ raro eueniunt, & *l. iura.* ff. de leg. & Senatuscon. Iura cõstitui oportet in his, quæ frequẽter accidunt. Si ergo hoc est pręceptum, quo pacto rarissime obligationem inducit? Et si rarissime obligat, quare est impositum sine necessitate, vel vtilitate?

17 Quod vero hoc pręceptum multum disforme esset a cõditionibus, & proprietatibus præceptorum Christi, exinde probatur. Nã primo, pręcepta Christi Dom. leuia, & facilia sũt, iuxta illud: *Iugum meũ suaue est, & onus meũ leue: Matth: 11. & 1. Ioannis. 5. Hęc est charitas, vt mandata eius custodiamus: & mãdata eius grauia non sunt.* At hoc corrigendi pręceptum graue est, ac difficillimum. Nam etiam in propria iniuria, vbi maior viget ratio, minorque est pudor, & in testibus producendis maior authoritas, uix vnquam ille ordo seruari potest; quomodo ergo seruabitur in multis euẽtibus, qui in dies passim se offerũt? aut quotus ille Theologus est, qui in delictis corripiendis illo procedat ordine? aut vbi illum ordinem prętemiserit, aut immutauerit se legis Christi transgressorem redarguat, & accuset? Difficultas etiam huius præcepti in omnibus eius gradibus euincitur. Vix enim inuenitur, qui audeat peccantem fratrem coripere, etiamsi sit maior, aut grauior ille, qui corripere debet: quomodo ergo illud seruabunt æquales? quomodo

modo minores? Deinde quis inuenitur, qui correctioni aures patienter, ac humiliter submittat, & non statim in correctoris odiũ excandescat? quam verò rara sese offert corripiendi opportunitas? Quod si tam difficilis est primus corrigendi gradus, quid de cõtestium vocatione dicendum? Vnde *Augustinus lib. 2. de serm. Domini in monte cap. 30. in fin. tom. 4.* prope finem, ait: *Raro, & in magna necessitate obiurgationes adhibendæ sunt: ita tamen, vt etiam in his ipsis non nobis, sed Domino, vt seruiatur, instemus.* Accedit, quod quicumque ad aliquid præstãdum ex præcepto tenetur, simul & ad omnia, sine quibus illud adimpleri nequit, adstringitur: vt qui ad Ciuitatis custodiã obligatur, ad excubias, & vigilias, & ad ea omnia, sine quibus ciuitas custodiri nõ potest, obligatur. At præceptum hoc corrigendi sine Theologiæ scientia peragi nulla ratione potest: tot enim difficultates occurrunt, tot conditiones, tot modificationes, & pericula sese ingerunt, vt ad singula, & diligenter animaduertenda, vix vnius anni in Theologia studiũ, imo vix multi anni sufficiant, vt Theologos ipsos fateri, testatur *Salmeron. loc. cit. vers. quãto illud præceptum,* & ego ipse satis expertus sum, cum ad huius præcepti non modo explicationem, sed etiam intelligentiam plus anno insudauerim: tanta est Doctorũ varietas, & discordia in hoc ordine construendo, & aptando. Qua ratione igitur dicere possumus omnes, etiam rudes, rusticos, ac mulierculas ad has ambages, atque speculationes, quæ longum Theologię tẽpus efflagitant, addiscẽdas coarctari?

18 Secũdo hoc pręceptum cum difficultate implendi habet coniunctam obscuritatem intelligendi. Pręcepta vero Christi Domini dilucida, & clara esse,

sicut omnia Diuina mandata, passim sacra pagina declarat. *Psal.* 18. dicitur: *Præceptum Domini lucidũ, illuminans oculos* Et hoc ex ipsa legis natura requiritur. Vnde illud *Valentiniani, & Marciani Imperatorum C. de legibus, & const. in l. leges. Leges*, inquiunt, *sacratissimæ, quæ constringunt omniũ vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuersi præscripto earum manifestius cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur*. Ac proinde Diuinus Plato 12. *de legibus* docet, *legislatorẽ debere esse Diuinum, & clarissimi ingenij* Vnde vt lex sit clara, & ab omnibus percipiatur, prolixa esse non debet, iuxta illud *Horatij in Arte.*

Quidquid precipies esto breuis, vt cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Hic vero ego libentissime audirem aduersarios ipsos, si mihi omnes controuersias, atque perplexitates, quibus Theologi omnes, ita implicantur, vt vix ab ipsis sese expediri valeãt, enodare, atque explicare vellent. Quot enim quæstiones excitantur? quot dubitationes semper emergunt? quot pullulant scrupuli? An hoc sit præceptũ; & si sit præceptum, de quo peccato; an de commisso in propriam tantummodo iniuriam, an de omnibus indifferenter: quas obliget personas: an etiam inferiores respectu superiorum: an solum Christianos, non autem infideles: in quibus vero casibus obligationem pariat: quot conditiones ad obligandum efflagitentur: & vnaquæque earum in quibus euentibus procedat: An occulta solum, an etiam manifesta crimina sint corrigenda. Quid vero de testibus inducendis? quot ibi tenebras inuoluũt? quot ambages, quot anfractus annectunt? Quando, qui, in quibus peccatis, qua ratione sunt inducẽdi. Quę etiam pœna sit imponenda huius præcepti transgressoribus.

ribus. Ingenue fateor, tot, ac tam varias, tamq; confusas esse quæstiones omnes, quæ si non bene percipiantur, ad quid obligemur p̄cipi non potest, vt neque eas omnes valeã, si velim, enumerare. Quid ergo nos astringit, quid tantopere vrget, ad imponendum tam graue onus ceruicibus fidelium? Quid ad constituendos omnes transgressores, & huius p̄cepti trãsgressionis, quasi contemptores?

19 Tertio hoc pręceptũ non modo esset graue, & obscurũ, sed etiam admodum perniciosum tum optimo Reipublicæ cõuictui, & fini eius, qui est pax, & tranquillitas ciuium, tum etiam vniuerso regimini, ac statui Ecclesiastico, & præsertim Ordinibus omnium Regularium: Omnes autẽ leges ad boni communis vtilitatem intendere, satis patet; & de legibus Diuinis passim sacra scriptura demonstrat: *Esaiæ* 48. *Ego Dominus docens te vtilia.* Item *Apocal.* 22. dicitur *de ligno vitæ*, id: Christo. *Et folia ligni ad sanitatem gentium. Glossa interlinearis. Præcepta Christi, quæ tegunt, & ornant fructum.* *Rectè quidẽ, nam in præceptis condendis communis vtilitas spectatur, non alicuius priuatum commodum. Sic enim recta ratio, vel lex naturaliter insita docet, vt priuatis bonis publica præferantur. Nec solum ratio, sed natura totius ordo hoc exigit.* Hãc autem perniciem, & damnum ex multis capitibus proficisci demonstremus. Primo igitur omnium cõscientiæ innumeris exagitarentur scrupulorum stimulis, cum ob multitudinem delictorum viderent se homines sæpissime constrictos, ac obligatos ad corripiẽdos facinorosos ac sceleslos, quos corripere non auderent, pertimescerent, aut saltem vererentur. Notum enim omnibus est, quã sit odiosa veritas, & multo odiosior cum ea debeat redargutionis grauitate, atque acerbi-

bitate armari. Ad hæc pturbarentur omnes, qui viderent se ad maiorum, vel superiorum crimina corrigenda teneri. Quis enim esset, qui non intestinis angustijs præmeretur, cum videret se obligatum sub mortalis pœna ad corrigēdum Episcopum, Archiepiscopum, Cardinalē, Principem, Regem? Hoc vero præceptum obligare etiam respectu superiorum, omnes fatentur. Maior esset perturbatio, atq; commotio, cum si eorum esset neglecta correctio, ad testium adhibitionem deueniendū esset, vt integre corrigendi ordo seruaretur.

Secundo omnis vindicatiuæ Iustitiæ exequtio impediretur, & facinorosis hominibus ad peccandum amplissimus aditus aperiretur. Cum enim scirent se prius corrigendos, & corā testes arguendos, quam Iudicibus denunciandos, denunciationis procrastinatione sępius, & a peccando nō cessarent, & delictorum impunitatem nunquā desperarent. Adde, quod Iudices publicas personas ad delicta inuestiganda cōstituere non possent, accusationes statim recipere nō deberent, edicta publica ad reuelanda crimina sine correctionis limitatione eis proponere nō liceret. Quibus euersis iustissimæ vindictæ fundamentis, atque sustentaculis, qua ratione Iustitiæ ordo, ac regimen consistere potest?

Multo vero magis perniciosum esset huiusmodi præceptum statui, ac gubernationi Ecclesiasticæ. Ecclesiasticum enim regimen edictis, ac monitorijs ad reuelādum aut delicta, aut res furto ablatas totum propemodum consistit. Ad eorum Prælatos spectat inquirere, indagare, ne scelerum pestes occultæ totū gregem, eorum curæ demandatum, inficiant, & pdant. Quāto eorum leuius, ac suauius est, quam laicorum in subditos, ac præcipue in Clericos moderamen;

men; tanto amplior, tanto facilior esse deberet ad crimina denuncianda aditus & accessus. Quod si hoc præceptum poneretur, eorum edicta non modo inutilia, sed etiam impia essent reputanda, eorum diligentia vana, indagatio etiam Euangelio cōtradicens, ac pugnans.

Quid vero dicēdum esset de obseruantia Regulari; ea profecto penitus non destrueretur, atq; euerteretur? Quo enim pacto Regulares Prælati, qui totam suorum Religiosorum machinam cōstitutionum sūma libertate moderantur, his impedimentis, his limitationibus, atque angustijs prępediti, possent vnquam subditos regere, ac gubernare?

Verum hęc sententia nō solūm tam validis argumētis, & rationibus stabilita est, sed etiam a pręclarissimis patronis defensa, & illustrissimis Authoribus sustentata. Habet defensores Ecclesię Doctores, sacrarū litterarum grauissimos expositores, Theologię sapientissimos professores.

Hanc ergo sentētiam apertissime docet *D. Bonauentura*, cuius authoritas ad eā amplectēdam sufficientissima esset. Is super *Lucam c.* 17. exponens locum illum: *Si peccauerit in te frater tuus, &c.* ait, Quod hæc verba, si de quolibet peccato intelligantur, idest siue de propria iniuria, siue etiam de illo, quod me sciente commisit, *non est necessitatis, sed solum congruitatis*, præsertim dum pręsumitur quod talis sit incorrigibilis. Tunc enim fortiori manu est corripiēdus, idest Pręlati authoritate. Et adducit simile de facto Ioseph Patriarchæ. Vbi cognita nequitia fratrum accusauit eos apud patrem de crimine pessimo, nec tamen eos præmonuit fraternaliter, & priuatim.

Eamdem sententiā docuit manifestissime *Maldonatus*. Cuius autem ponderis est eius authoritas? cuius au-

authoritatis tanti viri suffragium? Ille ergo exponēs locum *Matth.* 18. *num.* 15. *vers.de quibus autem peccatis*, inquit, *spectandum est Christi consilium vt peccantem non acerbè accusemus: sed benigne corrigamus.* Cōsilium dixit esse spectandū, non præceptum, quia hic ordo congruitatis est, non necessitatis. Eamdē docuit *Bernardinus de Areualo Minorita*, qui libellum dissertissimum conscripsit de fraterna correctione. Vir tātæ doctrinæ, atque authoritatis, vt eum Theologi, alijq; Authores de fraterna correctione tractantes sæpius citent. Is in tertia cōclusione sic ait. *Tertia principalis cōclusio est. Quamquam corrigere fratrem sit preceptum, modus tamen corrigendi de quouis peccato non est determinatus, nec per illum textū Matthæi præceptus.* Atque id per totam il lam conclusionem probat solidissimis argumentis,atq; efficacissimis rationibus.

Eamdē sentētiam quam clare docet, tam constanter sustinet Societatis Iesu primœuum decus, atq; ornamentum, vir ille tam sapiens tum in Theologicis doctrinis edocendis, cum in sacris litteris exponēdis, Doctissimus *Salmeron, to.4. in Euangel.p.3.tract.10.de correct. frat.*

Eamdem sententiam nō tanta generalitate, sed magis restrictè docent quamplures Doctores scribentes *in cap.nouit. de Iudicijs.* Asserunt enim, quod illud Euangelicum; *Si peccauerit, &c.* quo ad delictum committendum tantū est præceptum, quo autem ad cōmissum est Consilij.ita *Ioānes de Ligna.* Et ideo hoc est, vt obuietur delicto futuro, vt per *Andream Siculum in cōsil.64.* incipit. *scribitur libro Hester, lib.primo.* & tradit idem *Andreas in d. cap.nouit. colum.37.de iudicijs.* Eos refert, & sequitur *Arnaldus Albertinus in tractatu de Secreto, quando debeat, aut non debeat reuelari notab.* 38.

Qua-

Quapropter tot, tantisque rationibus hæc opinio suffulta, tot talibusq; Authoribus defensa, dicant mihi cuius illa est probabilitatis? cuius authoritatis? commẽtitium ne quoddam figmẽtum est, an solida doctrina? an veritas sequenda, atque amplectenda?

CAPVT XII.

Ad Textum Euangelij Matth. 18. altera solutio affertur.

Rationibus communibus probatur, quod etsi præceptum importaretur ex verbis Christi, tamẽ ad hæreticos non extendatur.

20 Concedamus aduersarijs id, quod ipsi requirere fortasse nõ deberent, ꝙ fraternę correctionis ordo sit de præcepto. Quid inde deducunt? ergo hæretici sunt prius corrigendi, quam denunciandi. negatur cõsequentia. Nam hoc præceptum nullo modo compræhendit hæreticos. Ad huius propositionis probationem communes aliquas, licet in multis auctas, & illustratas in hoc capite rationes afferemus; alias in sequentibus a cœteris non adductas allaturi.

21 Prima igitur ratio est, quod ex pcepto *Matth.* 18. tenemur corrigere fratres, cum Christus præcipiat: *Si peccauerit in te frater tuus.* At hæretici non sunt fratres Catholicorum, sicut nec infideles, cum nõ sint filij Dei, sed Diaboli, & soli Christiani debeant fratres nominari, quod eumdem patrem habent, nempe Deum, & eamdem matrem, scilicet Ecclesiam Apostolicã, vt notant *Theophilactus in cap.* 18. *Matth. Tertullia. lib. de præscriptio. hæreticor. S. Augustinus sermone 6. de verbis Domini,* vbi ait. *Ethnicos non esse vocandos fratres, vnde nec hæ-*

retici, cum sint extra Ecclesiam sicut Ethnici. Et se m. 16. de verbis Domini exponens ea verba. *Matthæi; sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus,* ait: *Noli illum deputare iam in numero fratrum tuorum. Nec ideo tamen salus eius negligenda est. Nam & ipsos Ethnicos in numero fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem inquirimus.* Diuo Augustino se subscripsit *Maldonatus*, qui in textus Euangelici explanatione nõ solum est summæ, sed primę authoritatis. sic ait in dictum *cap. 18. nu. 15. fratrem generaliter vocat omnem Christianum: de alijs enim non agit, vt constat ex his verbis, Dic Ecclesiæ, & si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Nam Ethnicum, & publicanum fratri opponit: & Ecclesia de ijs non iudicat, qui foris sunt* 1. *ad Corinth.* 5. 12. ita *Maldonatus.* Sic etiam docet Sapientissimus *Salmeron to.4. in Euãgel. fol. mihi 452. col.2. in medio*, ibi: *Deinde merito dubitatur, an hæreticus sit corrigendus? Et breuiter respondeo. Si hæreticus proprie quis existat; & pertinaciam habeat, quę proprie hæreticum constituit, cum illo hac via correctionis procedendum non est; tum quia frater non est, cum per hæresim ab Ecclesia sit præcisus.* Eamdem explicationem affert *Franciscus Luca Brugensis, Ecclesiæ Cathedralis Hudomoropolitanæ Theologus*, qui in quattuor Euangelia doctissima scripsit commentaria. sic ille ait. *Frater tuus, Christianus, nec enim hic intelliguntur ij qui foris sunt.* Eiusdem sententiæ est *Abulensis super Matthei locum* 18. *q.* 91. & probat proprietate verbi sacrę scripturæ, in qua, inquit, *frater non dicitur, nisi de eo, qui ad religionem Christianã pertinet. quemadmodũ apud Paulum.* 1. *Corinth.* 5. *Si is, qui frater nominatur inter vos, &c. Et olim in lege veteri ita appellabantur fratres, qui eius religionis erant. Leui.* 25. *Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam*

lam suam, &c. probat etiam quia ille processus Euangelij non potest seruari cum infidelibus. Nam esto possimus eos admonere priuatim, sed testibus conuenire quomodo poterimus? Deinde Ecclesiastica censura quid ad eos attinet?

22 Dicēt fortasse aduersarij; Hæretici non sunt fratres nostri per gratiam, sunt vero per naturam, imo etiam per communionem, ac similitudinem baptismalis characteris. Sed hæc responsio non valet. Nam primo, attendenda est proprietas verbi sacrę scripturæ, maxime in impositione præceptorum, at, vt probauimus, in sacris litteris verbum, *frater*, fidei, ac vnius religionis communionem significat. Secundo, quod ad excludēdos ab hoc precepto hæreticos, non solū fundamur in ijs verbis, *Si frater tuus peccauerit*, sed multo magis in sequētium contextu. *Dic Ecclesiæ*, & tamen hæretici non sunt Ecclesiæ Prælatis denunciandi; & in ijs verbis, *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus*, in quibus frater Ethnico apponitur, & hæreticus ab Ecclesia excommunicari nō potest, vt bene supradicti Authores adnotarunt.

23 Secunda ratio, eaq; admodum probabilis est, quod hoc præcepto teneamur corrigere solum ea peccata, quę contra ipsos corrigentes sunt commissa, & non omnia crimina indifferenter. Hanc explicationem *Bernardinus de Areualo in tract. fraternæ correctionis conclus. 2.* per totum conatur probare, primo ex textu ipso Euangelico, & proprio eius sensu litterali, qui esse debet, *Si peccauerit in te*, idest *contra te, si te læserit*; cum alioquin nimis improprie dictio illa, *In*, pro, *Coram*, accipiatur verba autem sacræ scripturæ in proprio, cum possit, sensu, prę sertim in prę ceptorū impositione, interpetrāda sunt. Secūdo ex communi

consensu antiquorum Doctorũ *Hieron. Chrisost. Hilarij, Ambrosij, Augustini, Bedæ, Rabani, Theophilacti, Basilij, Gregorij, Tostadi, Fabri, Armachani, S. Thomæ, Caietani, & Patrum Cõcilij Coloniensis*. Hæc sententia tanquam certa, & sensui literali omnino conformis docetur *a Maldonato in c. 18. Matth. num. 15. vers. In te. In te*, inquit, *Quidam hæreticorum interpretes exponunt, priuatim, & te solo sciente: tunc enim priuatim secreteque eum, qui peccauit, esse corrigendum. Nam eos, qui publicè peccauit, esse corrigendum. Nam eos, qui publicè peccant, publicè arguendos docet D. Paulus Deberent interpretationem aliquo exemplo probare, In te idem esse, atque priuatim. Potuissent dicere Hebraismũ esse qualem legimus* ibi, *tibi soli peccaui, idest, secretò, teque solo sciente, sed repugnat huic interpretationi D. Lucas. Si peccauerit*, inquit, *in te frater tuus, increpa illum: si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Loquitur ergo Christus non de eo, qui secretò, sed de eo, qui contra nos peccat. Repugnat & Petri interrogatio infrà, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei.* Eādē textus Euãgelici explanationem affert *Doctissimus Simãchas de Catholic. institur. tit. 19. num. 13. Barad. in cap. 18. Matth.* qui allegat Doctores ab *Areualo* allatos, & præterea *Chrisostomum in homil. 70. ad populum, & Augustinum serm. 6. de verbis Domini.* Tertio, ex approbatione Sacrorum Canonum. Quarto rationibus efficacissimis, atque vrgentissimis. Vnde cum peccatum hæresis nõ sit contra homines, sed solum contra Deum, sub hac Euangelici præcepto vniuersalitate, sub qua neque omnia, quæ non sunt contra Deum continentur, nõ comprehendi manifestum est.

24 Tertia ratio admodum conuincens est, quod præcepto correctionis corripiendi sunt solum ij, de qui-

quibus fructus, & emendatio speratur, prout de cõmuni sententia testantur cum *D. Thom* 2. 2. *qu.*33. *art.*6. *Suarez disp.* 8. *de caritate sect.*3. *num.* 2. *Castropalao de carit. disp.* 3. *tract.* 6. *punct.*5. *num.* 5. eamque cõditionem amplectuntur omnes Doctores *cum Soto membr.*2. *q* 2. *vers. secunda conclusio.* Et ratio clarissima est; quia cessante fine legis intrinseco, cessare lex debet; finis vero fraternæ correctionis est fratris emendatio, quare si spes emẽdationis abest, præceptum legis adesse nõ potest, ne sit de re otiosa. Quam quidem spem fructus licet satis sit in alijs criminibus esse probabilem, neq; omnino certam requiri; tamẽ in delictis, quę vergunt cõtra commune bonum, & publicam vtilitatem, non modo spem certam, sed etiam certissimam requiri, docent *Suarez loc. cit. sect.* 6. *nu.*6. *Castropalao loc. cit. punct* 13. *num.* 6. *Richard. dist.*18. *art.*3. *q.*1.

25 At inter delicta, quę cõmunem perniciem moliuntur, principem locum obtinet hęresis, vt per se patet, & omnes fatentur. Vnde *text. in cap. in nonnullis in fin. de Iud. & Sarrac.* ait: *Pro salute communi contra hostes cõmunes esse oportet communem omnibus vigilantiam, & sollicitudinem, Et in Authent. vt non luxurientur homines contra naturam* §. 11. *colum.*6. *Et quod contra Religionem Diuinam committitur in omnium fertur iniuriam.* verba sunt textus *in l. Manichæos C. de hæret. l.*2. *C. de Apost.* Et lõge grauius est Diuinam, quã temporalem lœdere maiestatem. *text. in cap. vergẽtis, de hæretic. & in Auth. modo citata.* Ob id crimen hęresis publicum, & non priuatum est, & eius accusatio, & denũciatio omnibus competit *cap præsumunt.*2. *q.*7. *lex Regia.*2. *tit.*26. *part.* 7. *Rojas singular.*5. *num.*15. & 16. Quare cum satis, superque probatum fuerit, de hæreticis nullam esse ha-

ben-

bendam spem fructus, ad hæreticos hoc præceptum extendi non potest, & consequenter Inquisitorum p̃ceptum Euangelico pręcepto non aduersatur.

CAPVT XIII.

Aliqua præmittuntur, vt suis proprijs rationibus Author ostendat, Hæreticorum casum sub Euangelica lege correctionis non comprehendi.

SVMMARIVM.

1 *AVthor aliqua præmittit ad probandum suis proprijs rationibus, hæreticorum casum sub Euangelica lege correctionis non comprehendi.*

2 *Argumentum a generalitate ad casus speciales continet innumerabiles fallacias.*

3 *Leges omnes, etiam Diuinæ, & naturales semper suscipiunt ciuiles intelligentias.*

4 *Lex in commune bonum introducta, si in casu aliquo particulari afferret nocumentum, ad eũ non est extendenda.*

5 *Varia exempla huius doctrinæ referuntur.*

6 *Legũ interpetrationes quãdoq; fiunt a viris doctis & sunt prudentiæ, atq; doctrinæ.*

7 *Quandoque a Iure Canonico, vel Ciuili.*

8 *Quandoq; a Summo Pontifice non solum declarando, sed etiam proprie dispensando.*

9 *Traduntur quattnor regulæ ad dignoscendum, an casus aliquis comprehendatur, vel non sub lege.*

10 *Proponitur argumentum, quo probatur hæreticos lege Diuina antiqua statim esse denunciandos.*

11 *Referuntur leges Diuinæ an-*

antiquæ, in quibus Hereticorum denunciatio præcipitur.

12 *Ex harum legum verbis Idololatras statim sine ulla correctione denunciãdos esse, probatur.*

13 *Has leges non solum Idololatras comprehendere, sed etiam ad Hæreticos extendi.*

14 *His legibus etiam hæreticos esse statim denũciãdos plurium Authoritate ostẽditur.*

15 *Iura loquẽtia de hæreticis comprehendunt etiam Apostatas a fide.*

16 *In lege pœnali non fit extẽsio de casu ad casum.*

17 *Leges inductæ ad bonum publicum licet secũdario aliquibus noceãt, fauorabiles dicẽdæ sũt.*

18 *Leges constituentes pęnam in fidei fauorem fauorabiles sunt reputandæ.*

19 *Lex hæc antiqua non derogatur per Euangelicã; quia lex posterior quãtumuis generalis nunquam abrogit casus speciales legis antiquæ.*

20 *Lex generalis, & noua distinguenda est per legem specialem antiquã.*

21 *Amplia, siue specialis præcedat generalem, siue sequatur.*

22 *Statutũ generale semper declaratur per speciale.*

23 *Præceptum de denuntiatione Idololatrarum in veteri lege latum non fuit ab Euangelica lege sublatum, a qua nõ fuerunt sublata præcepta moralia.*

24 *Hæreticos excludi debere a præcepto fraternæ correctionis tacita legum omnium interpetratione demonstratur.*

25 *Fauor generalissime de Iure natnræ, siue Diuino non comprehendit hæreticos.*

26 *Fili Hæreticorum excluduntur a successione parentum.*

27 *Filij Hæreticorum priuãtur alimentis, & dotę.*

28 *Filij Hæreticorum puniuntur ob hæresim parentum, licet pœna solũ persequatur criminis Autho-*

Authorem.

29 *In aliȷs criminibus r eis vita functis crimen cū pœna extinguitur, Hæretici etiam post mortē puniendi sunt.*

30 *Hæreticis omnes actus ciuiles, vt seruis interdicti sunt.*

31 *Leges vniuersæ excludūt hæreticos a generalissimis fauoribus, & ad pœnales dispositiones sēper trahunt.*

32 *Amplia, vt hoc procedat etiam si leges specialiter disponerent in odium alicuius criminis specialis.*

33 *Incidens in hæresim de facto priuatur omnibus priuilegiȷs, quę ante lapsum habebat.*

34 *Episcopi hęretici debent ab omnibus accusari, licet de aliȷs criminibus a nemine accusari debeant.*

35 *Fauor concessus alicui aufertur eidem, si aliquo modo cedit in fauorem hęretici.*

36 *Leges disponentes in odiū alicuius, disposuisse non intelliguntur si odium illud vertit in fauorem hęreticorum.*

1 COmmunia huc vsque argumēta retulimus, veniamus ad propria, quanto ab aliȷs minus cognita, tanto fortasse efficaciora. labori hoc potius præcipuo in hac materia, quam nostro ingenio tribuendum. Vt euincatur ꝓpositum, tria probāda propono; ita vt duo priora sint quædam prænotationes, quæ ad tertiȷ probationem viam patefaciant. Primum, quod hoc argumentandi genus a legis generalitate ad casum specialem sit nimis friuolum, fallax, & inane. Secundum, quod a legibus etiam Diuinis, & naturalibus, quantumcumque generaliter disponentibus, si non multoties ex Epicheia, & prudentiæ regula plures casus excipiantur, leges ipsas per multum iniustitiæ, atque iniquitatis continere necesse sit. Tertiū

tio demum ex multis capitibus ostendemus, quod ab hoc Euangelico præcepto Hæretici sunt omnino excludendi.

2 Quoad primum satis est affere *Euerardi* authoritatem, qui *in loco a generalitate prope finem* docet, hoc argumentandi genus a generalitate ad speciem continere prope innumerabiles fallacias. Quam igitur vim habere potest aduersariorum argumentũ: Christus Dominus præcipit generaliter delinquentes esse corripiendos, ergo hoc etiã docet de hæreticis?

3 Quo ad secundum dico; quod leges omnes non solum humanæ, sed etiam naturales, & Diuinæ nunquam ita generaliter, & absolute intelligi debent, quin interpetrationes, conditiones, & ciuiles intelligentias suscipiant, prout æquitas, rectaque ratio suadet. *Sic S. Thom.* 1.2.*q.*96.*art.*6.*&* 2.2. *q.*12.*art.* 1. & ibidem *Caietan.S.Anton part.*1.*tit.*17.*ca. vnico* §.5. *Ioãnes Driedo lib.* 1. *de libertate Christiana ca.* 12.*proposit.*3. *Alphõsus a Castro lib.*1.*de potest. leg.pœnalis cap.*5.*docum.*5.*Sotus lib.*1. *de iust.& Iur.q.*6.*art.*7.*Barth.Medina in* 1.2.*q.*96.*art.*6. *& Gregorius de Valent.tom.* 2. *disput.* 7.*q.*5.*punct.*9. pro vt eos refert, & sequitur *Sayrus in Claui Regia lib.*3. *cap.*10. *dub.* 1. vbi ait, *ita communiter docere Doctores de virtute Epicheias disserẽtes.* quibus adde *Bonac. de legibus tom.*2.*disput.*1.*quæst.* 1.*puncto* 8.*proposit.*2.*num.*8. qui citat *Suarez lib.* 6. *cap.* 5.*num.* 11. *& cap.* 6.*num.*4. & testatur de communi.

4 Ratio vero, quæ pluri mũ ad rem nostram facit, ea est; cum lex ad communem hominum salutem ordinata sit, & ea solũ ratione obliget, qua bonum cõmune respicit, si in casu aliquo particulari contingat legis obseruationem communi saluti, & bono damnum, & nocumentum afferre, impune, & absque peccato præter verba legis subdito agere licebit. Vt enim

Iuris consultus Iulianus ait *in l. neque leges, & in l. non possunt. & in l. nulla ff. de legibus. Nulla ratio Iuris, aut æquitatis benignitas patitur, vt quę salubriter pro salute hominum introducuntur; ea nos duriori interpetratione cõtra ipsorum commodum perducamus ad seueritatem.* Hinc *in l. nõ dubium C. de legibus* dicitur: *Nõ dubium est in legem committere, qui verba legis amplectẽs, cõtra legis nititur volũtatem.* Etenim, vt recte docet *S. Hilarius lib. 4. de Trinitate*, cuius verba refert *S. Thom. 1. 2. qu. 96. ar. 6 Intelligentia dictorum ex causis est assumẽda dicẽdi, quia nõ sermoni res, sed rei debet esse sermo subiectus.*

5 Exornemus hanc doctrinam varijs exemplis in lege naturali, & diuina. Primo ergo, maritus lege Diuina, & naturali tenetur reddere debitum coniugale vxori petenti; si maritus tamen infirmatur, non tenetur, vt ait Sayrus tenere omnes Theologos; quia magis tenetur ad propriæ personæ conseruationem, quam ad debitum reddẽdum. Secundo, qui votum de suscipiendo monacatu emisit, lege Diuina, & naturali adeo tenetur ad reddendum, vt propter solam moram redditionis nonnũquam peccare dicatur. Si tamen post emissum votũ eueniat grauis patris indigentia ad victus substentationem, cui filius succurrere potest, non solum licebit illi, imo tenebitur ex *S. Thom. 2. 2. q. 189. ar. 6. Alphõso de Castro lib. 1. de potest. leg. pœnalis cap. 5. docum. 5.* & alijs, non intrare in religionem, quousq; patris indigentiæ satisfecerit; & si aliter religionem intraret, peccaret, vt notatur *in cap. si qui filij, dist. 30.* Idem etiã docetur in adimpletione iuramenti, quæ sicut est tã religiosa, & debita; ita cum vergit in dãnum reipublicæ impia, & sacrilega esset. Idem in redditione depositi, cum illud reddi petit furiosus, & in pluribus alijs exem-

exemplis, quæ *apud Sayrum* dubio proxime citato videre licet.

6 Hæ vero legum interpretationes, atque explicationes generaliter disponētium, vt ad aliquos casus non extendantur, quandoque fiunt a viris doctis, & sunt prudentiæ, atq; doctrinæ, vt bene notauit *Sāchez de matrim. lib.* 8. *disp.* 6. *nu.* 5.

7 Quandoq; per Ius nō modo Canonicum, sed etiā Ciuile, vt docet *Panormitanus in cap. fi. de cōsuetud. n.* 2. Nam regulam illam Diuini iuris, *In ore duorum, vel trium testium stet omne verbum*, ait reperiri limitatam per ius ciuile, & canonicū, quia in multis casibus requiruntur plures testes, & in aliquibus pauciores, vt 2. *q.* 4. *c.* 1. *& in l. sancimus C. de testibus.* Item illud præceptum generale, *Nō occides*, reperiri ait multis modis limitatum, nam etiam in multis casibus licet hominem occidere, qui non sunt expresse prohibiti in iure diuino, facit *cap. perbumani de homicid. lib.* 6. *& C. quando licet sine Iud. sent. vind. l.* 1. *&* 2. cum alijs similibus. Et optimam rationem assignat. Nam presumitur hoc voluisse ipsum Deum, vt aliqui casus a generali lege excluderentur, cum noluerit omnes casus distinguere, sed dederit tātum regulas generales.

8 Hoc ipsum etiam fit a Summo Pontifice non solū declarando, sed etiam proprie dispēsando in Iure naturali, & Diuino, non in vniuersum ius illud, in quo dispensat abrogando, sed eius obligationem vere tollēdo, per veram dispensationem in casu aliquo speciali ex casu vrgenti; quam sententiam de vera dispensatione probabiliorem putat *Sanchez l. cit. num.* 5. pro qua in fine citat quamplures Iuristas, Canonistas, & Theologos, de quo late dixi *lib.* 1. *de polyg. q.* 11. *c.* 2. *a n.* 28.

Ex quibus patet, & manifestissime apparet, quam leui, & fragili fundamento sententiæ contrariæ pro-

Ooo 2 ba-

Iuris consultus Iulianus ait *in l. neque leges, & in l. non possunt. & in l. nulla ff. de legibus* *Nulla ratio Iuris, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro salute hominum introducuntur; ea nos duriori interpetratione cōtra ipsorum commodum perducamus ad seueritatem.* Hinc *in l. nō dubium C. de legibus* dicitur: *Nō dubium est in legem committere, qui verba legis amplectēs, cōtra legis nititur volūtatem.* Etenim, vt recte docet *S. Hilarius lib. 4. de Trinitate*, cuius verba refert *S. Thom. 1. 2. q. 96. ar. 6.* *Intelligentia dictorum ex causis est assumēda dicēdi, quia nō sermoni res, sed rei debet esse sermo subiectus.*

5. Exornemus hanc doctrinam varijs exemplis in lege naturali, & diuina. Primo ergo, maritus lege Diuina, & naturali tenetur reddere debitum coniugale vxori petenti; si maritus tamen infirmatur, non tenetur, vt ait Sayrus tenere omnes Theologos; quia magis tenetur ad propriæ personæ conseruationem, quam ad debitum reddēdum. Secundo, qui votum de suscipiendo monacatu emisit, lege Diuina, & naturali adeo tenetur ad reddendum, vt propter solam moram redditionis nonnūquam peccare dicatur. Si tamen post emissum votū eueniat grauis patris indigentia ad victus subsistentationem, cui filius succurrere potest, non solum licebit illi, imo tenebitur ex *S. Thom. 2. 2. q. 189. ar. 6. Alphōso de Castro lib. 1. de potest. leg. pœnalis cap. 5. docum. 5.* & alijs, non intrare in religionem, quousq; patris indigentiæ satisfecerit, & si aliter religionem intraret, peccaret, vt notatur *in cap. si quis filij, dist. 30.* Idem etiā docetur in adimpletione iuramenti, quæ sicut est tā religiosa, & debita; ita cum vergit in dānum reipublicæ impia, & sacrilega esset. Idem in redditione depositi, cum illud reddi petit furiosus, & in pluribus alijs exem-

exemplis, quæ *apud Sayrum* dubio proxime citato videre licet.

6 Hæ vero legum interpetrationes, atque explicationes generaliter disponẽtium, vt ad aliquos casus non extendantur, quandoque fiunt a viris doctis, & sunt prudentiæ, atq; doctrinæ, vt bene notauit *Sãchez de matrim. lib. 8. disp. 6. nu. 5.*

7 Quandoq; per Ius nõ modo Canonicum, sed etiã Ciuile, vt docet *Panormitanus in cap. fi. de cõsuetud. n. 2.* Nam regulam illam Diuini iuris, *In ore duorum, vel trium testium stet omne verbum*, ait reperiri limitatam per ius ciuile, & canonicũ, quia in multis casibus requiruntur plures testes, & in aliquibus pauciores, vt. *2. q. 4. c. 1. & in l. sancimus C. de testibus.* Item illud præceptum generale, *Nõ occides*, reperiri ait multis modis limitatum, nam etiam in multis casibus licet hominem occidere, qui non sunt expresse prohibiti in iure diuino, facit *cap. perbumani de homicid. lib. 6. & C. quando licet sine Iud. sent. vind. l. 1. & 2.* cum alijs similibus. Et optimam rationem assignat. Nam præsumitur hoc voluisse ipsum Deum, vt aliqui casus a generali lege excluderentur, cum noluerit omnes casus distinguere, sed dederit tãtum regulas generales.

8 Hoc ipsum etiam fit a Summo Pontifice non solũ declarando, sed etiam proprie dispẽsando in Iure naturali, & Diuino, non in vniuersum ius illud, in quo dispensat abrogando, sed eius obligationem vere tollẽdo, per veram dispensationem in casu aliquo speciali ex casu vrgenti; quam sententiam de vera dispensatione probabiliorem putat *Sanchez l. cit. num. 5.* pro qua in fine citat quamplures Iuristas, Canonistas, & Theologos, de quo late dixi *lib. 1. de polyg. q. 11. c. 2. a n. 28.*

Ex quibus patet, & manifestissime apparet, quam leui, & fragili fundamento sententiæ contrariæ pro-

batio nitatur, quæ principaliter, & forte in totum super generalitate præcepti Euangelici fundatur, & innititur. Nam ad hoc, vt aduersarij aliquali authoritatis robore suam assertionem confirmarent, deberent vltra generalitatem præcepti, alias saltem coniecturas afferre, quibus ostẽderent sub ea generalitate voluisse Christũ Dom: etiam hæreticos comprehendere. quæ quia nullatenus adsunt, imo innumeræ de contraria Christi mente solidissimæ rationes docẽt; idcirco oportet, vt eius sẽtentia probatione maneat destituta.

9 Vt autem palam fiat quot, & quales adsint in contrarium rationes, sciẽdum est, quod Doctores docent ex multis capitibus posse dignosci, an aliquis casus comprehendatur sub lege generaliter disponente, vel non comprehendatur, licet verba legis ad eũ casum extendi videantur, quæ recenset *Bonacina de legibus tom. 2. disp. 1 quæst. 1. punct. vlt. §. 2. proposit. 2. a n.* 9. Aliqua ex ipso, & alijs, q̃ ad rem nostram faciunt, pponemus. Primũ est quãdo casus alias comprehensus fuit sub lege, & modo dubitatur, an nũc comprehendatur, iudicandum est adhuc comprehendi, quia possessio stat pro lege, & consequẽter lex seruanda est, citat quamplures. Secundum est; quod quando verba ex generalitate loqnendi sunt dubia, an cõprehendant, vel non aliquẽ casum, tunc faciẽda est interpetratio per alias leges. ita *Siluester in summa, in verb. lex. §. 16.* Tertium est; quando casus aliquis non iudicatur à legislatore intentus. Quarto; quando ex comprehensiua illius casus sequerentur absurda. & casus esset bono communi perniciosus, iudicandum est non comprehendi. Iam vero ex his capitibus ostẽdamus manifestissime, hæ-

re-

reticorum casum sub hac generalitate correctionis minime concludi.

CAPVT XIV.

Hæreticos nulla præmissa correctione esse denunciandos ostéditur certo, & expresse præceptũ fuisse lege Diuina antiqua; ac proinde cum dubitatur an hic casus in lege gratiæ comprehẽdatur, decidendum esse non comprehendi.

10 SIc arguo. Per legem Diuinam antiquam, seu Mosaicam latum fuit præceptum, vt non solum Idololatræ, sed etiam hęretici nulla preuia correctione suis Iudicibus denũciarentur: sed hoc pręceptũ per legem nouam, seu Euãgelicã nullo pacto fuit abrogatum, aut saltem abrogatũ ne sit inter Authores dubitatur, ergo seruandum est omnino pręceptum legis antiquę, pro qua stat possessio indubitata, vt hæretici statim deferãtur. Cõsequentia satis patet. Antecedens vt probetur aliqua sunt pręmittenda.

Tres propositiones in antecedẽte cõplicãtur. Primo q; in lege veteri expresse p̃cipitur, vt Idololatrę absque correctione pręcedenti denunciarẽtur. Secunda, quod hoc pręceptum comprehendit hæreticos. Tertia, quod hoc pręceptum legis antiquę non fuit per legem Gratię abrogatum, aut quod sit nec nè abrogatum (satis id nobis est) inter Authores dubitatur. Ad eas probandas leges ipsæ antiquę pręponendę sunt.

11 *Deuteron.cap.13.vers.6.* sic pręcipitur. *Si tibi persuadere voluerit frater tuus, vel filius, vel vxor, vel amicus clam dicēs eamus, & seruiamus Dijs alienis non acquiescas ei, nec audias, aut* par-

batio nitatur, quæ principaliter, & forte in totum super generalitate præcepti Euangelici fundatur, & innititur. Nam ad hoc, vt aduersarij aliquali authoritatis robore suam assertionem confirmarent, deberent vltra generalitatem præcepti, alias saltem coniecturas afferre, quibus ostēderent sub ea generalitate voluisse Christū Dom: etiam hæreticos comprehendere. quæ quia nullatenus ad sunt, imo innumeræ de contraria Christi mente solidissimæ rationes docēt; idcirco oportet, vt eius sētentia probatione maneat destituta.

9 Vt autem palam fiat quot, & quales adsint in contrarium rationes, sciēdum est, quod Doctores docent ex multis capitibus posse dignosci, an aliquis casus comprehendatur sub lege generaliter disponente, vel non comprehendatur, licet verba legis ad eū casum extendi videantur, quæ recenset *Bonacina de legibus tom. 2. disp. 1 quæst. 1. punct. vlt. §. 2. proposit. 2. a n. 9.* Aliqua ex ipso, & alijs, q̄ ad rem nostram faciunt, ponemus. Primū est quādo casus alias comprehensus fuit sub lege, & modo dubitatur, an nūc comprehendatur, iudicandum est adhuc comprehendi, quia possessio stat pro lege, & consequēter lex seruanda est, citat quamplures. Secundum est; quod quando verba ex generalitate loquendi sunt dubia, an cōprehendant, vel non aliquē casum, tunc faciēda est interpetratio per alias leges. ita *Siluester in summa, in verb. lex. §. 16.* Tertium est; quando casus aliquis non iudicatur à legislatore intentus. Quarto; quando ex comprehensiua illius casus sequerentur absurda, & casus esset bono communi perniciosus, iudicandum est non comprehendi. Iam vero ex his capitibus ostēdamus manifestissime, hære-

reticorum casum sub hac generalitate correctionis minime concludi.

CAPVT XIV.

Hæreticos nulla præmissa correctione esse denunciandos ostẽditur certo, & expresse præceptũ fuisse lege Diuina antiqua; ac proinde cum dubitatur an hic casus in lege gratiæ comprehẽdatur, decidendum esse non comprehendi.

10 SIc arguo. Per legem Diuinam antiquam, seu Mosaicam latum fuit præceptum, vt non solum Idololatræ, sed etiam hęretici nulla preuia correctione suis Iudicibus denũciarentur: sed hoc pręceptũ per legem nouam, seu Euãgelicã nullo pacto fuit abrogatum, aut saltem abrogatũ ne sit inter Authores dubitatur, ergo seruandum est omnino pręceptum legis antiquę, pro qua stat possessio indubitata, vt hæretici statim deferãtur. Cõsequentia satis patet. Antecedens vt probetur aliqua sunt pręmittenda.

Tres propositiones in antecedẽte cõplicãtur. Primo q; in lege veteri expresse p̃cipitur, vt Idololatrę absque correctione pręcedenti denunciarẽtur. Secunda, quod hoc pręceptum comprehendit hæreticos. Tertia, quod hoc pręceptum legis antiquę non fuit per legem Gratię abrogatum, aut quod sit nec nè abrogatum (satis id nobis est) inter Authores dubitatur. Ad eas probandas leges ipsæ antiquę pręponendę sunt.

11 *Deuteron. cap. 13. vers. 6.* sic pręcipitur. *Si tibi persuadere voluerit frater tuus, vel filius, vel vxor, vel amicus clam dicẽs eamus, & seruiamus Dijs alienis non acquiescas ei, nec audias, aut par-*

parcat ei oculos tuus, vt miserearis, & occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum, & postea omnis populus mittat manum. Sensus autem horum verborum est, vt communiter explicatur, & assertur *a Sanctarello de hęresi cap. 9. dubio vnico nu. 1.* Eum, qui ad Idola colenda alterum sollicitat, esse statim denũciandum, vt a Iudicibus condemnetur, & sequta condemnatione, tum ipse accusator primus, deinde populus in reum Idololatram lapidẽ conijciat. Idem statuitur in *Deuteron. cap. 7. in princip.* vbi dicitur: *Cum reperti fuerint apud te vir, aut mulier, quæ seruiant Dijs alienis,* & *hoc tibi fuerit denunciatum audiensque inquisieris diligenter, & verũ esse repereris, lapidibus obruetur* sensum horum verborum eumdem esse cum præcedenti docent Authores.

Ex quarum legum tenore verbis, ac sensu multipliciter ostenditur præceptum fuisse, vt Idololatrę statim nulla corectione deferrentur.

12 Primo, quia hę leges respiciunt ad vindictã Idololatrię commissæ, non ad emendationem delinquẽtium Idololatrarum, vt per se patet, & ea verba satis declarãt: Non parcat oculus tuus; vt miserearis: Ergo sicut per aduersarios tantum in casu emendationis pręceptum Euangelicum hęreticos comprehendit, in quantum respicit reorũ emendationem, non vindictam; ita cõtra, quia præceptum hoc legis antiquæ tẽdit solum ad vindictam, nulla præuia correctione caritatiua iniungit Idololatrarum denunciationem. Secundo; quia his legibus a Domino expresse requiritur ante denunciationem solum diligens veritatis indagatio, ne per pręcipitationem denunciationis innocens pro nocente puniretur: Audiensque inquisieris diligenter, & verum esse repereris: ergo si etiam Domi-

minus prerequisiuisset emẽdationis inquisitionem, vtique illam expresse præcepisset; ex vulgata Iuris regula; Quod voluit expressit, ergo quod non expressit noluit. Tertio probatur euidentissime ex dictione illa, *statim interficies*; tum quia dictio, statim, omnem temporis dilationem magnam vero in ordine correctionis prudenter seruando temporis morã esse insumendam, ostensum est supra *sect.* 3. *cap.* 8) penitus tollit, vt innumeris oſtẽdit *Barbosa. tractatus varij in dictione, statim* Tum etiam quia explicatio, & vsus huius dictionis talis est, vt etiã apud authores contrariæ opinionis significet omissionem fraternæ correctionis. Quarto, & vltimo id certissimum redditur, quia nemo vnquam dicere ausus est, quod stante hac lege Deuteronomij Idololatræ debuissent, si spes emẽdationis adfuisset, prius admoneri, quam denunciari.

13 Secunda propositio, quod his legibus non solũ de Idololatris, sed etiam de hæreticis dispositum fuerit non minus clara, & certa redditur. Sciendum est, etiam in lege veteri mosaica hæteticos fuisse, ita *Castro-palao part.* 1. *opor. meral. trac.* 4. *de infidelitate disp.* 2. *pũct.* 1. *nu.* 9. *vers. ad tertiam dico diuisionẽ. Paramus de origin. Inquisit. lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2. *a num.* 22. vbi affirmant hæreses fuisse tempore tum legis naturę in qua ipse Adam primus hæreticorum constituitur, tum legis mosaycæ, & plures Iudæorum hæreses recenset. Ratio est; quia cum hæresis tunc cõmittitur, cum aliqua Diuina veritas reuelata admittitur, aliqua negatur; vtique ille, qui in lege Diuina siue naturali, siue mosaica, ea quę Diuinitus reuelata fuerant exparte credebat, ex parte discredebat, hęreticus proprijssime censendus, ac diendus erat.

Quibus prehabitis propositio hęc probatur, Primo

mo authoritate plurium, & grauissimorum Doctorum id ipsum asserentium. *Simanchas de Catholic. instit. tit. 19. num. 5.* ait *Nec quisquam putet has leges de Apostatis dumtaxat, & Idololatris loqui, nam Diui Hieronymus, & Augustinus hæreses aiunt esse idola, & Vincentius Lirinensis aliena ab Ecclesia dogmata Deos alienos esse scribit. vt sub titulo de idololatria scribam.* Hæc Simanchas. Idem affirmat *Suarez de fide disput. 20. sect. 4. num. 7. In peccato hæresis,* inquit, *propter suam specialẽ rationem nõ solum est licita, sed etiam præcepta denũtiatio delinquentis, etiamsi solus denuncians peccatum agnouit.* Deinde subdit. *Probatur primo ex Deuteron. 13. ibi: Ne parcat oculus tuus, vt miserearis. & occultes eũ. Vbi est sermo de fratre infideli, qui sollicitat alterum fratrem ad colenda Idola, & præcipit Deus statim deferre illum, sine vlla misericordia titulo occultandi, vel non infamandi illum. Ex qua lege, vt supra tetigi, optimum argumentum sumitur ad hæreticum. Nam hæresis Idololatriæ comparatur ab Hieronymo Ezech. 18. & Oseæ 10. & alijs locis: & reuera neq; hæresis est minus graue peccatum. neque minus nociuum fidelibus. Vnde lex illa inter morales computãda est; quia non fundatur in aliqua ceremonia, vel institutione positiua, sed in ratione naturali, & ideo etiam in præsenti tẽpore locum habet.* hæc ille. *Expresse Martinus del Rio disquisit. Magicarum sect. 4. nu. 6. Si hæreticus est dogmatizans,* ait, *protinus debet Iudicibus deferri, vt cautum lege diuina deuteronomij 13. & 17. Isti enim sunt mali homines, & seductores, & proficient in peius errantes, & in errorem mittentes 2. Timoth. 3. vers. 3.* Sic ait. & ne putaret aliquis eum loqui solum de hæreticis Dogmatistis, subdit. *Et hoc verum de omnibus, quos constat ex malitia errare; nam hi solent esse pertinaces, huiusmodi hæreticos tenetur quis sub mortali*

tali deferre. Idem asseuerãter docetur *a Sanctarello de hæresi. cap. 9. dub. vnico, nu. 2.*

15 Secũdo probatur validissima ratione. Iura loquentia de hæreticis comprehendunt etiam Apostatas a fide, nisi in specie aliter fuerit decisum ita *Sanctarellus de hæresi cap. 2. dub. vnico num. 2.* vbi citat *Simanchas de Catholic. institut. tit. 17. in fine.* Et tamen proprie loquendo Apostata non est hæreticus ex eodem *Simanchas tit. 7. num. 5. ex Cano disput. lib. 12. de locis Theologicis cap. 9. &* probat *Paulus Ghirlandus in tractatu de hæresi quæst. 2 n. 6.* Ergo contra Iura disponẽtia de Apostatis, seu Idololatris multo magis comprehẽdunt hæreticos, quia vt ostendimus Idola sunt hæreses.

16 Neque obstat, quod in lege pœnali non sit extẽsio de casu ad casum ex argumento a simili, seu a paritate rationis, seu ab identitate, aut a fortiori, aut à maiori ad minus, aut a cõtrario sensu ex *Bonacina tom. 2. de legibus disput. 1. q. 1. punct. 8. proposit. 4. num. 23. vers. respondeo negatiue in fine*; vnde cum hæ leges disponant in pœnam Idololatrarum, non sunt ad hæreticorum pœnam extendendæ. Non, inquam, obstat; nam hæ leges nullo pacto sunt pænales, licet de pœna disponãt. Non enim ex pœnę constitutione pęnales dicendæ sunt absolutè leges.

17 Nam primo, leges, quæ inductæ sunt in aliorũ exemplum, & quæ primario bono publico prosunt, licet secundario aliquibus noceant, fauorabiles dicẽdæ sunt, ex eodem *Bonac. loc cit. proposit. 3. nu. 13.* Ex primario enim fine iudicãda est dispositio, vt *cũ glossa, & Saliceto,* & alijs ait *Bonacina* docere *Sãchez de matrim. lib. 1. disp. 1. nu. 4.* Secũdo, quia leges ordinantes pœnam in fidei, ac Religionis fauorem, quo non est potior, & maior, absolute fauorabiles reputãdæ sunt.

Ppp Nam

Nam quando lex ex vna parte est pęnalis, & odiosa, ex alia vero maxime fauorabilis, & magni momenti, potius est explicanda tanquam fauorabilis, quam tanquam odiosa. *Bonac. loc. cit. num. 12. Suarez lib. 6. de legibus sect. 4. nu. 10. cũ aliȷs.*

19 Remanet probanda tertia propositio: quod scilicet lex hęc antiqua non est per legem Euãgelicam derogata. Hoc pacto probatur. Lex illa prior, & specialis est, quia disponit in specie, & expresse de Idololatris; lex vero Euangelica posterior est, & generaliter præcipiens fraternam correctionem, non exprimendo specialiter personas, aut delicta, quæ corrigi debẽt lex autẽ posterior quantumuis generalis nunquam corrigit casus speciales legis antiquę: ita docẽt ex *Canonistis, & Theologis Pater de Peirinis tom. 1. de subdito quæst. 4. cap. 8. fol. mihi 214. col. 2. in princip.* quod ait dicere *glossam 5. in l. 3. C. de silentiariȷs, lib. 13. Felin. in cap sicut Romana num 3. & 10. de rescriptis. Cassador. decis. 6. num. 11. super regul. Anton. Gulr. in tit. de legibus conclus. 1. nu. 1. & per totam Mandos. in reg. 11. q. 13. nu. 3. Puteus decis. 195. num. 1. quæst. 40. num. 2. fin. Gonzal. ad regulam 8. Cancellar. §. 7. præmial. nu. 75.*

20 Idem cum Theologis, & Canonistis docent cõcorditer Iurisperiti, Aiũt enim semper legem generalem, & nouam distinguẽdam esse per legem antiquã specialem: *ex l omnes populi vbi Bart. nu. 36. vers. circa tertium ff. de iust. & Iure Romanus consil. 57. num. 3. Tiraquellus de retractu §. 1. glossa 2. Viuius opin. 280. lib. 1. Pedamont. decis. 167. num. 17. & 18. Bertaz. cons. 174. n. 1. lib. 1. criminal.* quos sequitur *Mastrilli decis. 216. num. 51.* & testatur de cõmuni. *Alberic. in tract statut. par. 1. q. 20, Bero. cons. 137. num. 13. lib. 2.*

21 Ratio est; quia dispositio veluti tendens ad speciem vti potior, & fortior sem-

per excluditur a generali, & hoc siue specialis præcedat generalem, siue eam sequatur, semper eius generalitati derogat *Dec. in l. toto ff. de reg. Iuris.* & hoc procedit siue in rescriptis, siue in legibus, siue in statutis, quia semper species derogat generi *ca. 1. de rescriptis, Ruin. cons. 135. nu. 7. lib. 3. Roland. cons. 5. nu. 27. 28. & 29. lib. 4.*

22 Ideo dixit *Socin. Iunior*, quod statutum generale non procedit in casu, in quo fuit specialiter prouisum. Quando enim reperiuntur duo statuta super eadem materia disponētia, & vnum est magis generale, aliud vero speciale, declaratur per speciale, atque distinguitur, & speciale habet locum in suo casu speciali, & generale in suis casibus seruatur, siue præcedat, siue subsequatur *Honded. cons. 19. nu. 16. & 19. lib. 2. Bertaz. cons. 192. nu. 4. vbi* de communi *lib. 1. criminalium.*

23 Quod magis, magisque cōfirmatur. Nam præceptum de denunciatione Idololatrarum, & Hæreticorum latum in lege antiqua morale est, vt docuimus supra ex Suarez; præcepta vero veteris legis moralia nōn fuerunt ab Euāgelica nec abrogata, nec mutata, idem *Suarez* ibidē *Salmeron tom. 4. in Euangel. part. 3. tract. 9. fol. mihi 468. colum. 2. vers. tertio cū Christus.* Imo vero alleganda esse in decisionibus causarū tradunt Iurisperit: *Marant. in specul. part. 3. fol. 17. num. 13. lex Mosayca* ait, *quo ad præcepta moralia non est mutata, sed seruatur, & allegatur in decisionibus caussarum* Et in terminis, quod hæc lex antiqua debeat adhuc seruari docent *Simanchas catholic. instit. tit. 19. num. 5. Hæ leges antiquæ*, ait, *quo ad denunciationem Iudici faciendam attinet, in Republica Christiana proculdubio seruandæ, sunt; Rojas singul. 5. nu. 4.* allegans supradictas Deuteron. & illam *leuitici cap. 5. si peccauerit anima, &*

quis audiuerit vocem iurantis testisque fuerit, quod ipse vidit, aut conscius est nisi indicauerit portabit iniquitatẽ suam ait, quod *hoc præceptũ de denunciatione debet manere in noua lege quia morale est, tanquã de Iure naturę.*

Ex supradictis sic arguo. Constat ex prima propositione latum esse præceptũ expressum in lege Mosayca vt Idololatræ nulla p̃cedente monitione denunciarentur. Constat ex secũda propositione hoc præcepto etiam Hæreticos fuisse comprehensos. Constat ex tertia hoc præceptũ antiquam per legem nouã Euangelicam, non fuisse, abgatum, aut immutatum; ergo euidentissime etiam constat virtute illius præcepti Diuini antiqui Hæreticos huius temporis esse statim denunciandos. Sed ego nolo facti euidentiam, nolo maiorem, probabilitatem, sed dubio rigoroso, & stricto sum contentus. Constat ex dictis, quod in lege antiqua præcipiebatur, vt etiam Hæretici statim denunciarentur; sed tamen rationabiliter dubitatur, an per legem Euangelicam de correctione fuerit hoc præceptum immutatum, ergo absolute dici debet immutatum nequaquam fuisse, cum in dubio stet possessio pro lege antiqua ex doctrina aurea Bonacinæ supra citata; quod quando casus alias comprehensus fuit sub lege, & modo dubitatur, an nunc comprehendatur, iudicandum est ad huc comprehẽdi, quia possessio stat pro lege, & cõsequenter lex seruanda est.

CAPVT XV.

Hæreticos excludi debere a præcepto fraternæ correctionis ex tacita omniũ legum interpetratione probatur.

24 SEcundum caput eliciendi verum sensũ ali-

alicuius legis dubiæ est recursus ad alias leges. Nulla enim ratione lex aliqua dubia ita interpetranda est, vt ab alijs legibus discrepare videatur, si cum illis possit rationabiliter concordari. Expedit enim Iura Iuribus concordare: & eorum correctiones (si sustineri valeant) euitari *cap. cum expediat, de electione in 6.* legũ enim *correctio ab ipsis legibus odiosissima reputatur. Ex quo validissimum formatur pro nostra conclusione argumentum. Si hæc lex Euangelica ita interpetraretur, vt sub hac amplitudine tam fauorabili fraternæ correctionis etiam hæreticos complecteretur, ea a cœteris omnibus legibus Diuinis, naturalibus, Canonicis, Ciuilibus ita discreparet, vt alterutrum necesse esset affirmare, aut leges omnes hāc legem Euangelicam oppugnare, aut ab hac sola lege omnes alias leges de hæreticis disponentes perturbari, imo funditus euerti, & abrogari. Nam ex vna parte lex Euangelica cedit in maximum fauorem delinquentium, tendit ad emendationem, non ad vindictā: Ex altera vero parte omnia Iura, leges, sanctiones, statuta ad hæreticorũ ruinam, perniciem, euersionē vnanimi conspiratione obarmantur: ad eorum fauorem, neque illum minimũ nulla earum vuquam inclinat: quidquid odiosum, ac exitiale est contra ipsos vbertim decernũt, ex quauis ampliatione ad ipsos extendunt, in ipsis augent, & amplificant, quod in alijs delinquentibus placidum, ac temperatum existit: Si quid deficiat, quominus pœna ad ipsos valeat peruenire, Iuris fictione supplent Si quid vero fauorabile generatim decernunt, non modo ad ipsos nou extendunt sed extensum, aut concessum ipso Iure aufferunt, ac tollunt. Apparebit manifestissima repugnantia ex aliquarum propositionũ probatione.

Sit

25 Sit ergo prima propositio. Fauor concessus de Iure siue naturę, siue Diuino, siue Canonico, siue Ciuili generalissime omnibus in vniuersum personis nũquam comprehendit, imo semper excludit hęreticos. Probatur ex multis.

26 Primo; Successio filiorum in bonis parentum est naturę vniuersalissimũ beneficium, vt probat *Paulus Ghirlandus de hæreticis quæst.* 4. *ex l. cum ratio ff. de bonis damnatorum, in Auth. vt cum, de ap.cog. §. aliud quoque capitulum,&* ex alijs legibus. ita vt. D. Paulus a filiatione ad Iura hęreditaria argumentetur: *Si filius, ergo, & hæres.* Et tamen veritas est, quod ipsi filij hęreticorum adeo in habiles, & incapaces sint, vt illis etiã in vno denario succedere non possint; Imo debent in miseria semper, & egestate sordescere, sicut filij reorũ criminis lœsę Maiestatis, adeo quod nihil aliud eis relinquẽdum sit, nisi sola vita, quę ex misericordia conceditur, & tales esse debent in hoc mundo, quibus vita sit supplicium, & mors solatium. de quibus videndus est textus in *cap. vergentis, & l. quisquis C. ad. Iuliam maiestatem.*

27 Secundo; nihil est magis naturale, atque vniuersale, quam vt filij bonis parentum educentur, ac sustentententur, filię honeste dotentur, & tamen hoc tã amplum beneficium non adeo extenditur, vt ad hęreticorũ filios porrigatur, Eos enim leges vniuersę legitima, alimentis, dote penitus priuant. quod si aliquando Inquisitores filijs impuberibus hęreticorum alimenta, aut dotes subministrant, hoc nõ ex iustitia, sed ex commiseratione peragunt. Abunde *Sanctarellus de hæresi cap.* 36. *dub.* 1. *num.* 4. *vbi num.* 9. docet hoc dispositum fuisse tam de Iure Canonico, ex *cap. vergentis, de hæreticis*, quã de Iure Authenticorum ab ipso citatorum.

28 Tertio regula illa tã

vni-

vniuerſalis, & communis eſt in omnibus legibus, & præſertim *in l. Sancius C. de pœnis, & ff eodem tit. l. ſi pœna, & l. crimen, & ff. ad Silanianum l. fin.* vbi dicitur: *Quod pœna debet perſequi criminis authores, & non ſe extendere vlterius ad filios.* vt enim ait *Simanchas de Catholic. inſtitut. tit. 29. num. 1. Acerbiſſimum. quidem videri poſſet, atque in iuſtiſſimũ punire innocentem hominem propter parentis.* Procedit etiam de Iure Diuino. Nam *Ezechiel.* 18. dicitur: *Non portabit filius iniquitatem patris, ſed anima, quæ peccauerit ipſa morietur. Hierem. 31. Non dicent vltra: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt, ſed vnuſquiſque in iniquitate ſua morietur.* Et tamen ab hac generaliſſima legum omnium æquitate, fauore, imo iuſtitia hæreticorum filij repelluntur, qui iuſtiſſime puniri debẽt pro hæreſi parentum infamia, exilio, & alijs ſimilibus pœnis, *Simanchas vbi* ſupra *nu. 7. cap. 2. §. hæretici, de hæreticis, & in cap. vergentis eodem tit.* Quod igitur in alijs eſſet ſœuitia, in hæreticorum filijs eſt iuſtitia.

29 Quarto vulgatiſſima regula eſt, quod in alijs criminibus reis vita functis crimen cum pœna extinguatur. vt enim ait *Vlpianus: Is qui in reatu decedit, integri ſtatus decedit extinguitur enim crimen mortalitate, & reus morte crimine liberatur. l. 1. C. ſi reces, vel accuſator,* cum alijs *a Simãchas de cathol. inſtit. tit. 18 n. 2. citatis.* Adeo vt ſententiã cõtra mortuos latam reddi poſſe ipſo Iure nullam, probat late *Maſtrilli, deciſ. 137. num. 1.* Sed hæc defunctorũ officioſa religioſitas ab hæreticis prorſus ab horret; cum ſententia contra ipſos mortuos lata, ſi ſit ad condemnationem, ſit valida: *cap. a nobis. de hæreticis, & cap ſane profertur. 24. quæſt. 2.* latiſſime *Pegna ad director. Inquiſitor. part. 3. quæſt. 63. Simanchas, & Maſtrilli locis citatis.*

Quin-

30 Quinto nihil in vtrovtroque Iure est generalius, quam posse per quempiam omnes actus ciuiles celebrari. Exclusi sunt ab hac generalitate hæretici, quibus omnes actus ciuiles, vt seruis, interdicti sunt. late *Bursat. tom.* 1. *cons.* 14. *a num.* 1.

31 Secunda propositio sit: Vniuersæ leges a publicis, & generalibus beneficijs, & fauoribus hæreticos excludunt; ad pœnales, & odiosas dispositiones eos omnimode trahunt. Vnde *l.* 1. *C. de hæreticis* decretũ est *Priuilegia, quæ Religionis contemplatione indulta sunt, Catholicæ tantum legis obseruatoribus prodesse oportet; hæreticos non solum ab his priuilegijs alienos esse volumus, sed aduersus oneribus constringi, & subijci.*

32 Quod procedit non solum quando leges generaliter disponunt, sed etiã cum particulariter in odiũ aliquorum criminum in specie expressorum; tunc enim dispositio a fortiori comprehendit hæreticos. Et ita ad dispositionem *l. vltimæ C. de absolutionibus l.* 2. & 3. *eod. tit.* dicit *Simanchas de Catholic. Institut. tit.* 4. *nu.* 6. & 7. quod quamuis de crimine hæresis ex prænotatis constitutionibus nihil sit dictum; dubitabile tamen non esse, quin comprehẽsum esse intelligatur; quia lœdit hæreticus non humanam, & temporalem, sed æternam, Diuinamque Maiestatem. sed ne lectorẽ defatigemus, exempla abundant passim apud Authores, prę͏sertim apud Rojas in singularibus suis.

33 Tertia propositio in hæresim incidẽs, ipso facto priuatur omnibus priuilegijs, si quę habebat prius, quã in hęresim incideret, & hoc tum de Iure Ciuili ex *l.* 1. *C. de hæreticis*; quam de Iure Canonico.

34 Et ita Episcopis licet sit ex priuilegio cõcessum, vt accusari nõ possint; prę͏sertim a subditis; tamen de heresi suspecti ab omnibus debent accusari, vt cõstat

stat *ex 2. Synodo Romana sub Symancho Papa*, vt refert *Simanchas de Catholic. instit. cap. 24. num. 7.* & testatur *Sanctarellus de hæresi cap. 40. dub. 3. nu. 18. §. obijcies Episcopi.* Itẽ si Princeps alicui nobilitatis priuilegiũ concessit, illud amittit statim, ac hęresim committit. ita *Menoch. vol. 9 consil. 805. nu. 8. Simanchas loc. cit. tit. 29 num. 18.* cum alijs relatis *a Sanctarello de hæresi cap. 35. dub. vnico nu. 2.* quod ait extendi ad omnes descendentes.

35 Quarta propositio: non solum ipsis hęreticis priuilegia auferuntur; sed etiam ijs, qui licet hęretici non sint, tamen in eorum fauorem aliquo modo vertit priuilegium hęreticorum. Vnde aliquę personę priuilegiantur in Iure, vt non possint torqueri, quo priuilegio non gaudent, si de delicto hęresis inquiratur, ita *Sãctarellus de hæresi cap. 41. dub. 1. nu. 1.* cum alijs ab eo relatis.

36 Quinta propositio tota est quartę contraria. Nã leges disponentes in odium aliquarum personarum, disposuisse non intelliguntur, si odium illud in fauorem hęreticorum aliquo modo possit retorqueri. Quare licet ordinariè inhabiles, quales sunt excommunicati, infames, periuri, & alij similes non admittãtur ad testificandum *cap. 1. de exceptionibus, cap. licet, de probationibus*, tamen in fidei fauorem admittũtur, vt constat *ex cap. in fidei, de hæretic. in 6.* & notat ibi *gloss. verbo excommunicati.* Quapropter si tale, ac tãtum est legum, ac legislatorum omnium contra hęreticos detestatio, & odiũ; si tam hostiliter contra publicos hostes coniurant, si in omnibus sunt illis odiosæ omnes leges, in nullo fauorabiles, quid est sane, quod nos adstringat ad fatendum, tantum fauoris, atq; beneficij, quale est fraterna correctio, hæreticis fuisse a Christo Domino concessum, & elargitum?

Cur tantam legum omniũ, cum Euangelica, quę legũ omnium perfectio, & ueritas est, discordiam fouere studemus? An hoc immẽsę Christi caritati, ac beneficẽtię tribuendum? Tribuẽdum sane esset; si hęretici beneficijs, ac pietate meliores, non peiores euaderẽt.

CAPVT XVI.

Hæreticorũ casum sub Euangelica lege de fraterna correctione nõ comprehendi ex legibus Pontificijs, ac statutis Sanctissimæ Inquisitionis de fraterna correctione comprobatur.

SVMMARIVM.

1 *QVamplures Authores probãt authoritate Summorum Pontificum, Hæreticos denunciandos esse omissa fraterna correctione.*

2 *Hoc ipsum intẽdisse Summos Pontifices rationibus validissimis probatur.*

3 *Pontificum dicta, quibus denunciatio hæreticorũ præcipitur.*

4 *Edictum fidei promulgatum etiam fuit de ordine Sanctiss. Papæ nostri Vrbani VIII.*

5 *Hæreticos non comprehẽdi sub generalitate præcepti de fraterna correctione ex statutis DD. Inquisitorum ostenditur.*

6 *Quanta sit sanctitas, & Authoritas DD. Inquisitorum in preceptis statuendis, & legibus promulgandis.*

7 *Mens legislatoris inuestigãda est ad veram legis intelligentiam habendam.*

8 *Mẽtem Christi legislatoris non fuisse, vt sub generalitate præcepti de correctione fraterna heretici comprehenderentur.*

Hoc

9 *Hoc ipsum redditur manifestũ ex pluribus absurdis, quæ alioquin exinde proficiſcerẽtur.*
10 *Ad rationes allatas ab Aduersarijs breuiter ex supradictis omnibus respõdetur.*
11 *Locus D. Pauli ad Titum 3. litteraliter explicatur.*
12 *Reliquæ authoritates dissoluuntur.*
13 *Sententiam contrariam a nemine, si rectè intelligatur, sustineri.*
14 *D. Thomam pro nostra sententia stare.*

QVandò legis Diuinæ interpretatio dubia esse potest, tũc quia ad ipsum legis conditorem Deum recurrere ad legitimam interpretationem suscipiendam non valemus, ſedis Apoſtolicæ interpretatio, ſi qua ea eſt in eo casu, ſequenda & amplectenda omnino eſt. Põtifici enim licere nõ solum leges diuinas interpretari, ſed etiam in ijs aliquando proprie diſpensare, satis in ſuperioribus oſtenſum fuit.

1 Tam verò quãplures Doctores (vt teſtatur *Sanctarellus de hęreſi cap.9.dub. vnic.n.*8. bullarum Pontificiarum, & Iuris Canonici auctoritate probant hæreticos eſſe ſtatim deferendos, quod vtiq; nihil aliud eſt, quam declarare Euãgelicum præceptum de fraterna correptione ad hæreticos non extendi. Et quamuis *Sanctarellus ibid.* dicat nihil in illis bullis ſtatui, in caſu controuerſo, quando ſcilicet hæreticorũ emendatio ſperatur, quod in eo caſu Pontifices iubeant adhuc denunciari; tamen hoc nihil referre ſatis patet, cũ ſi hoc eſſet a Pontificibus aperte ſtatutum, non eſſet amplius de hac re dubitandũ. quapropter Sedis Apoſtolicæ votum pro noſtra ſententia ſtare ex multis capitibus oſtendamus.

2 Et primo Summi Pontifices tum optimè ſciunt correctionem fraternam

 eſſe

eſſe de iure diuino, & naturali, tum fidelium bonũ, & ſalutem enixe procurãt, ergo nõ eſt veriſimile, eos, ſi neceſſitatem fraternæ correctionis agnoſcerent, nullam vnquã de ea mentionem in caſu hæreſis feciſſe, nunquam neq; nominaſſe; ſignum ergo euidens eſt, quod putent Euangelicam legem caſum hæreſis nequaquam comprehendere, quo argumento, quã plurimi grauiſſimi auctores vtuntur.

Secũdo, & validius, ſciũt Summi Pontifices latum fuiſſe præceptum expreſſũ per DD. Inquiſitores de omittenda fraterna correctione, ergo ſi putarũt hoc præceptũ Euangelico præcepto repugnare, vtique tantum tãti Tribunalis errorem, tantamq; in leges diuinas confidentiam; imo vero impudentiam deberent, cum poſſint, prohibere.

Neque dicas Sũmos Pontifices id permittere ratione varietatis probabilium opinionum, cum vtraq; ſẽtentia probabilis putetur, & quod omitti, & quod p̃mitti debeat fraterna correctio. Ne dicas, inquam, hoc; nam aliud eſt permittere opiniones, ac ſenſus de eadem re contradicentes, quod vtriq; paſſim fit, receptumque eſt: aliud verò eſt vt opinioni accedat præceptum tam expreſſũ, tam graue in vim perpetuę legis in Eccleſia promulgatum, & excommunicatione alijſq; pœnis tanta cum publicitate roboratũ: hæc enim permiſſio atque taciturnitas nimis ardua, nimis aſpera reputanda eſt, cùm & multiplici dubietate cõſcientias in rebus agendis neceſſe eſt hoc pacto implicari, atq; impediri, & ſcãdaloſum admodum ſit pręcepto, quod ſub mortali cẽſendum eſt obligare, nullatenus obtemperare.

3 Tertio patet hoc ipſũ, quia quamplures Summi Põtifices hæreticorum denunciationem, etiam ſub pœna excommunicationis acri-

acriter, aperteq; præceperunt, ita *Gregor. IX. in Bulla edita an. Dom.* 1236. dicēs: *Item si quis hæreticos sciuerit vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu a communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alijs, per quem credat ad prælati sui notitiam peruenire, excommunicationis sententia percellatur.* Eadem verba habet *Innoc. in Bulla edita an. Dom.* 1254. & *Nicolaus III. in Bulla edita an. Dom.* 1281. qui solum addunt: *Ad prælati sui, & Inquisitorum hæreticæ prauitatis notitiā peruenire.*

Ex quibus verbis primo noto; quod quamuis Sum. Pontifices tā grauibus verbis, tantaq; pœnæ cautione denunciationem præcepissent, semper tamen de fraterna correctione tacuerūt. Vnde vulgata illa regula Iuris subcedit. Quod voluit legis lator expressit, ergo quod non expressit noluit.

Secundo noto quod supradictum præceptum, totum ad dandum notitiam delicti inquisitoribus ordinatur, ergo Pontifices ad hæreticorum denunciationem, non ad priuatam correptionem respiciunt, & intendunt.

4 Quarto, & vltimo ad euidentiam probatur, nam edictum hoc fidei latum, & promolgatum fuit a Congreg. Emin. Card. Inquisitorum Generalium S. R. vniuersalis Inquisitionis de ordine Sanctiss. Dom. Papæ, nostri Vrb. VIII. sed in hoc edicto expresse continetur, fraternæ correctionis prohibitio, ergo necessario alterutrum est, fatendum, aut, ipsam correctionem de eiusdem Pontificis mandato fuisse prohibitam, aut Pontificem vel id quod mādauit penitus ignorasse, vel cum sciuerit, & hoc nequaquam approbauerit, se non approbasse id, quod iusserit ferri ac promulgari, & quod annuatim tanta cum publicatione de eius mandato

dato fertur & promulgatur.

5 Descendat Achilles in arenam & ex legibus Pontificijs ad statuta S. Officij procedamus. Tribunal SS. Inquisitionis generalis tum Romanæ, tum etiã Hispanicæ perpetuo publico, & vniuersali præcepto excõmunicationis latæ sententię, alijsq; pœnis roborato sub peccati mortalis obligatione præcipiendo, atq; iniungẽdo, vt hæretici statim Inquisitoribus denuncientur, certum est, quod aperte sentiunt, taciteque declarant, casum hunc sub generalitate præcepti de fraterna correctione non concludi, atq; præscribi, ergo ita firmiter sentiẽdum, ita audacter vnanimi consensu afferendum, neque vllum vllorum hominum, atq; Doctorum iudicium tanto iudicio est anteferẽdum. Huius argumẽti vis, & robur idest, vt sapientissimi viri, prætertim Suarez, & Sanctarellus, cœteris argumentis reiectis, hoc vnico putent sustentandum esse, quod Hæretici sint statim denunciandi. Antecedens est certum, & æque clarum. Consequentia non minus certa, & clara reddetur.

6 Probatur primo ex amplitudine potestatis, quam a Sede Apostolica obtinẽt Inquisitores circa non iam fidei dogmata decernẽda, & statuenda; sed fidem ipsam conseruandam, amplificandam. Ea ergo est facultas, & potestas, vt ipsi sint Iudices, quorum arbitrio discernatur, quid potissimum aut nocumenti, aut vtilitatis fidei integritati, atq; incolumitati possit afferre: cum igitur ipsi sũmi Inquisitores firmiter iudicent, & manifeste, publiceq; declarent pręmissionẽ correctionis ante iudicialẽ denunciationem fidei, & catholicę religioni nimium obesse; cum quidquid contra religionem admittatur impune abire non debeat, semperq; Christianam rẽpublicam, quacunque da-

ta hæreticorum emendatione, in summis periculis versari: & hi tacitum saltē iudicium ferant, casum hūc a Christo Domino cōprehensum, atq; intentum non fuisse; dicant mihi cuius pōderis, cuius momenti cuius authoritatis tantum iudicium existimandum est & fortasse nec audaciæ, nec imprudentiæ tribuendum putarem, si quis dicere auderet, tantum iudiciū quādam quasi fidei misturam habere, cum a Iudicibus fidei, hanc in rebus fidei potestatem habentibus, in tam apertum, & tantu m fidei fauorem, & ad tātum discrimen euitandum procedat.

Quæ omnia confirmantur, & amplificātur ex auctoritate tanti Tribunalis, ex quo hæc præcepta procedunt, primo enim huius Tribunalis caput & Princeps ipse Summus Pōtifex existit, non solum quia eius ministri sunt ipsius Pontificis delegati; Tribunal ipsū ab ipsis Pontificibus erectū stabilitum, innumerisq; priuilegijs amplificatum; sed quia ipse Pontifex singulis diebus Iouis excepta solū Feria V. S. hebdomadæ, Ascēsionis, & illius diei, qui Sāctissimæ Eucharistiæ Sacramēto sacer est, vniuersalis Inquisitionis Senatui, ex Eminentissimorum Cardinalium consessu congregato in negotijs, quæ ibidē discutiūtur, vt illius Tribunalis Princeps, & caput, inuiolabiliter præsidet, & in eius p̄sentia de grauissimis fidei caussis consultatur, quod in alijs congregationibus quātūq; grauissimis nō obseruat, ita bene notat *Paramus de Orig. Inquisit. lib. 2. tit. 2. cap. 1. n. 13.*

Secundo quia ex hoc fit vt non solum potestas edicta condendi, quæ reperitur in Inquisitoribus, tanquam in Pontificis delegatis sit eadem atque illa, quę in ipso Summo Pontifice residet; sed etiam quod edicta ipsa Inquisitorum, eorúmq; pręcepta & mandata, Sede Apostolica tan-

quam

quam propria sibi tribuat, & referat, quod aperte significauit *Innocentius IV. in quodam rescripto* incipiente *Orthodoxæ fidei*, vbi circa finem cum Inquisitoribus loquens, sic ait: *Si vero vestris in hoc, imo potius Apostolicis acquiescere monitis non curauerint &c.* Vnde bene *Paramus lib. 3. de edicto fidei in tit. de diuisione edicti Fidei n. 19.* ait *Mandata Inquisitorum potiùs cēsentur mandata Apostolica.* Ipsique etiam DD. Inquisitores ante suorum edictorum præcepta ea verba præmittunt. *Talos nuestros mandamientos que mas verdaderamente son dichos Apostolicos, &c.*

Tertio probatur ex auctoritate, & integritate earum personarũ ex quibus hoc Tribunal à sui primæua origine vsq; ad hæc tēpora conflatum, & integratum fuit; vnusquisq; ergo mentis oculis obijciat tot tantosq; viros ex omnibus prouincijs, & regnis ad Sāctissimæ Inquisitionis Gubernacula moderanda, tāta cum diligentia, & sæueritate selectos, animo percurrat numerum, mente ponderet qualitatē, videat in rebus decernendis, atq; deliberandis ad horum iudicum latus quale sapientissimorum, atq; sanctissimorum virorum genus assistat.

Ex quibus omnibus cōferant quæso aduersarij auctoritatē totius huius Tribunalis cũ auctoritate cuiuslibet, quantumuis eximij, ac precellentis doctoris, & dicant quorum iudicium sit anteponendum, sit anteferendum, dicant, si omnis alia vndequaq; petita auctoritas non sit pro nihilo ad huius Tribunalis iudicium reputanda.

Aliorum Doctorum auctoritas & priuata, & pauciorum est, huius Tribunalis publica; immo vero Apostolica, & ex concordi, atq; vniformi tot illustrium virorum ore proficiscens. Quis ergo dubitabit, præsertim in hac re quæ ad fidei

dei tutelam atque integritatem tota dirigitur Inquisitorum iudicium & tanti Tribunalis sententiam; imo vero præceptum, & statutum, cuiuslibet authoris opinioni anteferre? Imo vero, quis contra eiusdem præcepta aliorum dicta, contra eius statuta aliorum sensum opponere audebit? Dicit hoc tacite Tribunal SS. Inquisitionis, Hæreticos sub hac generalitate præcepti Euangelici non restringi, nec solum dicit, verum etiam, vt ne præcorrigantur expresse præcipit, districtissime iniungit; ergo nihil aliud dicendum, nihil aliud scribendũ, nihil aliud sentiendum; sed obediendum, sed parendum, sed obtemperandum est.

CAPVT XVII.

Hæreticos sub Euangelica dispositione non cõcludi, probatur ex tertio, & quarto capite scilicet ex mẽte legislatoris Christi Domini, & ex absurdis, quæ exinde sequerentur.

7 QVanti referat ad alicuius legis verã intelligentiã indagandam, mentem ipsius legislatoris inquirere, tam certum, & clarum est apud Iurisperitos, vt superuacuũ sit in hoc immorari, nam *ex mente statuentis fit extẽsio, comprehensio, & restrictio* *Lap. alleg.* 102. *n.* 9. *vers. Quinta ratione. Feder. cons.* 4. *n.* 5. *Multum est consideranda.* nam *mens tanquam regina, primum locum obtinet l. in conditionalibus in principio ff. de cond & demostr.* late *Tuscus tom.* 5. *litt. M. concl.* 198. *a n.* 1. *vsq; ad* 10. inclusiue vbi nouẽ modos enumerat legislatoris mentis persequendæ. Nobis vero sequens discursus, sufficiẽtissimus videtur.

8 Aliquod medium ita

se potest habere in ordine ad reipublicæ regimen, vt si quis eo prudēter vtatur, cedat tantummodo in priuatam particularium personarum vtilitatem: si vero quis eo imprudenter vtatur vertat in malum & pernicìem reipublicæ grauissimum, & irreparabile. vti autem eo medio quis prudenter diceretur, cum vteretur in debitis circunstantijs simul, & copulatiue ad ipsum medium, actumq; requisitis: quæ quidem circumstantiæ si sint plures & difficile sit vt simul vniantur, & concurrant, difficillimum erit eo medio prudenter vti. Vnde timendū certo est, & frequentius & regularius præsumendum fore, ne huiusmodi mediū ad reipublicæ salutem a legislatore ordinatum, in eius damnum & ruinam certissime redundet. præsertim si tale medium ab omnibus posset indifferenter pertractari quibus positis sic argumentor: non esset prudentiæ & socordiæ præsertim sapientissimi, & prudentissimi legislatoris, qui & ad sui regni regimen oculatissime inuigilat, & politica arte satis pollet ad suorum regnorum gubernationem, medium illud eligere, atque electum districte præcipere, quod ob difficultatem quamplurīū requisitorum ad illud bene pertractandum frequētius & regularius in publicum damnum cederet; rarissime vero in priuatum bonum: præsertim si præsto esset aliud medium, quo & reipublicę vtilitati, & indēnitati certo semperq; prouideretur, & priuatis personis in maximo bono semper consuleretur; licet in minimo aliquando detraheretur; sed si diceremus Christum Dominum voluisse sub prçcepti obligatione quod hęretici prius secreto corrigerentur, quā iudicialiter denunciarētur; hæc omnia absurda de Christo legislatore asserere, & affirmare deberemus, ergo dicendum omnino est Chri-

Christi Domini sapientiam, & in sua Ecclesia gubernanda diuinam prouidentiam, nequaquam hoc in pcepto fraternæ correctionis disposuisse.

Maior per se est euidẽs, minor euidentissime etiam ostenditur: nam primo ad hoc vt fraterna correctio debite exerceatur, tot, tantæq; circumstantiæ, & conditiones requirũtur, vt rarissime hoc præceptũ obligare, auctores omnes dicere cogantur. & hoc procedit in alijs, quam in hæresis crimine; in quo auctores, etiam contrariæ opinionis docent tutius, & securius esse correptionem omittere, quam præmittere, atq; ita loquitur *Canus lib. 12. de locis cap. 9. versic. at Chrysostomus*; *nostris temporibus* inquit, *non nisi cum exquisitissimis cõsiderationibus, admonitio est præmittẽda. quare vt plurimum eam omittere, tutius; & securius est.* Quæ omnia ex supradictis satis superque manifesta sunt.

Secundo damnum temporale respectu spiritualis boni in utilitatem denunciati prouenientis, nullius momenti reputandum est, & per fraternam correptionem non tam certo spiritualis vtilitas denunciato comparatur, quam per ipsam denuntiationem.

Tertio, quia etsi aduersarij dicant correptionem hæreticorum fieri debere solum a prudentissimis viris; tamen quis est, qui se prudentiorem non existimet, quã vere, ac de facto sit? quis non animum inducet multoties adesse omnes illas circumstantias, quas simul esse quasi nunquam contingere potest? ex quibus omnibus satis liquet quod remedium fraternæ correptionis, frequẽtius, sæpius, regularius verteret in damnum publicũ; nunquam, aut saltem rarissime in priuatum bonum. Bonum quidem quod longe minus est, quam graue reputandum est reipublicę nocumentum; vnde abso-

lute hoc medium fraternæ correctionis non rectũ & prudens; sed malum & ineptum dicendum omnino est ex Aurea illa doctrina *Bonacinę to.2.de pecc.disp.2. quæst. 4. punct. 7. unica prop. nu 9. versic. Dixi cæteris paribus. Si vnum malum, inquit, sit longe grauius, sed minus pbabiliter immineat; quam alterum minus quod probabilius imminet, non cēsetur maius; sed minus & cōsequenter hoc potius eligi debet ad vitãdum longe maius damnum quod afferre potest.*

9 Postremo veniamus ad absurda, quæ sequerentur, si hæc lex Euengelica interpetranda sit, ita, vt cōprehēdat etiam hæreticos. lex enim non ita est interpetranda, vt sequantur absurda, cum lex debeat esse possibilis, & honesta 4. *dist. erit. & not. Bart. in l. omnes populi ff. de iust. & iur. Sylvestr. in verb. lex num.* 20. Iam vero quot, qualiaue absurda exinde proficiscerentur? Primũ, quod necesse sit dicere, statutum SS. Inquisitionis non modo esse illegitimũ, sed etiam iniustissimum. Si enim illegitimũ dicitur, quod est contra leges, cuius iniustitię, cuius infamię dedecore, ac turpitudine notanda est DD. Inquisitorum lex, & præceptum, quod legibus naturę, ac legislatoris Dei Opt. Max. tã expresse, tã impudenter cōtradicit? Christus Dominus pręcipit hęreticos esse corripiēdos, Inquisitores vetant. Et sic eorum præcepta Diuinum corrigunt, emēdant. Quod autē hoc est inconueniens? quantum hoc absurdum? Tribunal illud, qđ a Christo Domino adeoq; ab Ecclesię sapiētissimo, iustissimoque legislatore p suos Vicarios, ac vicelegislatores institutum fuit ad firmissimum fidei Catholicæ pręsidium, ad tutissimum Christianarũ legum firmamentum, ad ęternum sanctitatis, & iustitię propugnaculum, hoc ipsum Tribunal, proh facinus, eas leges oppugnat, ea statuta contennit

nit nec modo verbis generalioribus,ſed expreſſis,ſed ſpecialibus, ad quę defendenda,atque amplificanda diuinitus fundatum,atque excitatum fuit.

Secundum, illudq; grauiſſimũ incõueniens ſequeretur, quod hoſtibus fidei iuſtam, legitimãq; occaſionẽ pręberemus non admirandi ſolum, ſed etiam irridendi, quod fidei propugnatores euaſerint Diuinę legis aut contradictores, aut contemptores.

Tertiũ, quod Chriſtus legislator legẽ contra legis rationabilem morem promulgauerit. Cũ ea debeat eſſe conſtantiſſima legum conditio,vt ferantur in caſibus frequentius occurrẽtibus, hęretici autẽ aut nũquam, aut rariſſime ſpem emendationis prœbeant.

Quartum deniq; quod lex hęc Euangelica augeret occaſionẽ delinquendi, cũ lex, quę occaſionẽ prębet delinquendi, nõ valeat ex *collect. Barboſ. lib.*1.*tom.* 4. *cap.* 10. *num.* 13. *p.* 78.

Occaſio autẽ offerretur tũ hęreticis, vt ſuas hęreſes tutius diſſeminarent; tum Catholicis, vt poſſent occultius hęreſum venena ebibere. Vtriq; enim ſemper ſperare poſſent, ſe Inquiſitorum pœnas ficta, & ſimulata emendationis facie ex ipſis Euangelij ſtatutis euaſuros.

CAPVT XVIII.

Ex dictis breuiter reſpondetur ad principalem rationem, Euangelij Authoritatem, & aliæ Authoritates diſſoluuntur.

QVamuis, & principali argumento, & ad locum Matthęi ſit pleniſſime ſatisfactum; tamẽ quia multiplicium capitum congeries confuſionem parere in aliquorum mentibus poſſet, ex dictis ad ſingulas rationes, & authoritates breuiſſimè reſpon-

ſpondeamus.

10 Igitur ad id, quod *cap. 2. num. 2. ſect. 2.* dicebãt aduerſarij, quod dari poteſt caſus, in quo aliquis vir prudens certo cognoſcat hæreticum aliquem eſſe vere, firmiterq; emendatũ, aut credat ſtatim fere emẽdandum, Reſponſum eſt ſatis, ſuperq; quod primo emendatio hæreticorum deſperata, ac deplorata eſt in ſacris litteris, apud SS. Patres, Concilia, Doctores, quos fusè adduximus cum cauſis, atq; origine huius deſperationis *a cap. 2. ſect. 3. vſq; ad cap. 8.* Secundo reſponſum fuit *in cap. 8.* ꝙ etſi concedamus hæreticos eſſe emendandos per fraternas correctiones, tamẽ non ſtatim eſſe emendandos. Tertio, quod etſi ſtatim emendandi forent, tamen huius emendationis nunquam firma cognitio poſſet haberi. vt per totum *cap. 9.* fuſe. Quarto, quod etiamſi concederemus firmiſſimam cognitionẽ certiſſimæ, ac ſtatim futuræ, imo iam factæ emendationis; tamen quod adhuc sũt denunciandi, & puniendi ad aliorum ſalutem, & exemplum, vt toto *cap. 10.* probauimus.

Ad id, quod dicebatur *num. 6. d. cap. 2.* quod aptior eſt ad firmitatẽ emẽdationis amor, quam timor, ſatisfactum fuit per totum *cap. 7.* vbi oſtenſum fuit, ꝙ grauiſſima ſcelera non lenitate, ſed ſeueritate curãda ſunt.

Ex quibus patet etiam reſponſio ad obiectum *nu. 6. dict. cap. 2.* quod ſi hęretici ſunt deſperati, debẽt ab Inquiſitoribus ſemper morte puniri etiã in primo lapſu: Nam ſperari poteſt ſalus, & emendatio pœnæ magnitudine, quæ correctionis lenitate deſperanda eſſet omnino.

Tãdem ad id, quod mouebant *num. 4. & 5.* de diuinæ gratię efficacitate, de qua etiã circa hęreticos nõ eſt deſperandum; data eſt aptiſsima reſponſio *cap. 3. ſect. 3. nu. 18.* quod Hęreti-

cis

cis nõ deest gratia Diuina, sed ipsi diuinæ Gratię desunt, quia nolunt cum ea cooperari ad propiã emendationem. Altera etiam responsio data fuit *cap.7.sect. 3.nu.49. vers. ex quibus patet.* Quod scilicet Deus prudentissimus, ac sapientissimus suorũ donorũ, ac prę sertim supernaturaliũ dispensator, gratiæ efficacis auxilia magnis peccatoribus, ac pręsertim hęreticis solet pœnæ grauitati, ac delictorum punitioni consociare; quapropter nil mirum, si hęretici puniti ab Inquisitoribus desperandi omnino non sunt.

Ad textum *Matthei cap. 18 sect.* 3. iam satisfactum est, cum probatum sit per totũ *cap.*11. in verbis Christi non contineri præceptũ: & in Capitibus 12. 13. 14. 15. 16. & 17. quod etiamsi præceptum contineatur, tamen hoc pręceptum hæreticos non comprehendat. Et ad id, quod proponebãt aduersarij *num.* 11. *vers. consequentia innumerarum legum*, quod scilicet lex generaliter pręcipiens generaliter est intelligenda, responsum fuit abunde *cap.*13.*a nu.*2.*vsq; ad* 9. vbi ostendimus leges etiam naturales, & Diuinas quãplures intelligentias, atq; explicationes recipere, & aliquos casus speciales, prę sertim commune bonum damnificantes omnino excludere debere.

Quod autẽ asserebant *num.*15.*dicti cap.*3. hanc legem de fraterna correctione fauorabilẽ esse delinquẽtibus, ac proinde ab eius fauore Hæreticos non esse seiungendos, locũ non habet, cũ iam fuse manifestũ reddiderimus *cap.* 13. *a nu.* 24. *ad finem*, fauores quantũuis generales nunquã ad Hęreticos protendi debere.

11 Ad verba D. Pauli. Hæreticũ hominẽ post vnam, & secundã cõrectionem deuita, multiplex est responsio & quælibet ex his satis accõmodata. Nonnulli igitur Doctores legunt Hę-

Hereticum hominem post vnā admonitionem deuita. sic legit *D. Ambrosius*. Sic etiam legit *Tertullianus de præscriptionibus hæreticorū, quasi in principio*. Sic *Ciprianus lib.* 3. *ad Quirinum cap.* 78. Sic etiā *Hireneus lib.* 3. *aduersus hæreses*. & *D. August. epist.* 162. quāuis Gratianus *in cap. Quæ dignior*, & *in cap. dixit Apostolus* aliter dicta loca Augustini, & Ambrosij referat. Hieronimus tamen in eodē loco fatetur se vtrāq; lectionem reperisse, apud Grecos, vt Ambrosius legit: apud Latinos, vt nos legimus. Et quāuis *Pamphilus in Apologia pro Origene*, post trinā admonitionē legisse videtur, tamen non est recedēdum a vulgata, in qua habetur post vnā, aut alterā, & sic legant *Athanas. Oration. ad Maximum & epist. ad Serap. Hieron in d. cap.* 3. *Leo Papa Serm. contra heresim Eutich. Primas. ad Tit.* 3. & ibi etiā *Theodor.*

Quibus presuppositis prima responsio est *Alphonsi a Castro lib.* 1. *de punit. Hæreticorum cap.* 10. quod Apostolus ibi loquatur de admonitione facienda homini ex ignorantia erranti. Nā qui aperte contumax fuerit, & veritati contradicens, non monitione, sed punitione corripiēdus est. Admonitio igitur tali homini facta, declarat, an ille sit vere hereticus, an vero erret ex ignorantia; & sic an sit euitandus, nec ne. E. G. rusticus quidā dicit, nō esse Purgatoriū, aut bona opera non esse ad salutē necessaria, hunc non esse statim denunciandū dicunt aliqui docere D. Paulū, sed admonendū esse semel iuxta Ambrosianā lectionem, aut bis iuxta vulgatā. Quod si post has admonitiones adhuc in errore persistit, tunc reputandus est hereticus, vt hereticus vitādus, denuntiandus. Eādē expositionē traditā sibi fuisse a viro docto, refert *Bernardinus de Areualo lib. de frater. correct. conclus.* 6. *proposit.* 6. *vers. quidam autem*

vir doctus. Eamdem interpetrationem tradere *Gregorium de Valentia testatur Fr. Ioannes Marquez in lib. gubernatoris Christiani cap.* 33. circa finem, vbi secundum hanc interpetrationẽ dicit hoc pacto verba D. Pauli constituenda esse. *Al que sobre la segunda amonestation de su inaduertencia estuuiere rebacio, hurtale el cuerpo, porque ya esse està perdido, y se condenna por su parecer.*

Secunda expositio ea est. Quod in primitiua Ecclesia, quando multitudine, ac magnitudine miraculorum facilior erat hęreticorum conuersio, permittebat Ecclesia, vt hæretici monerentur suaderentur, quod si monitionibus nequaquam acquiescerēt, tunc demum denunciarētur Iudicibus competentibus, vt per exeommunicationis sentētiam iuberent, vt a fidelibus euitarentur. Quam expositionem esse de mente *Ambrosij, Theophilac. in Tit.* 3. *& D. August. serm.* 14. *de verb. Apost.* Significat *Seraph. in addit. ad qu.* 18. *Acunha de confess. sollic. nu.* 46.

Hæ explicationes licet improbandæ non sint; tamen tertia planior, verior, Apostoliq; menti conformior absq; dubio est. Ad cuius intelligētiam prænotandum est, Primo quod Apostolus non dirigit sermonem ad omnes generaliter, sed solum ad Titum Episcopum, cui præscribit formam, quam seruare debet circa punitionem hæreticorum spiritualibus pęnis. Secundo quod consequenter non præcipit, ac determinat modum faciēdæ denunciationis Hæreticorum, sed denunciationē supponens, Episcopis præsertim primitiuæ Ecclesiæ normam definit contra Hæreticos procedēdi. Tertio, quod nō præscribit formam procedendi contra Hęreticos pœnis temporalibus puta concrematione, quibus in suis primordijs Ecclesia, vtpote q̃ tenues

vires habebat, vti non poterat, sed pœne temporales contra Hæreticos constitui cœperunt a tempore Constantini Imperatoris, qui contra Hæreticos pertinaces bonorum prǽscriptionem lege decreuerit. Dat igitur formam, qua debent Episcopi hæreticos excõmunicare; vt scilicet præmittant canonicã monitionem.

Vnde verbum illud *Deuita*. significat *fac deuitari ab alijs, ne per eum cæteri inficiantur*, vt exponunt *Nicolaus Lyranus, S. Thomas, Bernardinus de Areualo de frat. Correct. conclus.6.proposit. 6. vers.his ergo præmissis, Simanch.de cathol.institut.tit.19. num.* 14. *Sanctarellus de hæresi cap.* 19. *dub. vnico num.* 8. *vers. Obijcies secundo. Seraphinus vbi supra.*

Applicantes ergo hoc p̃ceptum Apostolicum DD. Inquisitoribus, dico, quod antequam hǽretici excommunicationem per ipsos fulminatam in suis edictis incurrant, iam per eosdem Canonicæ præmonentur, cum ipsum edictum, eiusq; annua,& iterata publicatio nihil aliud sit, quam generalis, & publica præmonitio. Edictum enim esse nõ solum legem, sed etiam præmonitionem probauimus supra *quæst.*2 *cap.*3.*nu.* 13. ac etiam in suis edictis DD. Inquisitores hac forma excommunicationem ferunt *Sopena de excomunion maior latæ sententiæ, trina canonica monitione præmissa, mandamos a todos, &c.* Non igitur loquitur Apostolus de fraterna correctione ante denuntiationẽ prǽmittenda, sed de monitione, quæ debet præcedere sententiam excommunicationis.

Adducebant etiam aduersarij *num.*17.*sect.* 2.*cap.* 3.*Clementinam, nolentes de hæreticis*, ad quam facillime respondetur cum *Suario de fide disp.* 20.*sect.*4.*nn.* 15. *fine*; quod ibi non est sermo de peccato hǽresis, sed de commissarijs Inquisito-

sitorum, seu Episcoporum, seu Capituli sede vacante, qui sub prętextu officij illicitis modis pecuniam ab aliquibus extorquent. Nos vero non negamus in alijs, quam in crimine hæresis præmittendam esse, saltem de consilio fraternam correctionem.

Ad verba Innocentij III. *ex cap. qualiter, & quando el segundo*, adducta ab aduersarijs ibidem, responsio est in promptu, nam nos non asserimus correctionē hæreticorum a DD. Inquisitoribus absolute prohibitam esse, sed ea potest præmitti, dummodo etiam præmissa monitione fiat denunciatio, eo modo, quo late diximus *quæst.2.cap.7.num.5. vers. notandum igitur est*. Quapropter bene ait Innocentius ibi, quod sicut ante accusationem legitimam p̄cedere debet inscriptio, ita ante denunciationem potest pręcedere fraterna monitio. Alia responsio est, quod Pontifex ibi loquitur de delictis, quæ ante denūciationem possunt admittere correctionem, nō autem de hæresi, quæ sicut nō habet spem emendationis, ita nec relinquit locum secretę correctioni. Nec immerito etiam quis diceret, quod Pontifex etiam si loqueretur de hæresi prœbet consilium, nō pręceptum. Quod ex sequentibus satis colligi videtur, ait enim, *hūc ordinem circa regulares personas nō credimus vsquequaq; seruandum: quare cū caussa requirit, facilius, & liberius a suis possunt administrationib⁹ amoueri*. Quod si Pontifex intenderet hoc esse præceptum, vtique esset etiam a regularibus seruandum, cum præcepta diuina generalissima sint, nec tam amplam exceptionem possint admittere, vt latius diximus *quæst. 9. sect.3.c.11.nu.15.*

Postremo ad id, quod asserebant *n* 17. *dicti cap.3.* quod Pontifices soliti sunt hæreticos antequam castigent corrigere, quod probabant exemplo D. Gre-

gorij in Ioannem Archiep. Constantinopolitanum, respondeo, quod cum superiores hęreticorum ipsos corrigunt, acriterque rep̄hendunt, id & licite, & prudenter faciunt, sed tamen dico, quod hæc Prælatorū correctio est longe diuersa ab illa, quę per præceptum Euangelicum, vt aiūt, pręcipitur. Illa enim est fraterna, hęc iudicialis. illa a p̄sonis priuatis, hęc a publicis exercenda illa ordinatur ad delicti emendationem, hęc est ipsius delicti etiam punitio. Adhibetur hęc a Sanctissimis Prę latis, vt experiantur, si quoquo modo hęretici possint ad fidem reduci, vt reducti, & emendati pœnis salutaribus castigentur, non vt emendatione iudicium effugiant. Atque hanc explicationem inuenio etiam datam a sapientissimo viro *Fr. Ioanne Marquez cap. 33. fol. 170. littera A.* qui sic ait: *Y esto mismo haze oy la Iglesia, intentando todos los medios que puede para reduzir al herege pertinaz, despues de relaxado al brazo seglar, y condenado a pena de fuego. Pero esta amonestacion es muy diferente de la otra, y hazese ya sobre seguro, no tanto para atajar el cancer en la Republica, quanto para ganar el alma del sentenciado, o por lo menos escusarse la Iglesia de descuido en procurarla, y agrauar su obstinacion.* Ipsi ergo DD. Inquitores student, atque laborant vt hæretici ab erroribus retrocedant, ad Ecclesiæ gremium redeant, vt & pœnarum partem effugiāt, & animæ saluti prouideāt. Sed hęc correctio hę admonitiones salutares sunt hęreticis, non tamen Reipublicę periculosę; quia cum iam sint delicti conscij, possunt delinquentem legitime punire, catholicāque Religionē in tuto collocare. Correctio vero fraterna, & priuata, nec est tā apta ad emēdationem, nec Reipublicę Christianę proficua.

Atque ex his patet, quam fra-

gilibus, atq; imbecillibus fundamentis cõtrariorum opinio ſuſtẽtetur. Sed iam videamus, an habeat, tot taleſque, quos ipſi iactant, defenſores, atq; patronos.

CAPVT XIX.

Sententia ſuſtinẽs Hæreticos eſſe denuntiãdos quam ſit Authoribus diminuta.

13 SEntẽtię probabilitas duobus nititur fundamentis, rationum ſcilicet efficacitate, & authoritate, ac numero Doctorũ vidimus in præcedentibus capitibus aduerſariorũ ſententiam quam imbecillibus argumentis ſuſtentari, oſtẽdamus modo quod eam nemo ſit, qui vere audeat tueri, quamuis aliqui defendere videantur. Et ne exiſtimẽtur, quod dicimus potius verbis ornare, quam iure proferre, dicam quid de hoc grauiſſimi ſentiunt Authores.

Quapropter *Fr. Ioann. Marquez in cap. 33. citato lit. D.* ſic ait: *Mas ſin embargo deſta reſpueſta, yo ſoy de parezer, que ay obligacion de denunciarle luego, y me perſuado a que ningũ Doctor ſiente lo contrario; ſi bien algunos hablan de manera, que parece le dan a entender. Sanctarellus de hæreſi cap. 9. dub. vnico num.* 12. loquẽs de Doctoribus, qui videntur dicere hęreticum emẽdatum non eſſe denuntiãdum, ſic ait: *Doctores explicandi ſunt de alijs delictis. nam in peccato hęreſis eſt ſpecialis ratio, vt delictum quãuis occultum, & emendatum denuntietur. Deinde iſti loquuntur de Euangelica denunciatione, &c.*

Vnde Authores, qui pro contraria ab aliquibus citantur, ab alijs citantur pro noſtra, & merito, nam ita loquuntur, vt ſi recte perpendantur nõ contra nos, ſed pro nobis ſtare manifeſto apparebit. Quare *Farinacium, & Rodericum Acun-*

Acunha contra nos adducit *Sousa in tract.2. de Confessar.sollic.cap.6.nu.9.* quos *Sanctarellus* pro nobis recenset. *Fr. Ioann. Marquez* vbi supra *fol. mihi* 167. *litt. B.* citat pro nostra opinione *Toletum, Nauarrum*, quos *sect.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. pro contraria retulerunt aduersarij. *Farinaccius de hæresi quæst.* 197. *§.* 2. *num.* 39. citat pro nostra sententia *Gundisaluum, Rojas, Pēna, Toletum, Martinum del Rio*, quem alij in contraria reponunt.

Neque est prætereundū, vnde oriatur tanta in tam grauibus Authoribus in re tam graui varietas dicendi, & opinandi instabilitas, Inde ortum habere existimo, quod opiniones aliquę speculatiue considerata nullā videntur implicantiā, imo difficultatem inuoluere, quæ tamen ad praxim deductæ, non modo difficiles, sed impossibiles reputantur. Inter huius generis opiniones, hæc potissimum locum vindicare videtur. Quis enim sibi suadere vnquam potest hęreticum nō posse emendari? quis vnquam de Diuina gratia dubitare? quis vero animum inducat, hæreticum iam emendatum, aut emendādum debere, vt puniatur, denunciari? quis in hoc casu timor Reipublicę impēdet? quid vtilitatis fratri impartimur? Verum cum hi Authores ad praxim deueniunt, quasi manum igni videntur applicare: formidant, titubant, vacillant, retrocedunt; ac demum sese explicant, apertiusque loquuntur, quod tutius sit Inquisitoribus Hæreticos, etiam quos credimus emēdatos, denunciare, sic *Rojas, Farinaccius, Penna*, & alij.

14 Sed iam discutiamus opinionē Angelici Doctoris, in cuius verbis, tanquā in angularibus lapidibus cœterorum Authorum dicta, & authoritas videntur stabiliri. *D. Thomam* citant pro nostra sententia *Fr. Ioannes Marquez cap.* 33. *cit. fol.*

fol. 167. *lit. D.* citat eum etiam *Seraphinus in additione ad* 18. *quæst. Acunha de confessar. sollicit.* vbi amplissime probat S. Doctorem pro contraria nec fuisse, nec esse potuisse. citat *Farinaccius de heresi q.* 197. §. 2. *nu.* 39. citat nouissime *Alberghinus in suo Manuali Qualific. cap.* 37. *nu.* 3. citat etiam *Acunha de confessar. sollic. quæst.* 18. *num.* 11. & quod maius est, citat D. *Th. id asserentem de confessarijs sollicitantibus quodlib.* 11. *art.* 12. Neque dicas D. Thomam citari solum ab Authoribus, qui sustinent correctionem esse omittẽdam: Nã licet hoc sit verum, tamen nimis esset impertinens, si S Doctor aperte contrarium sustineret, & tamen citaretur a tot tam grauissimis authoribus pro nostra sententia. Vnde asserendum omnino est, D. Thomæ verba debere explicari in eum sensũ, qui & rationibus & authoritatibus a nobis adductis magis aptus, & congruus videtur.

Quod ergo Angelicus D. contrariam non sustineat facit Primum, quod non facile credendum est, prudentissimos, quales eliguntur Inquisitores, qui etiam in præceptis, & statutis cõdendis sapientissimorũ hominum consilium adhibẽt, voluisse a S. Thomæ doctrina recedere, quod etiam notauit *Seraphinus loc. cit. num.* 31.

Secundo facit, quod ipse D. Thomas alibi absolute dicit, simpliciterque sine vlla limitatione docet, ꝙ delicta, quæ vergunt in dãnum multitudinis sunt statim deferenda, & denuntiãda. Atque ita *quodlib.* 11. *artic.* 12. inquit: *Credo quod si esset aliquod peccatũ carnale, quod vergeret in detrimentum multitudinis, statim est reuelandum.* Quem locũ refert, & reprobat *Nauarr. de accusationibus consil.* 2. *n.* 4. citant etiam huuc locũ Authores sustinentes, quod confessarij in confessione Sacramentali sollicitantes de-

debent nulla prçuia correctione denũciari. Quapropter si S. Doctor hoc absolute profert de peccato carnali multitudinis infectiuo, quis dubitabit, eum vnquã sensisse, hæresim nõ statim esse denunciandam? qualis vero est carnalis peccati infectio respectu labis, & pestis hæreticæ? Si igitur aliter de hæreticis loqutus fuisse videtur, quis non videt ad eam mentem deducendum, quæ & cum alijs locis consona, & conformis sit, & doctrinæ generali de peccatis multitudinẽ corruptiuis aptè conueniat?

Præterea pluribus in locis generaliter docet, quod peccatum infectiuum multitudinis debet denunciari sine admonitione, ita 2.2 *q.* *q.* 33. 2. *c.*3. *&* *d.*10,92.*ar.*3. 9. & *in* 4.*dist.*19.*q.*3. hæreticum pertinacem absque vlla correctione fraterna deferendum docet, prout eum citat *Seraphinus in addit.ad Acunha quæst.* 18.*de Confessar.sollicit.*

Tertio quia non videtur rationi consonum dicere quod D. Thomas eam sententiam sustineat, a qua scripturæ sacræ, concilia, Patres, Doctores, vt in supradictis huc usque luculenter demonstrauimus, tã aperte recedant. Quare cum ex his pateat aliam esse S. Doctoris mentẽ, quam eius verba sonent, eam recte indagantes ad verã normam explicemus.

Varia est explicatio in locum *D. Thomæ* 2.2. *q.*33. *art.*7. vbi sic ait. *Quædam peccata occulta sunt quæ sũt in nocumentum proximorũ, vel corporale, vel spirituale puta si aliquis occulte tractet quomodo ciuitas tradatur hostibus, vel si hæreticus priuatim homines a fide auertat, & quod ille, qui sic occulte peccat nõ solum in te peccat. Sed etiam in alios opus est statim procedere ad denunciationem vt huiusmodi nocumentum impediatur, nisi forte aliquis firmiter æstimaret, quod statim per secretam monitionem possit huiusmodi mala impedire.*

Quem

Quem locum aliqui doctores, ſic explicant: Nam Primo cũ D. Thomas ponat duo exempla; alterum de proditore patriæ; alterum de hæretico, dicunt limitationem illam quam ponit de emendatione, nõ referri ad hæreticum; ſed ſolum ad patriæ proditorem, cum ob maiorem criminis atrocitatem magis ſit de hæretico, qui chriſtianæ reipublicæ eſt proditor, quam de proditore patriæ deſperãdum; & aiunt non eſſe nouum rationem aliquam vel exceptionem aptari vni ex propoſitis exemplis, ſicut habetur in *l. in priuatis ff. de iudicijs*; *vbi* Africanus docet; filium a patre, patrem a filio iudicari poſſe ſubdit rationem *Paulus in l. Quippe ff. eodem* quia iudicare, munus publicum eſt quæ ratio dubitationi de filio in patrem iudice quadrat nõ vero in filium iudicium exercenti correſpondet ſi paternam etiam domeſticam poteſtatem conſideres. in filij caput *l. in ſuis ff. de liberis, & poſthum.* quam explicationem affert *Seraphinus in addittione ad Acbuna de confeſſ. ſollicitant q. 18. n. 35.*

Secunda explicatio eſt, quod eſto exceptionem D. Thomæ referri ad vtrumq; exemplum, non inde tamẽ ſequitur, quod præmittenda ſit correctio fraterna, nam S. Thomas loquitur ſpectato iure naturali, non vero ſpectato iure poſitiuo Inquiſitorum, & ſic etiam loquuntur DD. ſequentes S. Thomam. ita *Suarez de fide diſp. 20. ſect. 4. Trimarchus de confeſſar. abuten. Sacram. pœnit. diſp. 12. ſect. 2. n. 9.* vbi ait, ita ſibi reſpõdiſſe. P. de Peyrinis.

Tertiam explicationem quam aptiorem & veriorẽ puto affert Caietanus ponderans verba illa S. Thomæ, *niſi forte*, dicens: *quod raritatem caſus admonitionis ſecretæ denotauit textus per illa verba, niſi forte, potius quam conſilium talis admonitionis in caſu illo, ac ſi dixerit: niſi quod tamen rariſſimum eſt, & fere nunquã*

eueniet. mens autem Caietani ea est quod D. Thomas non voluerit dare cõsilium faciendæ admonitionis in casu emendationis hæreticorum; sed quod significare voluerit casum hunc tam rarissime futurũ vt deberet quasi nunquam euenturus reputari.

Quartam ego ex meo marte explicationum adiungo quod scilicet D. Thomas sicut, & cæteri auctores qui eius sententiam sequuti esse videntur apposuit illam limitationem, vt ne videretur diuinæ gratiæ efficacitati derogari, dum simpliciter, & absolute asseret vt semper, & in omni casu hæreticos inemendabiles, incorrigibilesq; esse. Igitur vt temperate moderateq; loqueretur apposuit particulas illas dubitatiuas, & exceptiuas; non autem absolute assertiuas; quibus tam titubãter vacillanterq; appositis; Satis superq; declarauit moralem implicãtiam potius quam possibilitatem casus, sicut etiam loquutus est *D. Paulus 2. ad limit. cap. 2. versic. 24.* informens Timoteum vt corriperet eos qui resistunt veritati ne quando *Deus det illis pœnitentiam.* quæ verba Cornelius a Lapide explicat vt episcopus experiatur, *si forte, vel num forte aliquando Deus det illis Pœnitentiam, idest sua gratia cõmoueat compungat, & conuertat,* vt fuse diximus *sect. 3. cap. 2. n. 12.* Quapropter ex his omnibus satis patet D. Thomam nostram sententiam potius, quam contrariam sustinere.

Explicata igitur contrariorum sententia, eorum argumentis relatis atque confutatis perspecta inefficacitate rationum, & auctorum paucitate, remanet vt nostram sententiam ponamus, probemus, & quid inde deducendum afferamus.

(:):(:)

SE-

SECTIO QVARTA.

CAPVT I.

Vera ſentẽtia quod hęretici ſint abſque correctione præcedente denunciandi, proponitur, & auctoritate Doctorum, qui eam ſuſtinent, cum ſuis dictis comprobatur.

POſtquam aduerſariorum ſẽtentiæ imbecillitatem, eorumq; rationum inefficaciam oſtẽderimus, facillimum erit contrariæ veritatem ſoliditatemq; demonſtrare: ea enim ex multitudine, & qualitate auctorum, & rationum robore atque euidentia ita eſt confirmata, vt quemadmodum multum immorati ſumus in contrariæ ſententiæ reiectione, ita in huius confirmatione nihil elaborandum eſt.

Sit igitur cõcluſio firma, certa, euidens, & ab omnibus ſequenda, & amplictenda: quod hæretici quantũuis occulti, debent ſtatim nulla prorſus præcedente monitione inquiſitoribus denunciari: eſt communis, & ab omnibus recepta; ſed qui aliqui amplioribus verbis hoc ipſum aſſerũt; ideo aliquorum doctorum etiã dicta referemus *Suares de fide diſput. 20. ſect. 4. n. 11.* ait *Dicendum eſt non eſſe neceſſarium; imo neque vtile correctionem priuatam premittere, ac propterea omittendã eſſe ſemper. Auila de cenſuris par. 2 cap. 5. diſp. 4. dub. 3. concl. 1.* inquit *Nunqua m ſperandum eſt eum, qui auſus eſt opponere ſe eccleſiæ vniuerſali corrigendum eſſe per meam monitionem. Martinus del Rio lib. 5. diſquiſ. magic. ſect. 4 nu. 6. Cum hæreticus,* ait, *iudicio ſuo, pluſquam Eccleſiæ iudicio tribuat, ſtultum eſt ſperare quod priuati hominis ad monitionem auditurus ſit, aut crediturus. Bernardinus de*

Areualo de fraterna correctione concl. 6. propos. 6. versic. Hæc propositio sic habet: *est autem non solum vtile sed valde necessarium reipub. hæreticum ita denunciare nam nulla potest esse pestis perniciosior reipublicæ quã crimẽ hæresis*; & paulo post subdit: *in re igitur tam periculosa opus est præstantissimo remedio, nihil autem prodesset secreta admonitio; sed magis obesset. nam, præter quam quod hæretici nulla speratur correctio; ipse monitor periculo sese exponeret grauis odij, & inimicitiæ, si in correctum postea accusaret. nec est illi credendum etiam si centies emendationem promitteret. solet n. hoc hominum genus ad mentiendum esse promtissimũ, vnde verius putãdus esset. talis fraude, & dolo promittere, q̃ ex animo. Castropalao part. 1. operum mor. tract. 6. dup. 3. puncto* 13. *n.* 5. sic ait *In peccatis autem quæ sunt contra bonum commune vt hæresis, & proditio, raro, vel nunquã præsumi potest correctio delinquentis ex secreta monitione, ideoque denunciandus statim est delinquens vt bono communi prouideatur, & maxime stante præcepto denunciandi Lato a iure, & ab Inquisitoribus. Inquisitores enim nolunt cuilibet particulari committere iudicium ferre; an per se cretam correctionem delinquens hæreticus posset emendari; sed ipsi Iudices esse volunt, ac proinde, & si in aliquo casu crederes emendandum per tuam correctionem nõ teneris corrigere: sed debes statim denunciare. Rodericus Acuna de confessarijs sollicitantibus quæst.* 18. *nu.* 10. inquit: *Qui in hæresis crimina, vel hæresim olentia vel commune bonum labefactantia incideret protinus, & si occultus omnino deferendus est post habita fraterna correctione*; huius Additionator *Freitas a nu.* 30. non solum acriter illam tuetur, sed etiam D. Thomam in eadem sententia esse acerrime defendit. *Fr. Laurentius de Peyrinis to.* 1. *de subdito quest.* 1. §. 2. *vers. Respondeo. Si hæreticus* dicit

cit *si hæreticus sit formaliter in hæresi radicatus statim est Inquisitoribus denũciandus absque fraterna correctione quia nihil illi pro futura videtur. Nauarrus de accusationibus consil.2.n 2. Peccatum etiam occultum infectiuum aliorum non requirit correctionem, vt ait Riccasdus in 4. & Syluester verbo correctio quæst. 6. & nu. 4.* addit *accusare posse etiam iuste ad bonum commune eum, qui iam est emendatus quoad se, scribit Innocent. in cap de his, de accusat. Syluester verbo Accusatie.quæst.9. & in Manu. cap. 24. nu. 14. & in cap. inter verba, 2.par. coroll.66.n.378.& num.427. Fr.Ioan.Marquez in libro 2. de Gubernatore Christiano cap.33.fol.166. litt. D. Però sin embargo destas razones, y de otras que se podriã hazer, como ellas el precepto delos Iuezes que manda denũciar al herege sin corregirle, se deue tener por muy iustificado, y conforme al derecho diuino, y natural como con el fauor de Dios prouaremos cõ l'autoritades, y razones de gran peso. Farinaccius de hæresi quæst.197.§.2.nu.39.hæreticum,* inquit, *quis denunciare tenetur etiam nõ præcedẽte monitiene secreta. Simanchas de cathol.const.tit.19.n.* 10. & 12. *Ex quibus omnibus,* ait, *perspicuum est hæreticum quantumuls occultũ protinus esse Iudicibus indicandum, neque opus esse vt antecedat fraterna vlla correctio id.n. nec legibus commemoratis cautum, nec ab vllo eorum, quos iam ante laudaui relatum est, & multi præterea Theologi, & iuris periti magno consensu tradũt necessariam non esse correctionem fraternam.* hæc Simanchas, & citat *D. Thomam 2.2.qu 33. & quæst.70. Aluarot.in §.credẽtes de statut.& cõsuetud. lib. Feudor. Albereinum lib. de secreto n. 82. Soto lib.de ratione legẽdi secretum membr.2.qu.4.*

Toletus in summa lib. 5. cap.57.n.3. ait *sunt tamen aliquot casus in quibus non est opus præmittere admonitionem hãc. primus est cum præ-*

præsumitur incorrigibilis, & hoc est maxime in hæresi cũ pertinacia: talis hæreticus est denunciandus absq; præuia monitione. Lessius lib. 2. cap. 30. dub. 2. nu. 13. cum præmisisset hæreticum esse statim denunciãdum, subiungit: *Neque hic scrupulose examinandum an forte emendabitur priuata monitione quia in re tanti mometi eligendum est, id quod tutius est: facile enim posset talis priuatim monitus simulare emẽdationem, & pœnitentiã, ac interea occulte exequi quę destinauerat. Sayrus in Claui regia lib.* 12. *cap.* 10. *n.* 5. *vers. dubium primum est.* postquam constituisset, ꝙ in iudiciali denunciatione quæ fit ob publicam punitionem delinquentis qualis est denuntiatio hæretici non sit necessaria fraterna correctio subdit. *Inde est quod quãtumuis quis correptus sit, denũciari tamen potest.*

Quibus adde *Alphonsum a Castro lib.* 2. *de iusta hæreticorum pnnitione in principio*: *ex his omnibus*, inquit, *apertissime colligitur eum qui nouit aliquem esse hæreticum teneri ad reuelandum illius crimẽ iudici competẽti, etiam si de hoc non sit specialiter requisitus, & quamuis in secreto fuerit sibi alterius hæresis reuelata; nam hæresis pestilẽtissimum est venenũ, quod cito & facile maximã quamque potest inficere multitudinem*, & pagina interiecta, prosequitur his verbis, *Eum igitur quem aperte quis non scit esse hæreticum nẽ tenetur secreto corripere, aut fraterne admonere, quia hic talis, vt ait Paulus ad Titum* 3. *subuersus est, & suo ipsius iudicio damnatus. Tãta siquidẽ est multorum hæreticorum pertinacia, vt quo magis corripiuntur, eo peiores fiant, & quo magis de suo errore admonentur, eo tenacius suum errorem tueri procurent, quo fit vt propter ipsius hæreeici commodum etiã si nulla esset alia ratio fit ab illius correctione, & admonitione cessandum, ne videlicet correctus & admonitus deterior*

rior fiat.

Nunquam ad finem deueniremus si omnia omniũ Auctorum dicta referre vellemus omnes enim Auctores vnanimiter id ipsum docent proclamant inculcant. *Rojas singulari 3.n.21. & nu.* 32. vbi citat *S. Thomam in 2.2.qu.32.ar.7.& in 4. dist.* 19 *q.4.nu.* 19. idem dicit *in tract. de hæreticis p. 2.n.81.Pegna par.2 director. comm.2.in cap.qui alios de hæret. versic. Quidquid si q̃ratur,& comm.* 18. *Henriq. lib.6.cap.17.n.4.lit.E. Mandosius in addit.repert.Inquisitor. verbo denunc.* vbi testatur de praxi Inquisitionis. *Sancius in select. disput. 11.nu. 56. Syluius in 2.2.qu. 33.art.7. concl.1. Villalobos in summa par.2.tract.4. diff. 11.nu. 3. Turriauus in 2. 2. tom.1.dis4.58.dub. 3. Lorca in 2.2. sect.3. disp.47.nu.23. Coninch de fide spe & charit. disp.28.dub.8.nu.151. Diana tractat.4. de denunc. resol.2. Durand.in 4.dist.19 q.4. n.4. Riccard.in 4.dist.19.3. part. dist.qu.1. Abulens. super cap. 18.Matth.qu. 68. & 70. Canus lib 12.de locis cap.9.§.At Chrisost. Bannes 2.2. q.33. ar. 8.dub.2. ad. 4. Valenz. 2. 2. disp 3.q.10.punct.5. Nicol.de Visse in lib.sent. tract. 5. p. 3. de charit.q.3. Ians.in concord. cap.72.Syluest. 5. correct. q.5.Ang. verbo Denunciatio q.2. Victorell. in annot. ad c. 57 lib. 5. Toleti cap.* 58. qui refert quamplures & testatur ita in hæresis crimine obseruare Per totam Hispaniam.

Ita etiam post *Archidiac.* docet *Abbas in cap. nouit. n. 44.de iudicijs Guttier, canonic.lib. 1. cap. 11. Vega post Nauarr.* quem citat *in summa cap. 82. vers. Cotesticro. Barthol de Medina in instructorio cap.14 §.2 folij 63.& §.36.fol 157. Aragon.22.qu. 33 art.7 vers.Dico 3. Turrecrem. in cap.si peccauerit q. 12.concl.6.*

Prętereunda non sunt verba *Fr. Elisei Masini,* quę habet *in sua praxi Sancti Officij part. 1. folio. mihi 9. versic. E si come,* inquit, *se in qualche persona per disauentura*

tura si scoprisse la peste, ogn'vno correria a farlo sapere a chi bisognasse, accio così fatto male contagioso non andasse serpẽdo negl'altri, così sempre che si sa, o si sospetta, che alcuno sia hæretico, o sospetto d'hæresia, accioche questa maledetta peste non si diffonda ne gl'altri si dee senza alcuna precedẽte correctione, sotto precetto obligãte a peccato mortale, denũciar quãto prima all'Inquisitore,

Adde etiam *Genuensem in praxi Archiepisc. Neapolit. c.18. num. 5. Lelium Zecchium de casib. reseruat. cas. 2. nu. 6. Lazar. de Blasph. qu. 12. nu. 54. Scaccia de Iudic. lib. 1. cap. 56. nu. 4. Fagundez in præcept. Ecclesiæ, præcep. 2. lib. 6. cap. 4. num. 11. & in præcepta Decalogi lib. 1. in primum præcep. cap. 26. n. 7.*

Constanter item illam docent *Trimarchus de Cõfessar Abutẽt. Sacram. pænit. disp. 12. sect. 2. nu. 15.* vbi hoc asserit etiam in sollicitatione in Confessione, quamuis Cõfessarius esset emẽdãdus. *nouissime Carena p. 2. tit. 9. §. n. 4. 16. Dicẽdũ est,* ait, *hæreticos etiam occultos statim denũciandos esse omissa omnino correctione fraterna, nũquam enim sperãdum est eum, qui ausus est se opponere Ecclesiæ vniuersali corrigendum esse per meam monitionẽ, id tenet nouiss. Alberghin. in manual. Qualif. c. 37. n. 2.*

CAPVT II.

Eadem sententia rationibus efficacissimis, & euidentissimis probatur.

SVMMARIVM.

1 R*ationes quibus hæc sententia probatur, dispersæ per totam sectionem tertiam, in toto capite secundo breuiter recensentur.*

2 P*robabilitas huius sentẽtiæ cum contrariæ probabilitate comparatur.*

3 *Licet concedatur sententiam contrariam esse satis*

satis probabilem, adhuc nostra præcepto DD. Inquisitorum confirmata sequenda est.

4 *Obediendum est legi, cum de eius iustitia, & obligatione dubitatur.*

5 *Dubitans an denunciare teneatur, denunciare debet.*

6 *Iura pro Iudice semper præsumuntur.*

7 *Cum agitur de remedio culpis siue proprijs, siue alienis adhibendo, sequendum est id, quod est securius.*

8 *Dubitans probabiliter de validitate excommunicationis tenetur obedire præcepto sub excommunicatione.*

9 *Qui prius corrigit, quam denunciet hæreticos peccat mortaliter, & excommunicationem incurrit.*

10 *Inquisitores possunt procedere contra fraterne corrigentes hæreticos.*

11 *Inquisitores possunt torquere aliquem sequentes opinionem probabilem probabiliore relicta.*

1 EX impugnatione, ac solutione argumentorum contrariæ sententiæ satis clare, ac firmiter remanet nostra probata, & confirmata; tamen ex supradictis rationum capita hic breuiter recensenda esse existimaui.

Probatur primo, quia de hæreticis semper præsumi debet desperatio potius, quam spes veræ emendationis, ergo statim sunt absque vlla præmonitione denunciandi. Consequentia est certa, cum adhoc, vt obliget præceptum fraternæ correctionis, requiratur spes fructus, tanquam finis per correctionem intentus, quæ spes in crimine hæresis non solum certa, sed etiam certissima esse debet, vt ostensum fuit *num.* 8. & 9. *c.* 9. *sect.* 3. Antecedens latissime probatum fuit primo authoritate sacrarum litterarum per totum *cap.* 2 Secundo testimonio SS. Patrum, & apertissimo Vniuersalis Ecclesiæ consensu per totum *cap.* 3. Tertio ef-

ficacissimis rationibus. Prima, quod cũ hæretici pertinaciter putent sanctè, rectèque contra Ecclesiam sentire, ab hoc erroneo sensu diuelli non possunt; ita per totum *cap.* 4. Secunda, ex contumacia, & pertinacia, qua contra Ecclesiam ita sunt obarmati, vt sint parati, & prompti potius illi contradicere, quam obtemperare, & eius doctrinam contemnere, quam amplecti. Vnde stultum, & vanum reputatur id euincere posse priuatam personam, quæ Ecclesiæ totius authoritas nequit, vt per totũ *cap.* 5. Tertia est, quod in eorũ mentibus innumera adsunt ad resipiscendũ obstacula, nulla adsunt auxilia, neque interiora fidei, iam extinctæ, neque exteriora doctrinæ, iam contemptæ, neque superiora auxiliorum efficacium supernaturalium illis denegata, vt per totum *cap.* 6. Quarta ex ipsa medij ineptitudine, cum tanta, & talis sit hęresis corruptela, vt nõ mitibus, placidisq; monitionum medicaminibus, sed asperrimis, atque atrocibus pœnarum debeat curari. Et quamuis in toto *cap.* 7. abundantissime in hanc materiam sit dictum, tamen silentio mihi prætereunda non videntur ea verba *D. Ambrosij super epistol. ad Titum* 3. *Frequẽtius hæretici correpti exercitatiores fiunt in malo: cogere autem illos videtur, qui sæpe corripit, vt solliciti ores fiant ad perditionem multorũ, ideo dimittendos, vt negligentiores effecti, vel soli, forte dependeant.*

Probatur secundo; quia etiam si concederemus emendationem ex animo, sincereque futuram, tamen quia non ita statim vt aduersarij requirunt, futura esse potest, idcirco interim respublica in discrimen vocaretur, vt late per totum *cap.* 8.

Tertio, quia etiam si statim futura esset, nunquam tamen cognosci certo potest, an hæretici vere sint emen-

mendati, an potius emendationem simulent, & interim venenum, ac pestem occulte in aliorum animos disseminent, de quo per totum *cap.* 9.

Quarto, quia etiam si haberetur certa cognitio veræ non solum faciendæ, sed etiam factæ emendationis, tamen etiam hæretici emẽdati puniri, ac castigari debent, cum expediat Reipublicæ etiam crimina emẽdata, quæ atrocia, & horrẽda sunt, impunita ad aliorũ cautionem, & exemplum non relinquere, vt per totũ *cap.* 10.

Quinto, & principaliter, quia sic expresse præcipitur per sanctissima, & iustissima Inquisitorũ edicta, quibus omnino parendum, & obtemperandũ est, tum quia ex vna parte quam plurimæ occurrunt rationes, quibus hoc præceptum nititur: tum quia ex alia parte huiusmodi præceptum nulli legi contrariatur. Prima pars ostenditur; nam cum propter grauitatem, & periculum cõmunis detrimenti, quod in hæresis crimine inuenitur, non possit per solam priuatam correctionem efficax, atq; aptum remedium adhiberi, necesse fuit præcipere denunciationem, quæ optimum est huius pestis medicamen. Secunda est, quia cum hæretici sint callidi, astuti, versipelles facillime quisquis, quamuis prudentissimus posset sibi falso persuadere hereticum esse vere, ac sincere, qui dolosè, ac ficte emendatus est.

Tertia, & quidem originaria ratio est, quia finis adequatus, & præcipuus huius denunciationis iudicialis est non sola fratris emendatio, verum etiã publica correctio, & fidelium seueritas, ad quem finem fraterna, & secreta monitio nunquam est medium sufficiens; imo vero, vt bene notat *Suarez de fide disp.* 20. *sect.* 4. *n.* 12. potest esse nociua, & magis obesse, quam prodesse, tum quia mera illa dilatio, & circuitus no-

cumento esse potest; tum etiam quia ex tali monitione facilius datur hæreticis occasio deteriorandi, quā meliorandi, cum & magis occultentur, & cautiores, & diligentiores euadant.

Secunda pars quod hoc præceptum nulli legi sit cōtrarium probatur a partiū enumeratione. Nam primo sicut lege naturali obligamur ad denūtiandos hereticos, vt *quæst.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. ostendimus, ita eodem naturali Iure teneri videmur ad eos absq; monitione reuelandos, tantum abest, quod ipsa lex naturæ dictet ad eos præmonendos. Secundo, quia nulla lex Diuina præcipit hæreticos esse prius corrigēdos; nam si hæc esset, vtique esset illa, quæ habetur in loco Matth. 18. Sed iam luculēter demonstratum est in illis verbis non importari præceptum, sed consilium; vt per totum *cap.* 11. & dato, quod præceptū importarent, adhuc non extenditur ad hereticos comprēdēdos ex multis capitibus, primo, quia hoc præceptū obligat solum ad corripiēdos fratres, heretici non sūt dicendi fratres, vt *cap.* 12. *num.* 21. ex litterali explicatione textus probauimus. Secūdo, quia obligatio huius precepti supponit spem emendationis, heretici vero sunt desperati, ita ibidē *num.* 23. Tertio, quia hoc præcepto solum tenemur corrigere peccata contra corrigentem commissa; at crimen heresis est solum contra Deum. *ibidem n.* 23. Quarto, quia lege Mosayca Deuteronomij latum fuit præceptum expressum de denunciandis Idololatris absque correctione, quod extēdebatur ad hæreticos, & hoc præceptum, vtpote morale nō fuit a lege Euāgelica abrogatum, vt per totum *cap.* 14. Quinto, quia aliter lex Euāgelica ab omnibus alijs legibus naturalibus, Diuinis, atque positiuis tum Canonicis, cum Ciuilibus maximopere discordaret, cum in his nihil ad

ad hæreticorum fauorem vnquã decernatur, lex vero hæc Euangelica esset illis admodum fauorabilis. ita in toto *cap.* 15. Sexto, quia hoc ipsum videntur decreuisse summi Pontifices: & DD. Inquisitores, dum expresse pręcipiunt hęreticos statim denunciari, declarare videntur hæreticos sub illa præcepti generalitate non concludi, quod quanti momenti, ac ponderis sit. vide in toto *cap.* 16. Septimo demũ, quia mens Christi legislatoris intendisse videtur hæreticos hoc pręcepto non comprehendere; & quia si comprehenderentur innumera inde absurda, & inconuenientia sequerentur, quæ legenda sunt in toto *cap.* 17.

Et quod nulla sit lex, quę obliget ad hæreticos secrete admonendos dixerunt *Bernardinus Areualensis de fraterna correctione conclus. 6. propòsit. 6. vers. praterea nulla lege. Simanchas de Catholic. instit. tit.* 19. *num.* 102. inquit *nulla est lex, quæ iubeat hæreticum corrigendum prius, quam Iudicibus indicetur.* Idem asserit *in Enchirid. titul.* 23. *num.* 5. *& seqq.*

Sexto demum hęreticos esse statim reuelandos probatur recepta consuetudine, vsu, stiloque Tribunalis S. Officij, & de hac praxi testatur *Scaccia de iudiciys caus. cap.* 16. *num.* 3. vbi de *consuetudine sic seruari, nec tales monitiones in vsu esse. Repertor. Inquisitor. verbo denunciator,* ait: *talem esse vsum. Et Mãdosius in addit. ad Repertor. ibidem vers. an quando proceditur, litt. E,* inquit, *Consuetudo est, vt omissa Correctione fraterna hæreticus statim denũcietur.* Idem repetit *in verb. monitiones, vers. item nota ab eisdem limitatio.*

CAPVT III.

Probabilitas huius sententiæ cum probabilitate contrariæ cõparatur; & quod admis-

missa etiam maiori probabilitate contrariæ, adhuc sit obediendũ edictis DD. Inquisitorum: & demum deducũtur tria contraria tribus deductis ab aduersarijs sect. 2. cap. 4. a num. 19.

2 HAnc sentẽtiam probabiliorem esse ipsi etiam aduersarij, si qui sũt, fatentur, dum semper limitate dicant, tutius esse hæreticos nulla præmissa correctione statim DD. Inquisitoribus deferre oportere: verum ex dictis satis mihi patere videtur, non modo esse probabiliorem, sed etiam neque verum vllum contradictorem habere, atque oppugnatorem. cum, vt probauimus *sect. 3. cap. 19.* nullus Authorum, si bene eorum mens perpendatur, eorumque dicta ponderentur, sit, qui eam oppugnare audeat, & D. Thomas a tot tantisque pro nostra relatus, & citatus fuerit. Et vere, cum Authores praxim respiciẽtes semper consilium dent nostram esse sequendam, & agatur de tam graui periculo Reipublicę Christianæ, si quæ esset contraria opinio, ea in speculatiuarum potius, quam practicabilium opinionum numero recensendam, inficiari quis debeat.

13 Verum, vt omnes aliquando intelligant, quid in praxi sequendum, quid fugiendum sit, vltro ego concedo, quod nullatenus cõcedendum esset, non solũ de hac re contrariam opinionem haberi, verũ etiam eam esse probabilem, imo vero probabiliorem, & tamen constanter affirmo id quod omnes affirmare coguntur, adhuc omnino nostram sententiã esse sequẽdam, & amplectendam, & ab ea nullo pacto ex vi probabilitatis contrariæ recedendum.

Ad quod probandum prę-

presupponō aliter esse dicēdū, ac procedendū in cū quæritur de probabilitate opinionū contrariarū simpliciter prolatarū, aliter de probabilitate opinionum, quarum altera precepto, statuto, ac legibus expressis, presertim grauissimi, integerrimi, & iustissimi Tribunalis, cuius iurisdictio in Apostolicę Sedis Authoritate fundatur, roboratur, obarmatur. Nec solum precepto, ac perpetuo statuto verum etiam excommunicatione latæ sententiæ munitur, & defenditur.

Quibus presuppositis cōclusionem probo primo ratione precepti, ac legis. Secundo, ratione excommunicationis, quibus sententia quę docet hereticos esse nulla preuia correctione denunciandos, a DD. Inquisitoribus, tāquam duobus firmissimis propugnaculis premunita fuit.

4 Primo ergo Theologi querunt, vtrum obediendum sit legi, quando dubitatur de ipsius iustitia, vel obligatione, & respondent affirmatiue. Ita *Bonacina tom. 2. de legibus disp. 1. qu. 1. punct. 7. §. 3. vnica proposit. num. 11. Vasquez par. 2. disp. 151. cap. 4. Suarez lib. 1. de legibus cap. 9. nu. 10. & 3. part. de censuris tom. 5. disput. 4. nu. 5. Salas disp. 10. sect. 2. fol. 225.* & ratio est, quia in dubio melior est conditio possidentis; sed lex, de cuius iustitia, & obligatione dubitatur possidet, & superior ius habet precipiendi, ergo obediendum est legi. Ac idem *Bonacina in princip. dict. §. 3. vers. verumtamen,* ait, quod in foro externo presumendum est in fauorem superiorum facultatem habentium ad condēdas leges, vnde id etiam ait esse presumendum in foro interno. Quapropter obediendum est edictis Inquisitorū, licet de eorum iustitia, & obligatione ex vi contrarię sententię dubitaretur.

5 Secundo, si aliquis dubitet, an denunciare aliquē hereticum, aut suspectum de

de heresi teneatur, ad quod denuntiandum aliquo precepto iniungitur, omni remota hæsitatione denunciare debet, tum quia de periculo animę, tum quia de iniuria Dei, Christianęque Religionis agitur, & in dubio tutior est via eligenda, *Lazarius de blasphemia quæst.* 12. *num.* 70. *ex cap iuuenis, de spons.* & faciunt adducta per praxim *Archiepiscop. Neapolit. Genuensis in cap.* 18. *num.* 14. & quę per ipsum *Lazarium* tradita fuere *in par.* 1. *Canonic. qq. sect.* 2. *qu.* 10. & nos dicimus alijs cumulatis *in quæst.* 4. *c.* 2. *num.* 7. Ergo cum dubitatur, an quis teneatur denunciare præmissa, nec ne fraterna correctione pari ratione eam nō præmittere tenetur. Imo etiam a fortiori, cum quandoq; pręmissio fraternę correctionis magis obesse possit, quam omissio denūciationis, quia heretici admoniti cautiores ad venena diffundenda possunt euadere.

6 Tertio, quia pręsūptio non est contra Inquisitorū edicta, & iurisdictionem, sed in illorum fauorem cū pro iudice semper iura pręsumantur. *Barbos. tract. varijs de axiomat. iuris axiom.* 131.

Iudex enim pręsumitur pronunciasse secundum quod Ius disponit, & prout de Iure tenebatur pronūciare, *idem ibidem* ergo lex Euangelica pro Inquisitorū edictis pręsumenda est, & nullo pacto pręsumendum est Inquisitores contra Ius Euāgelicum pręcepta statuisse.

7 Quarto, quia cū agitur de remedio adhibendo siue proprijs, siue alienis culpis, & malis in deteriorem partem inclinandum est, & id esse pręsupponitur, quod est deterius, vt securius remedium adhibeatur, ita *S. Thom.* 2. 2. *qu.* 60. *art.* 4. *ad* 3. *Soto lib.* 3. *de iust & iur. qu.* 4. *artic.* 4. prout eos refert, & sequitur *Sousa de sollicit. in confess. tr.* 2. *cap.* 4. *nu.* 5. & 6. vbi dicit, esse opinionem communem Theologorū ad

ad citatum locum S. *Thom.* & haberi *in cap.2. de cõceſ. præbend.* Quare cum Inquiſitores hoc præcepto, & lege intendant remedium adhibere contra hæreticos & indemnem ſeruare ab eorum corruptela cæteros fideles, ſemper præſumendum eſt, quod contrarium agere ſit deterius, & minus tutum imo periculoſum Reipublicæ Catholicæ.

8 Venio ad caput excõmunicationis a DD. Inquiſitoribus fulminatæ in ſuis edictis. Nam quando quis probabiliter iudicat ſentẽtiam excommunicationis eſſe inualidam, tenetur tamen ſe abſtinere, & obedire præcepto ſub excõmunicatione lato; vt docet *P. Diana part 5. tract. 9. reſolut.* 29. vbi affert *Vaſquez de excommunic. dub.* 11 *nu.* 23. afferentem: *Reſtat, vt dicamus de ſententia illa, de qua probabiliter dubitatur, an ſit valida, vel non: & de hac dicendum eſt, quod docuit Sotus, quod in dubijs pro iudice ferente ſentẽtiam iudicandum eſt, & ita tenentur parere ſic excommunicati, tã in exteriori hominum conuictu, & apparentia, quam in occulto, quia iudicandum eſt pro iudice, quod ſit valida, & ſi contra quis fecerit, incidit in omnem pœnam a Iure ſtabilitam, quod licet non dicat Sotus, mihi tamen conſequenter videtur dicendum, quia iam eſt peccatum inobedientiæ etiam in occulto contra ſententiam excommunicationis.* hęc Vaſquez. Ita etiam hanc ſententiam tuetur *Turrian. de cẽſ. lib.* 2. *diſp.* 21. *dub.* 3. & vidẽdus eſt *Villalobos in ſumm. tom.* 1. *tract.* 16. *diffic.* 11. *num.* 7. vbi ſic ait. *Si el iuez pone cenſura ſiguiendo opinion probable, ligara, aunque ſegun otra ſentencia ſea nula, y no puede el ſubdito hazer contra ella, aunque ſea de opinion contraria.*

Ex quibus omnibus inferri poſſunt tres propoſitiones penitus contrariæ tribus illatis ab aduerſarijs ex eorum dictis *ſec.* 2. *cap.* 4.

*a nu.*19. Prima, & secunda est, quod corrigentes hæreticos, aut de hæresi suspectos, ac ob id eos denunciare omittentes peccant mortaliter,&incurrũt excommunicationem latã in edictis DD.Inquisitorũ, quia contraueniunt præcepto, quod saltem probabiliter (ne dicam longe probabilius) sanctum, iustum, legitimum reputandum est, ac ipsius Sãctissimi Tribunalis perpetua, constantique consuetudine confirmatum. A quo licet nouissime dissentiat. *Carena par. 2.tit.9.§.4.num.*18. *vers. Ex quibus.* vbi ait. *Ex quibus patet non esse curandum de opinione Fagundez, Io. de la Cruz, Reginaldi,& Peirini, quos refert Diana d. resol. 2. qui voluerunt ante denunciationem confessarij sollicitãtis posse præmitti correctionem fraternam. Nam vere bonum DD. opinio penitus omnia edicta Inquisitorum destrueret, non tamen negarẽ stante horum DD. sententia, posse ob non denunciationem huiusmodi confessarij excusari non denunciantem ab excommunicatione, de qua in edicto licet omnino existimem alijs pœnis etiam rigorosis eum mulctandum.* Tamen affirmare non dubitabo, quod quamplures ex Authoribus, qui prius, quam hæc materia tam exacte pertractata fuerat, aliter sentiebant, & docebant, in nostram sententiã fortasse vẽturos, aut etiam reuersuros.

Tertia ꝑpositio est,ꝙ etiã concesso,ꝙ hi nec mortaliter peccarent, nec excommunicationem incurrerẽt, adhuc possunt a DD. Inquisitoribus puniri pœnis extraordinarijs, quod & in terminis docet Carena in relatis verbis, & quamplurib us potest ostendi, & cõfirmari. Primo, quia hi impediunt liberum exercitiũ SS. Inquisitionis, & executionem suorũ præceptorũ abolent penitus,nedum retardant. Secundo, quia vnusquisq; pro defensione suæ iurisdictionis contra alium

alium procedere, ſequendo opinionem probabilẽ tam in vſu eſt, vt ſuperfluũ ſit probare; ita Epiſcopi cũ Epiſcopis, Inquiſitores cũ Epiſcopis, & contra Superiores laici, cum Eccleſiaſticis, exempti cum Ordinarijs, & contra legitime decertant quotidie; quāto magis ergo Inquiſitores poſſunt contra ſuos ſubditos pro defenſione ſuæ legis præcepti, ac iuriſdictionis ſententiam non modo probabilem, verum etiam certam ſequentes iuridice certare?

Tertio quia, vt bene docet *Antoninus del Rio in diſquiſit. magic. append. 2. lib. 5. quæſt. 5.* ſi Inquiſitores torquerent reum ex opinione probabili relicta ꝓbabiliori, nec peccarent, nec deberent a ſuis Viſitatoribus puniri; quod etiam docet *Io. Sancius in Select. diſput. 44. n. 72. in fine,* quos citat, & ſequitur *Dian. par. 4. tract. 6. reſol. 38.* ergo ſequentes opinionem probabiliorem relicta minus probabili multo magis poſſunt procedere cōtra tranſgreſſores ſuarum legum, & pceptorum.

Verum eſt, quod DD. Inquiſitores non poſſunt prohibere ne talis ſententia aut typis mandetur, aut publice doceatur, quod aſſerebant aduerſarij dicta *ſect. 2. cap. 4. nu. 22.* ſed non exinde poſſunt inferre, q; punire nō poſſunt eos, qui de facto illam ſequentes opinionem fraterne corrigunt hæreticos animo eos non denunciandi. Et ratio diſparitatis eſt; quia illa opinio nō eſt talis, vt dici poſſit erronea, temeraria, ſcādala, & aliqua nota cōmaculari, quæ a DD. Inquiſitoribus debeat, & poſſit expungi; licet eam dicere poſſemus opinionem, quæ ſpeculatiue abſurditatem nō inuoluat, ſed ad praxim deduci tuto non valeat.

At vero, qui ſequendo illam opinionem corrigit animo non denunciandi immediate, ac directe agit contra DD. Inquiſitorum

præceptum; & eius exercitium impedit; cum qui doceat vtramque opinionem, aut eam litteris commendet, nō possit dici huius exercitij impeditor, quia solum vtramq; viam doctrina demonstrat. Et hæc sint dicta, vt amice, placideq; respondeam familiarissimo meo Trimarcho, qui contrariæ sententiæ probabilitatem arguit ex eo, quod Tribunal S. Officij nunquam procurauerit illam expungi, & aboleri non enim est par ratio ab eo, quod docetur, aut typis mādatur, ad id, quod operatur, & practicatur. Neque vnquā DD. Inquisitores in illius probabilitatem consensere, neque cōsensus remotissimam vnquam significationem dedere, imo in præcepto cōtrario persistunt, in statuto de omittenda correctione perseuerant.

Atque hæc sint satis de correctione eorum, quos constat esse hæreticos formales veniamus ad suspectos de hæresi.

Finis Quæstionis Nonæ.

QVAE-

QVAESTIO DECIMA.

CAPVT VNICVM.

An suspecti de hæresi sint denunciandi præmissa Fraterna Correctione.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter suspectos de hæresi esse denũciãdos omissa correctione fraterna communiter conceditur.*

2 *Refertur sentẽtia aliquorum asserentium suspectos de hæresi aliquando esse præmonendos.*

3 *Vera sententia refertur.*

4 *Ad eius prbaationem aliqua præmittuntur.*

5 *Asserta sententia probatur.*

6 *Probatur specialius in crimine sollicitationis in confessione.*

IN hac quæstione duæ sunt sententiæ, quarum prima duas conclusiones ponit. Prima conclusio est, quod regulariter suspecti de hæresi sunt absque præ-

præcedenti monitione denunciandi. Hanc conclusionem in terminis confessarij sollicitantis, firmat *Sousa tract. 2. de sollicit. in confess. cap. 6. num.* 8. de qua dicit se credere, quod nullus dubitabit, eamque expresse asserit *Henriquez lib. 6. de pœnitentia cap. 17. nu. 4. littera L. Paramus lib. 3. de origin. Inquisit. qu. 10. nu. 4. Petrus Ledesma in summa tom. 2. tract. 4. cap. 4. conclus. 24. dub. 2. 3. & 4.* faciunt omnes ij, qui dicunt hæreticum regulariter esse statim denunciandum.

Probatur hæc conclusio ea ratione, quã ponit Sousa adhoc probandum de denunciando confessario sollicitante, q̃ omnibus suspectis de hæresi potest applicari. Secreta admonitio non est adhibenda, vbi nullus speratur fructus, vt supra probauimus, sed in his criminibus regulariter loquendo non est spes, quod criminosus secretè admonitus emendabitur, procedit enim ex deprauato animoq; existimãdi, quod sunt hæc cõmittentes pditissimis motibus infecti, ergo non sunt secreto admonendi, sed statim denunciandi.

Et in materia sollicitationis confirmatur ex D. *Th. quodlib. 11. artic. 12.* vbi sic ait: *Credo quod si esset aliquod peccatum, quod vergeret in detrimentum multitudinis statim esset denunciandum.*

2 Secunda conclusio est, quod si crimen reddens de hæresi suspectum sit occultum, & vel sit emendatum, vel sit moralis certitudo, quod seruato fraternę correctionis ordine criminosus emendabitur, denũciare non licet. Et hoc a fortiori sustinere debent omnes Authores, qui hunc ordinem in hæreticis seruandum esse docent, vt in terminis confessarij sollicitãtis dicit *Sousa loc. cit. nu. 9. & Trimarchus de confessar. abutente Sacram. pœnit. disp. 11. sect. 2. num. 7.*

Hanc cõclusionẽ *n. 9.* citato sustinet *Sousa generaliter*

Pe-

Petrus de Ledeſma in ſumm. tom. 2. tract. 4. cap. 4. concl. 24. dub. 2.

Et quod in crimine ſollicitantis præmittẽda ſit fraterna correctio, docent *Fagundez præcept. 2. lib. 4. cap. 3. num. 31. verſ antequã fiat. Caſtropalao tom. 1. oper. moral. tract. 4. diſp. 9. punct. 10. num. 2. Portell. in addit. ad dub. reg. verbo ſollicitare, num. 18. & 20. P. de Peirinis tom. 1. religioſ. quæſt. 1. cap. 16. §. 2. in fine, & tom. 2. priuilegior. conſtitut. 4. Gregor. 15. §. 9. num. 26.* vbi limitat, ſi adſit ſpes emendationis, quæ limitatio ab omnibus, qui generaliter loquuntur, intelligenda, & ſupplenda eſt. idem *de Peirinis tom. 3. priuilegior. cap. 11. nu. 5. Lezana in ſumma. qq. regular. cap. 9. nu. 34. circa finem. Io. de la Cruz in director. par. 1. præcep. 5. quæſt. 2. art. 2. dub. 5. concl. 2.*

Hęc autẽ concluſio probatur primo; quia ſi hæretici ſunt fraterne corrigẽdi in multorum ſententia, quanto magis de hæręſi ſuſpecti; de quibus minus rara poteſt eſſe ſpes emendationis. Secundo quia poſita faciliori, & maiori ſpe emendationis ex vna parte reſultat obligatio iuſtitiæ, & charitatis; ex altera vero publici detrimẽti ſuſpicio euaneſcit. Tertio etiam locum videtur habere pręceptum Euangelicum, vbi locum non habet emendationis deſperatio.

3 His tamen non obſtãribus dico, quod omnes ſuſpecti de hæreſi ſtatim, abſque vlla pręcedente monitione ſunt denuntiandi. Hãc concluſionem ſic generalem docet *Rodericus a Cunna de confeſſ. ſollicit. quæſt. 18. nu. 10.* vbi ait. *His tamen non obſtantibus ſit in hoc concluſio. Qui in hæreſis crimina, vel hęreſim olentia, vel commune bonum labefactantia incidẽt (inter quæ & hoc a nobis actum adnumerari debet, puta ſollicitatio in confeſſione) protinus etſi occultus, ad Iudices omnino deferendus eſt, poſthabita fraterna illa correctione.*

Ex

Ex quo patet, Rodericum non bene fuisse citatum a *Sousa vbi supra pro contraria sententia.* Rodericum sequitur *Seraphinus a Freitas in addit. ad ipsum Rodericum.* quamplurimi etiam citantur a Roderico, qui non de suspectis verè, sed de hereticis loquuntur. Idē generaliter docet *Lazarius in Canonic. & practic. quæst. sect. 2. quæst. 7. num. 8.* cuius verba digna sunt relatu. *Occultus autem hæreticus, vel de hæresi suspectus nulla præcedente correctione fraterna M.RR. Inquisitoribus est protinus denunciandus, secundum magis communem sententiam, vt latè probauimus in nostro thesauro cōfessar. par. 2. primo casu reseru. Caren. p. 2. tit. 9. §. 4. Albergh. 37. n. 13.*

In terminis vero confessarij sollicitantis, sustinent *Paramus lib. 3. de orig. S. Inquisitionis qu. 10. n. 4. a Cunna loco supracit. Bonacina de denuntiationibus disp. 6. punct. 3. num. 9. vers ex quo patet. Bellet. disquisit. Cleric. part. 2. §. 8. nu. 12.* vbi citat *Azorium par. 1. institut. moral. lib. 8. cap. 19. quæst. 9. Turrianum 2. 2. to. 1. disput. 58. dub. 3. Siluium 2. 2. q. 33. artic. 7. conclus. 2. Simanchas de Catholic. Inst. tit. 19. num. 11. Layman. lib. 3. Theolog. moral. tract. 3. p. 2. cap. 4. num. 3. assert. 2.* hos sequitur *Trimarchus de confessar. abutent. Sacram. Penit. disp. 11. sect. 2. nu. 10. Sanctarellus de hæresi cap. 9. dub. vnico.*

In magiæ vero crimine dixit *Martinus del Rio disquisit. magicar. lib. 5. sect. 4. num. 6. in fin.* his verbis. *In magiæ crimine (quia Lamię semper sunt valde pertinaces, & vix fieri potest, vt ex ignorantia peccent; & semper mora est damnosa alijs) ideo semper sub mortali vnūquēq; teneri confestim eas denunciare, etiamsi cum hæresi nō sit conuinctum earum crimē: & ideo, qui non reuelant hoc crimen, extra confessionem sacramentalem, acceptum indicium contra se, saltem ad inquisitionem etiam specia-*

cialem præbere, quod miror DD. non obſeruaſſe. Opinor omiſiſſe, quia comprehendebant ſub crimine hæreſis, vt S. Inquiſitio facit in Hiſpania. Deinde ſagæ reuelandæ ſunt, quia delictum earum non cenſetur commiſſum, ſed committendum, & damna impendent proximo, & reipublicæ, ideo in conſcientia quis non poteſt tacere hoc enim in genere communiter DD. de conſcientiæ foro recipiunt in quouis crimine committendo. Sic ille.

De blaſphemis hæreticalibus omittēdam eſſe fraternā correctionē docēt *Turrianus 2.2. de fide diſput.* 38. *dub.* 3. *Fagundez in præcept. Eccleſ. præcept.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *nu.* 12. *Lazarius de blaſph. quæſt* 12. *nu.* 38.

4 Ad cuius ſententiæ ꝓbationem præmitto; quod qui dicitur de hæreſi ſuſpectus, de facto poteſt eſſe hæreticus. nam eſſe ſuſpectū de hæreſi dicitur, reſpectu criminis, per annexā ſoleat habere hæreſim; vt ſcilicet rectè ſuſpicemur talia peccantem hæreticum eſſe.

Secūdo præmitto; quod frequenter qui ſunt de hæreſi ſuſpecti ſunt hæretici, & ſic *Trimarchus de confeſſ. abutent ſacram pœnitent. diſput.* 12. *ſect.* 6. *nu.* 50. ait *ſollicitantem confeſſarium bene ſentire de ſacramento pœnitentiæ implicat in terminis Martinus del Rio diſquiſit. magicar. lib.* 5. *ſect.* 1. *in princip.* ait *quod ſolent venefici; & ſagæ fidem catholicam abnegare, & quod coniectores ſuſpecti facile in infidelitatem incidunt. de cæteris vero ſuperſtitioſis, quod vix fiat, vt non vel hæreticum quid credant, vel hæreſim ſapiens faciant.* De ſortilegio dixit *ibid. del Rio*, quod *in eo conueniunt circumſtātiæ criminum enormiſſimorum, Apoſtaſiæ, hæreſis ſacrilegij, blaſphemiæ, &c.* Et ex *D. Auguſtino in cap. quæro.* 6. *q.* 1. dicitur: *Puto vix Catholicum reperiri poſſe, qui perditorum ſit ſuorum neceſſe eſt enim, vt fidem non habeat Catholicam, qui Deū*

non modo non amat, sed nec timet, cum singulis horis ipsum peruersis moribus offendat, & Christianis, ac vniuersis hominibus sit scandalo. *D.Augustinum* refert, & sequitur *Decianus tract. criminal lib.5.cap.19.nu.8.*

5 His premissis sic arguo primũ de suspectis in vniuersum. Si suspectus de heresi vere sit hæreticus, iam patet nõ esse debere discrimen inter hæreticum, & hunc suspectum de hæresi quo ad denũciandum, sed ex præmissis patet, quod etiam si quis cõmittat crimina, quæ reddant de leui suspectũ de hæresi; facilius sit hunc esse secreto, quam non esse hæreticum, ergo debet absq; fraterna correctione, vt hereticus denũciari.

Secundo; quia etiam de suspectis de hæresi potius concipienda est desperatio, quam spes emendationis, & presumendum, quod in peiora sint potius lapsuri quam ad meliora redituri. Quod & ex dictis satis liquet, & quamplures grauissimi Authores docent expresse. Atque *ita Paramus de origin. Inquisit. lib.3. quæst.10.nu.4.* loquens de confessario sollicitante, sic ait: *Ea in re mature agant, quia hoc delictum serpit contra bonum commune, & honorem Christi, & vix vafer Confeßarius emendari solet correctione.* Eadem verba habet *Enriquez lib. 6. de pænit. Sacram. cap. 17. littera L.*

Tertio, quia tale iudiciũ, an adsit spes firma, & certa emendationis, cum requirat summam prudentiam, & non vulgarem indagationem, merito sibi hoc SS. Tribunal reseruandum curauit, cum ex tot viris non minus sapientia, quam experientia cognoscẽdorum hereticorũ satis pollentibus nonnisi sanum, rectum, ac legitimum iudicium possit emanari.

Quarto, quia edicta DD. Inquisitorũ præcipiunt generaliter, vt etiam de heresi suspecti omissa fraterna

cor-

correctione denuncietur, ergo quamuis concedatur, quod stando in iure naturę posita spe probabili emendationis posset habere locum fraterna correctio, tamen posito DD. Inquisitorum præcepto iusto, & rationi satis conformi, locũ nullum habere debet, aut potest. quod etsi Doctores passim dicant, tamen Castropalai verba referenda censeo, sic enim habet *part. 1. oper. moral. tract. 4. disput. 9. punct. 10. num.* 1. loquens de sollicitatione. *Primo cessat obligatio denunciandi, si Sacerdos emendatus præsumatur, neque periculum sit recidiui; cum decreta Pontificum in hoc delicto non tam punitionem delinquentis Sacerdotis, quam reuerentiam Sacramenti attẽderint, ideoque diximus esse decreta fauorabilia, & amplianda, non restringenda. Hoc tamen intelligendum est, quando ex mandato Inquisitorum aliud non constat, ipsi enim ad punitionem delicti commissi, & in aliorũ exemplum, & coertionem imperare possunt, vt delicta iã emendata sibi manifestentur: tunc enim scientes obligati essent manifestare.* Hæc ille.

Ad hec faciunt rationes allatæ de hæreticornm denunciatione; quod nimirũ secus Bullæ Pontificiæ eluderentur, & quod necessitas huius correctionis, si a Romanis Pontificibus, & Inquisitoribus Generalibus non est cognita, de facto nõ reperiatur, & quod suspecti de hæresi possunt esse magno Reipublicæ detrimento, tum quia aut de facto sunt hęretici, aut quã mox hæretici euadẽdi; imo quod magis nociua potest esse hæresis, quæ non se palam, sed per suspicionem, & indicia prodit.

6 Quinto facit ineptitudo medij, sicut diximus de hęreticis corrigendis, quæ licet in omnibus alijs huiusmodi criminibus considerari potest, tamen in sollicitationis delicto fraterna correctio non modo inutilis, non modo inepta videtur.

tur, sed oportet esse omnino non solum periculosa, verum etiam admodum perniciosa. Debet enim corrigi sacerdos ille, qui tantum exarsit, vt non erubuerit nefarium illum ardorem in sacrosancto illo Sacramento per summum scelus, & iniuriam patefacere. Ille, qui & sui officij immemor, & sacrorũ ministeriorum impudens deturpator extitit, ille inquã ab ea muliercula corrigẽdus est, cuius amore captus non solum sacra, diuinaque contempsit, verum ad sacrilegos abusus destinauit. Dicant, quod sentiũt, venusta illa, & formosa facies, verba illa leni quadam asperitate condita conuertent, aut euertẽt animum commoti confessarij? corripiendus, an corrumpẽdus erit? in melius, an in deterius mutandus? Desistet ab incepto in exercitio illius Diuini operis, in loco illo tam sacro, an extra cõfessionarium facilius, commodiusque incœpta complebit? loquor ego non iam ex mera speculatione, sed ex antiqua, & solida experientia, & mihi credere dicenti deberent, qui hęc negotia in libris solummodo legerunt, experientia, quasi manu minime tetigerunt, pertractarunt. Duo dico; quæ non solum timenda sunt euentura, sed sœpius euenisse dolendum, & illagrimandum est. Primum, quod ex suprarelatis satis patet, mulierum correctionem non modo inutilem esse, sed esse maximopere damnosam. Modestia scribendi plura docet silentio præterire potius, quam pudicas aures offendendo enarrare. Abutentur his correctionibus domesticis nefarij sacerdotes qui etiam sacramentis ipsis abutũtur. Atq; ita occasionem, quã ipsi aucupari laboriosius debebant, sibi vltro allatã amplectentes; quid inde timeas, nisi damna illa, & scelera, & vituperia, quæ toties cognouimus perpetrata? Melius, atque aptius con-

consilium esset, nec denũciare, nec corrigere; quam ita eos periculosè corrigere, vt postea nõ denuncies.

Alterũ est ꝙ si daretur locus correctionis in sollicitanis crimine, ferè nunquam confessarius denũciaretur, quia cum hoc crimen sit occultissimum, secunda mulier sollicitata ab eodẽ confessario, a quo prima sollicitata fuit, regulariter mittitur ad corrigendum ab alio confessario, a quo missa fuit prima; & sic de tertia, & de reliquis; & ita *Freitas in addit. ad ACunna qu.21.num.26.* affert exemplum quod refert, ex *Freita*, *Trimarchus de Confess. abut. Sacram. Pœnit. disput. 12.sect.6.nu* 49. de quodam Confessario, qui per decẽnium & vltra perseuerauit in sollicitationũ sceleribus, quo tempore nulla mulier sollicitata illum denunciauit. Sed quid oporteret ab alijs huiusmodi exempla emẽdicare, quæ in hoc Tribunali trita sunt, & vulgaria; nisi ea prudẽtius omittere, quam recensere consentaneum putarem. Faueant igitur sacramentis potius, quam viris sacrilegis: denuncient, vt corrigantur; non corrigant, vt nunquam corripiãtur, imo vt penitus corrumpantur, & putrescant.

Ex rationibus pro nostra sententia adductis patent responsiones adducẽdę ad argumenta pro contraria relata. Nam quo ad primum, negamus hæreticos esse fraterne corrigendos, & sic inferri non posse a fortiori de suspectis de hęresi. Quo ad secũdum, non concedimus in his criminibus adesse spem emẽdationis, & etiam ea concessa locum solum habere correctionẽ stando in Iure naturę, non suppositis DD. Inquis. edictis, illã legitime, sancteq; prohibentibus. Ad tertium de pręcepto Euãgelico, dicimus aut non adesse, hoc pręceptum, aut si adest, ad talia crimina

contra bonum publicum, & vniuersalem Religionem non extendi. Adde, quod & pro nostrę sententiæ maiori euidentia, & firmitate, & pro contrarię oppugnatione faciunt satis ea omnia, quæ in pręcedēti quęstione adduximus de hęreticis reuelādis omissa omni secreta pręmonitione.

Finis Quæstionis Decimæ.

QVAE-

QVAESTIO VNDECIMA.

An ſit præmittenda Fraterna Correctio cũ ijs, quos dubium eſt an ſint vel hæretici, vel de hæreſi ſuſpecti.

CAPVT PRIMVM.

Ad intelligentiam eorum, quæ tractanda ſunt, quædam præmittuntur.

SVMMARIVM.

1 QVi non habet in intellectu errorem, quem verbis, aut operibus exterius profitetur nõ eſt formalis hæreticus.

2 Aliquãdo cum errore intellectus poteſt eſſe admiſta ignorãtia, vt quis neſciat an ab Eccleſia aliud quam ipſe ſentiat doceatur.

3 Aliquando cum ignorantia adiungitur prompti-tu-

tudo obediendi Ecclesiæ: aliquando vero pertinacia.

1 AD propositæ quæstionis tum intelligentiam, tum etiam solutio nem præmittendum est, quod qui hæreticalia aut ore profert, aut facto exterius operatur; diuersimode se potest interius in intellectu, & voluntate habere. Aliquãdo enim quis non habet in intellectu errorem illum, quem verbis, aut operibus in aperto ponit. Et hoc casu propositio illa, vel factũ exterius hæreticale procedit vel ex vehementi passione, vt ira rabie, lasciuia; vel ex coactione, & metu; vel lubrico linguę, vel ioco, & irrisione. Cum autem ad hæresis essentiam, naturãq; constituendam error intellectus requiratur, profecto huiusmodi hominem hære ticalia solummodo exterius profitentem, hæreticũ nõ esse apud omnes in cõfesso est. Et ideo qui transiret ad aliã sectam, vel Idolis externum cultum adhiberet; qui dæmonem inuocaret verbo, cultu vel aliquo alio opere: qui magnetem, vel caput asini baptizaret, incantationes, & maleficia efficeret, vel similia horrenda perpatraret, si errorem in intellectu non haberet, minime hæreticus in foro conscientiæ esset habendus, vt bene adnotat *P. Diana p. par. tract. 5. de absolut. 1.*

2 Aliquando vero cum ea propositione, vel facto exteriori hæreticali admistus est error intellectus. cũ scilicet quis ita sentit animo, vt contra fidem dicit, aut operatur. Qui quidem error potest esse aliquando cum ignorantia cõiunctus; cum ea nimirum ignorantia, vt nesciat quis, an contrarium quod sentit contra fidem, sit a Deo reuelatum, vel ab Ecclesia propositũ. Ignorantia autem multipliciter potest esse, vincibilis nempe, crassa, seu supina, & affectata.

3 Cum hac vero ignoran-

rantia potest etiam aliquãdo coniuncta promptitudo voluntatis ad subijciendam mentem, & intellectũ ei, quod Ecclesia docuerit. & in hoc casu hæresis nullo pacto adest, quia cum adsit volũtatis promptitudo, abest pertinacia, quę adhęresis essentiam necessario efflagitatur.

Aliquando vero cum ignorantia est pertinacia associata, vt scilicet ille, qui errat credendo falsum, paratus itidem sit suum errorem defendere, etiã quod Ecclesia aliter sibi credendum proposuerit. Et hoc casu habetur cum exteriori etiam interior hæresis.

Vnde q̃ritur primo, an q neq; in mẽte errorem, neq; in volũtate habet pertinaciam, sed solum exterius ore, vel facto abneget fidẽ, sit Inquisitoribus reuelandus? & si sit an statim, nulla scilicet inquisitione, & monitione præmissa? Secundo an qui cum exteriori incredulitate habet admistũ errorẽ cum ignorantia, absq; tamẽ pertinacia, sit itidẽ denunciandus? & saltẽ pręmitti debeat fraterna correctio, & secreta monitio? Et si ignorantia excusat a reuelando, quæ sit, quæ excuset, vincibilis, crassa, an etiam affectata? In eo autem casu, quando quis cum errore habet adiunctam scientiam, & pertinaciam, cum talis sit formalis hæreticus, satis de eo supra dictum est, quod statim sit denunciandus.

Difficultas autẽ specialis, neq; modica in alijs casibus cõsistit, quod ex vna parte qui non habet errorem, vel habet errorem cum ignorantia coniunctũ non est hæreticus, neq; videtur de hæresi suspectus, vnde neq; denunciandus aut saltem prius admonendus, & corrigendus. Ex altera vero parte cum huiusmodi homines ab Inquisitoribus puniantur, taliaq; delicta eorum subdantur potestati, & iurisdictioni, etiamsi constet ioco, vel vehemẽti passione quem-

piam in huiusmodi scelera prorupisse videtur adesse sufficientem causam denũciationis, atque etiã omissa omni correctione, quia edicta Inquisitorum generaliter in omni denunciationis casu videntur illam prohibere, quę omnia in singulis capitibus diuidemus.

CAPVT II.

An qui profert, vel patratur dictum, aut opus hæreticale ex ignorãtia denũciandus sit præuia correctione fraterna.

SVMMARIVM.

1 *PRæmittitur diuisio tractandorum.*
2 *Refertur opinio Lelij Zecchij sustinentis non esse præmittendam correctionem.*
3 *Refertur sententia in totum opposita, quod absolute errans ex ignorãtia non sit denunciandus.*
4 *Vera sentẽtia proponitur, probatur.*
5 *Quando, & in quibus articulis fidei sit præsumenda ignorantia sufficiens ad excusandum ab hæresi, declaratur.*

VT in hac quæstione distincte, clareque procedamus, tria sunt exagitanda. Primum, in casu, quo certo constat aliquem in rebus fidei errare ex ignorantia sufficiẽti ad excusandum eum ab omni hæresis suspicione. Secundum, quando nescitur, an errans ex malitia potius, quam ex ignorantia erret; quia scilicet non apparent rationes, & cõiecturæ, quibus in alterutram partem possit probabiliter inclinari. Tertium, quando dubiũ est an quis erret ex ignorãtia, an ex malitia; quia pro vtraque parte adsunt coniecturæ, & argumenta.

Quo

2 Quo ad primum, videtur *Lælius Zecchius de caſibus reſeru. cap. 2. verſ. quod ergo*, ſignificare, quod eo ipſo, quod aliquis proferat, aut patretur quodcumque hæreticale denunciandus ſit ſtatim, ob dupplicem rationem; primo, quia ſemper quis præſumitur hæreticus ſtatim, ac verba hæreſis ſapientia protulerit, vel facta id denotãtia egerit. Secundo, quia tale iudicium, an quis erret ex ignorantia, vel ex malitia DD. Inquiſitorum ſagacitati, & arbitrio relinquendum eſt. Et quia admodũ grauis, & periculoſa materies videtur, in hoc capite referemus ipſorum Authorum dicta. Sic igitur habet Lel. *Quòd ergo attinet ad denuntiandum prædictos quilibet ſciens aliquos prædicta commiſiſſe vel dixiſſe, licet ipſi ita non credant, & licet fortè ſeriò id nõ dixerint ſed ioco, adhuc tenetur eos denũtiare, quia cum Eccleſia non iudicet de occultis c. erubeſcant. 32. diſt. & quis non ſit hæreticus niſi pertinax, vt ſupra, præſumitur quis hæreticus ſimul, ac verba hæreſim ſapientia protulerit, vel facta id denotantia egerit, & ideo eſt denuntiandus, vt diſcutiatur per ſanctiſſimum officium, qua mente id factum dictumuè ſit, & etiam quia qui ore maledicunt licet corde non maledicant, oris inquinamenta incurrunt, ſecũdum Hieronymum in Leuit. & habetur in c. qui negligũt. 24. qu. 3.*

3 Contrarium omnino videtur docere. *Ioan. Lopez de Palatios Ruuios in ſuis allegat. in materia hæreſis* §. 4. *nu.* 16. & 17. vbi ſuſtinet, quod ſi quis per lubricum linguæ, vel ioco, vel fatua ſimplicitate aſſerat aliquid hæreticum; vt puta quod exercere vſuras nõ eſt peccatum; non eſt hæreticus, neq; per Inquiſitores in aliquo ẽt puniri debet: ſed p eius ordinarium imponetur ei ſaltem aliqua leuis pœnitentia ſalutaris. Lubricum enim linguæ, ad pœnam facile trahendum

non est, vt dicit *text. in leg. famosi ff. ad legem Iuliam maiestat.* citat pro hac sententia notabi lem decisionem *Matthæi* Doctoris antiqui, & magnæ authoritatis. *in clem. 1. §. nos igitur de sum. trinit. & Ioannem de Lignano,* quos ait seq *Dom. Cardinalem in quarta quæst.* Eundem *Matthæum in Clemen. nolētes de hæreticis.* quem ait referre, & seq ibi *Ioannem de Imola, penult. colum. in princ. Lapum, Abbat. in Clem. vn. § fin. de vsuris*, quem refert, & sequitur ibi *Dominus Card. in 5. quæst.* quos omnes ait hoc vniformiter tenere. Aliquos autem ex prædictis ait *Lopez* fateri, quod etiam Inquisitores, & Iudices fidei leuiter castigare possunt.

Tertia sententia media inter vtramque est, & docet, quod si constat, vel pbabile admodum sit aliquē proferre, vel patrari quoduis, quod habeat exteriorē speciē hæresis, vel infidelitatis non ex malitia, sed ex ignorantia sufficiēti ad excusandum illum de labe hęreticali, quod non sit statim à sciēte denunciandus, sed prius corrigēdus, & admonēdus secreto, & si ad fidei veritatē resipiscat, nullo modo sit denūciandus; si vero pertinaciter in errore persistat, tunc demū denuncietur. Ita *Toletus in summa lib. 4. cap. 5. num. 1.* vbi sic ait. *Qui enim sciunt aliquem esse hæreticum pertinacem, siue secretum, siue publicum; sub mortali peccato tenentur reuelare & denunciare Inquisitoribus: Immo non denuncians incurrit excommunicationem sæpe ab Inquisitoribus impositam. Dixi tamen pertinacem; cū enim constat, aut probabile est, non esse pertinaciam, sed talem hominē errare ex ignorantia; non est statim denunciandus, sed est semel admonendus: quam admonitionē si spernit, iam visus est pertinax, & denunciandus, de qua denunciatione differit doctè Alphons. de Castro 2. l. de hæreticorum punitione,*

cap.

c.25. Idem credo dicendum de eo, qui facit actum contra fidem, tamē probabile est metu, vel alia passione fecisse, mentem tamen retinere sanā talis enim non est denunciādus statim absq; admonitione in qua ipsius mens constet. Alphonsi a Castro *loc. cit.* verba sunt hæc. *Testis, qui secreto nouit aliquem lapsū esse in hæresim, & nescit an sit hæreticus, vtpote quia nescit, an ex ignorantia, an ex malitia errauit, nescit etiam an sit in errore suo pertinax, aut forte si admoneatur errorem suum deseret, tenetur illum secreto corripere, antequam illum Iudici denunciet.* Quod in sequētibus confirmat. Idem docet Bernardinus de Areualo de *Fraterna Correctione concl. 6. proposit. 6. vers. signanter, dicens: Signanter autem diximus ex malitia errantem (talis enim proprie est hæreticus,) quia siquis forte ex ignorantia veritatis, aut determinationis Ecclesiæ circa res fidei erraret: merito esset prius admonendus, quam denuntiandus. Huiusmodi nāq; homines facile corriguntur, si charitatiue instruantur in veritate. Alioqui errare sæpe etiā cōtingit doctiores. Quòd siquis eos immediate denuntiaret, qui ex ignorantia errant, existimares se bene facere, & nulla deprauata intentione motus: nō ideo dixerim eū mortaliter peccasse. Esset tamen hoc tutum simplicioribus, vt ad denuntiationem nunquam procederēt: nisi consulto prius aliquo viro docto, & præsertim suo parocho, à quo possent illuminari. Sic enim famæ errantium ex ignorantia consuleretur: & præceptum de denūtiatione facienda cautius seruaretur.*

Sic etiam Aragonius in 2.2. *quæst.* 68. *art.* 1 *fol. mihi* 354. *litera,* C. cuius verba referēda duco: *verum est,* inquit, *Quod si non ex malitia, sed ex ignorantia lapsus esset quis in aliquem errorē, vt si, v.g. homo rusticus, negaret aliquam propositionem sacræ scripturæ, quam explicitè credere non tenebitur,* cor-

corripiendus esset homo ille secretò ante denuntiationem, si sit spes emẽdæ, & si ex tali admonitione secreta nullum aliud detrimẽtum potest euenire propter rationẽ iam dictam. Dico notanter, si ex tali admonitione secreta nullum aliud potest detrimẽtum euenire. Nam si rusticus accepisset eum errorem ab illo, qui ex malitia tales errores seminabat, procul dubio ipse rusticus teneretur id iudici manifestare. Quod si non faceret, ille alius qui rustici errorem cognouit, teneretur statim denuntiare, vt hac ratione malum reipublicæ radicitus euelleretur. Ita tenẽt Castro lib. 2. de iusta hæreticorũ punitione, cap. 25. Riccardus in 4. dist. 19. artic. 3. qu. 1. Adrianus in materia de correctione fraterna, & Turrecremata super cap. qui peccauerit. 2. qu. 1. q. 11. conclusione quinta. Et ratio est: Nam ex charitate solum tenemur consulere saluti proximi, sine detrimento famæ, quando id fieri potest citra periculum boni communis, quod in casu posito facere nõ possumus. Lazarius etiam de Blasphemia *quæst. 12. n. 30.* hæc habet. *Nihilominus humiliter remittẽdo me, tã in hoc, quã in oĩbus supradictis, & ĩ fra dicẽdis, ĩ oĩbusq̃ meis lucubrationibus, cẽsuræ Sanctæ Matris Ecclesiæ, à cuius veritate, etiam in minimo declinare prorsus nõ intendo, iuxta mirabilem text. in cap. hæc est fides. 24. quæst. 1. dicerem in hoc casu considerãdas esse qualitates; tum blasphemiæ, tum personæ blasphemantis, eiusque intẽtionem, locum, causam, & alias circumstantias; nam si quis alioquin bonæ conditionis vir non serio sed iratus in rixa, vel alibi, aliqua forte iusta passione, vel linguæ lubrico blasphemaret, etiam hæreticaliter, & si esset talis mentis turbatio, quin aduerteret, quod diceret; tunc sufficit, vt talis reprehendatur, & admoneatur, vt præcaueat in futurum, iuxta illud Ecclesiast. cap. 11. Priusquam interroges*

roges, ne vituperes quenquã; & sic, nisi prius facta priuata, & fraterna correctione, siue monitione, per quam si probabiliter eius emendatio speratur, non est denunciandus, vt colligitur ex Tolet. in Sum. lib. 4 cap. 5. nu. 1. & Rodriq. in trac. de ordin. iudic. cap. 6. num. 18. & in Sum. p. 1. cap. 34. nu. 6. & in qq. reg. tom. 2. qu. 5. ar. 6. in fin.

Aduertit etiam idem *Lazarius nu. 32. vers.* quare inquit, *ex* Rodriquez *in tract. de ordin. iudiciar. cap 6. num. 6. Quod notare debent Confessarij, quod si aliquis accesserit ad confitendum & dixerit, se scire, quod aliquis blasphemauerit, non debent obligare illum, ratione edicti excommunicantis, ad denunciandum antequam præcedat fraterna correctio, siue monitio secundum tenorem Euangelij.*

Atque hæc sententia satis videtur æqua, sed tamẽ est aliquibus cõditionibus, temperanda. Primo enim semper cõsideranda est persona, quam ignoranter aliquid protulisse, vel egisse contra fidem constat, non enim de qualibet persona facile præsumẽda est ignorantia; sed solum de rusticis, aut de fœminis.

Secundo quod non in quibuslibet propositionibus, vel factis contra quẽlibet fidei articulum arguẽda est tam facile ignorantia. Ea enim, quæ ad fidem pertinent in dupplici sunt differentia: alia directe pertinent, & talia sunt ea, quæ principaliter sunt nobis diuinitus reuelata, vt Deum esse Trinum, & vnum Verbum æternum carnem humanam assumpsisse, &c. Alia indirecte, & sunt ea, ex quibus consecutiue prouenit aliquid fidei cõtrarium, sicuti si quis diceret, *Samuelem non fuisse filium Elcanæ, Salomonem non fuisse filium Dauid*, si quis enim hoc negaret, consequenter negaret, scripturam Diuinam falsi aliquid continere, ita *Eymeric. in Director. p. 1. qu. 7. num 1. seqq. latissime Pegna in director. par. 2.*

Com-

Comment. 1. *Carena part.* 2. *tit.* 1. §. 11.

Quapropter in his, quæ ad fidem directe pertinẽt, regulariter non præsumitur ignorantia, sed per allegantem in iudicio illa est probanda, ita *Ricciul. de iure personar. lib.* 5. *cap.* 7. *nu.* 7. *vers.* 2 *est declarandus*, *Farinacc. de hæresi qu.* 197. *nu.* 27. Imo addit *Sanctarellus de hæresi cap.* 41. *dub.* 1. *nu.* 2. quod debet torqueri is, qui in fide errat, cum tamen dicat, se ita tenuisse, quia putabat Ecclesiam ita tenere, alioquin ab Ecclesia nũquam dissensisset, & ait hoc affirmare *Bellamer. in cap.* 1. *de summ. Trinit. quæst.* 3. *num.* 11. *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumption.* 6. *num.* 3.

Verum est, quod facilius admittenda est allegatio ignorãtiæ in casibus ex naturali Iure excusabilibus ob conformitatem, & similitudinem rerum naturalium cum Diuinis, & supernaturalibus, puta, si quis diceret, *Patrem esse maiorem filio*, quia facile est rusticos, & simplices inter humana, & diuina differentias non agnoscere, latissimè *Farinac.* vbi supra *num.* 1. vbi ex summa Angelica ponit exemplum de quadam vetula, credente Trinitatem esse vnam fœminam. quod etiam docet *Carena loc. cit. num.* 65. Atque hæc, quæ de modo procedendi in iudicio dicta sunt, proportionaliter intelligenda sunt in casibus extraiudicialibus, in quibus quis prudẽtia simul, & caritate vti debet; illa, ne quid damni publicũ bonum patiatur, hac, vt famæ fratris, quoad fieri possit, prospiciatur.

Rationes autem, quibus huius sententiæ æquitas nititur satis patent ex suprarelatis Authorum verbis. primo enim DD. Inquisitores præcipiunt omissionem denũciationis in casu, quo cõstat aliquẽ esse hæreticũ, aut de hæresi suspectũ, aut saltẽ dubitari probabiliter potest, sed cum constat aliquem ex ignorãtia errare,

po-

potius cõſtat eumdem hæreticum non eſſe, ergo ſaltem in tali caſu præmittenda eſt correctio, vt certum fiat, an error ille procedat ex malitia, an ex ignorantia. Secundo, quia antequam delictum Iudici denuncietur, oportet conſtare de delicto commiſſo, ſaltem probabiliter, ſi non omninò certo, vt vitetur omnis leuitas, & imprudẽtia denunciandi, & famæ, damnoque proximi prouideatur; ſed cum conſtat de ignorantia errantis in fide, potius cõſtat de non commiſſo delicto, ergo ſaltem præmittẽda eſt monitio, vt probabilitas ad minus delicti habeatur.

Quo ad ſecundam dubitationem, quando nec cõſtat de ignorantia, nec dubitatur de ſciẽtia, ſed neutrum cognoſcitur, & ſcitur. tunc idem iudicium eſſe faciendum puto, quod factum eſt, cum de ignorantia cõſtat, licet opus ſit maiori diſcuſſione, vigilantia, & prudentia. Quod quidẽ ex ſupraadductis rationibus patere poteſt.

Quo ad tertiam, quando dubitatur, an adſit ignorãtia, vel ſcientia, aliqui putant etiam tunc eſſe præmittẽdam fraternam correctionem, vt conſtet de alterutro cum ſit dubium de vtroque; ita *Alphonſus a Caſtro loc. citat.* vbi ſubſequenter dicit. *Si teſti conſtaret illum ex ignorantia & non ex malitia erraſſe, teneretur illum ſecreto corripere, & admonere antequam denuntiaret: quia nullus debet indici denuntiare illum ratione aut nomine criminis quem certo ſcit in opere non peccaſſe, aut de cuius peccato dubitat, donec certior fiat de illo niſi fortè ſuſpitio eſſet violenta, & ex taciturnitate poſſet imminere aliquod reipublicæ damnũ. Tunc enim poſſet iudici denuntiare ſuſpitionem ſuam, & cauſas illius vt ille re bene circumſpecta poſſit reipublicę vtilitati proſpicere. Si tamen talis timor non eſt iniuſtè ageret, qui illũ quem certo ſcit, in opere non* Aaaa *pec-*

peccasse, aut de cuius peccato dubitat coram iudice velut reum manifestaret. Oportet enim esse certum de crimine illius, qui accusandus aut denuntiandus est.

Contrarium apertissime sustinet *Martinus del Rio lib.5. disquisit. magicar. sect. 4. num.* 6. ibi. *Si dubium sit, utrum correctio profutura, necne, & utrum malitia an ignorantia peccet, hoc est, si dubitetur probabiliter de eius pertinacia, quidam putant, prius tunc admonendũ, quam denunciandum, & ita putat Bagnes, quæ sententia est valde æqua. Reipublicæ tamen videtur utilior sentẽtia contraria, nempe hoc casu deferendum Ecclesiæ; nam in re dubia non est Respublica in periculum adducenda, semper enim subest periculum moræ, & subuersionis aliorum, & lege naturæ bonum cõmune particulari præferendum tum quia si reus ille non erat bonæ famæ parũ refert eum iustè lędi, si verò erat, hoc ipso magis nocere Reipublicæ potuisset, cuius bonum præferẽdum eius existimationi, tum quia vel errabat ex mera malitia, & tũc iustissimè delatus fuit, vel errabat ignorantia, & tunc Iudices vel eum non comprehendent, vel comprehensum absoluent, & utroque casu salua erit fama.*

Quod quia estrationibus ab eo allatis explicatum, & catholicæ religioni fauorabile sequendum, & amplectendum arbitror omnino.

5 Illud vero adnotãdum etiam existimo, quod authores dicunt ignorantiam etiam crassam, vel supinam excusare a peccato hæresis, ita *Sanctarellus de hæresi cap 1. dub. 5. num.* 11. & citat *Alensem, Durandum, Palud. Azor. Zumel. Bannez. Martinum Becanum, Turrianũ, Torres, Vasquez, & alios.*

Ignorantiam vero crassam, vel supinam tunc esse ait, quando quis non ex industria, & proposito, sed ex quadam negligentia ignorat ea, quæ potest, & debet scire, vt constare ait *ex l. quod se ff. si certum petatur,*

&

& docere *Abb. in cap. innotuit de elect. nu. 9. Lapum allegat. 51. n. 17. Grammat. decis. 103. nu. 36. Abb. cons. 73. n. 7. lib. 2. Alexandrum, Bellamera*, & alios, quos ibi refert.

Et probat ibidem Sanctarell. quattuor rationibus; quarum potissima est, quia qui non est pertinax nō est hæreticus, cum pertinacia necessario ad hæresim requiratur, sed qui errat ignorantia vincibili nō est pertinax, cum paratus sit corrigi ab Ecclesia, & implicite credat, quidquid Ecclesiam tenet, ergo neq; erit hæreticus.

De ignorātia vero affectata, quamuis, Sanctarell. dicat *ibid. nu* 22. esse maiorem difficultatē, an excuset a peccato hæresis, & afferat ꝑ opinione negatiua tum omnes illos DD. qui vniuersaliter, & absolute dicūt, ignorantiam affectatā nullo modo excusare ignorātem; tum etiā afferat *Nauarr. Canum, Valent. Cordubam, Zumel. Torres*, afferentes in casu hęresis ignorantiam affectatam non excusare ab hæresi; Tamen *nu.* 23. contrariam opinionem putat veriorem, quam sequitur *Azor. Becanus, Suarez, Petātius, Vasquez, Ricciullus, Sayrus, Ledesma, & Aragon. locis a Sanctarel.* citatis.

Ignorantiam autem affectatam nomine ait *nu.* 22. eam esse, cum quis de industria vult aliquid ignorare. citat *Andream, Gayl. Mascard. Io. Bapt. Costa*, & in casu hæresis ignorantiam affectatam esse ait, cū quis non vult adhibere diligentiam in inquirendo, quid doceat Ecclesia, vt possit persistere in sua sententia; vel id facit, quia illi difficile est, & laboriosum veritatem fidei Catholicę cognoscere.

Quæ omnia non debent ansam præbere, vt aliquis his opinionibus in ordine ad denunciandum liberius vtatur, quia pertinent potius ad excusandum in foro conscientiæ, quam in fo-

ro fori, in quo etiam ratio habenda est aliorum, non tantum delinquentis.

CAPVT III.

An si constet, vel probabile sit aliquem sine errore, & pertinacia, sed solummodo ioci causa, vel lubrico linguæ, vel inaduertenter, vel ex subita iracũdia verba hæreticalia protulisse, aut aliquid, quod heresim sapiat, perpatrasse denũciãdus sit nulla præmissa correctione fraterna? Et quid si metu quis aliquod hæreticale commisisset.

SVMMARIVM.

1 *Tales personæ subijciuntur Inquisitorum iurisdictioni.*
2 *Et sunt puniendæ saltem pœna extraordinaria.*
3 *Non est credendum asserẽti talia protulisse, aut fecisse ex ioco, vel ex passione vehementi.*
4 *Imo tales possunt, & debent torqueri.*
5 *Et etiam quod probent talia ioco commisisse, tamen sunt puniendi.*
6 *Probatur tales denunciandos esse nulla præuia monitione.*
7 *Talis sententia explicatur, & temperatur.*
8 *Coactio dupplex est.*
9 *Quæ coactio, & metus excusent ab hæresi.*

QVod huiusmodi personæ sint statim ad Inquisitores denunciandi conijci, & probari potest ex multis.

Primo enim tales personæ subijciuntur Inquisitorum Iurisdictioni ita cõtra nonnullos docent *Pegna p.3 comm.17. Farinacc. de hæres. qu.179 nu. 48. Sanctarellus de hæresi, tractat. de blas-*

blasphem. cap. 8. dub. 2. nu. 3. vbi quamplures allegat, & dicit Inquisitores posse cōtra eos procedere. citat *Lopez in alleg. hæreticalibus. §. 4. in fin. Farinacc. de hæresi q. 179. §. 4. num. 78. Gundisaluum tractat. de hæreticis qu. 8. num. 6.* quamuis idem auctor *quæst. 1. num. 8.* in fine contrarium dicat, nēpe non Inquisitores, sed Ordinarios posse infligere extraordinariam pœnam, quando quis ioco, vel lubrico linguæ verba sapientia hæresim protulisset, quod etiam dixit *Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 37. num. 8.* Et tales esse puniendos ab Inquisitoribus, sed non tāquam hæreticos, sed alia pœna extraordinaria dicit *Carena par. 2. tit. 1. §. 12. nu. 70. & num. 71.* docet tales subdi Inquisitorum iurisdictioni.

3 Secundo notandū est quod ei, qui asserit se ioci caussa, vel lubrico linguæ, vel inaduertenter, vel ex subita iracundia verba hæreticalia protulisse, non est credendum: ita *Sāctarell. de hæres. tract. de blasphem. cap. 8. dub. 2. num. 4.* vbi citat *Calderin. tract. de hæretic. in rubrica de hæreticis credentibus. nu. 6. in fin. Arnald. Albertin. tract. de agnoscend. assert. qu. 36. num. 18. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 37. num. 8. Penna in Direct. Inquisit. pun. 3. cōm. 17. Gundisal. tract. de hæreticis. q. 1. nu. 88.* Quos sequitur *Carena* vbi supra *num. 72. ex Homobono de examine Ecclesiastico tom. 1. tract. 7. qu. 4.* Addit etiam *Sanctarell.* ibidem, quod talis potest, & debet torqueri, ita etiam *Simāch. Cathol. instit. cap. 65. n. 52. & cap. 13. n. 17. & 19. & in Enchirid. tit. 29. rubr. de confess. n. 10. & tit. 52. nu. 7. Locat. post iudicial. Inquis. qu. 27. Decian. loc. cit. c. 36. n. 17. Penna in direct. p. 3. q. 61. comm. 110.* Imo subdit Sanctarellus, quod si reus probet fuisse vere huiusmodi verba ab eo ex ioco prolata, potest ei Inquisitor imponere pœnam pecuniariam, quod ait notare *Za-*

ba-

barell.in Clem.2.§.in Inquisitorib.n.2. & ibi *Imolam nu.6.Calder.tract. de hæret.in rub.de hæret. redeuntib.nu.1.& in rubr.de sent. Inquisit. nu.3.* Vel poteſt ei imponere aliquam aliam pœnam habita ratione verborum, & perſonæ, & loci, iuxta opinionem *Gũdiſal. trac.de hæretic.q.1.n.7.& qu.8.n.6. Carrer.tr.de hæretic.n.9. Albertin.agnoſcend.aſſert.q.36. n.11.& 16.& 18. Rojas de hæret.p.1.n.45.& 66.& ſing.105.n.1.& ſeqb.Penna in director.Inquiſ.p.3.comm.17.*

Ex quibus talia poſsũt, & ſane valida formari argumenta. Primo, Edicto Inquiſitorum cauetur, vt ea delicta, quæ ad eorum pertinent iuriſdictionem, ſtatim ac ſciuntur, ipſis reuelentur; ſed huiuſmodi verba, vel facta hæreticalia, vt probatum eſt, pertinent ad Inquiſitorum iuriſdictionẽ, quia ab ipſis ſaltem pœna extraordinaria puniuntur, ergo ex vi edicti Inquiſitorũ talia delicta ſtatim nulla præuia monitione Inquiſitoribus debent denunciari.

Secũdo; Allegãti hæreticalia ꝓtuliſſe, aut feciſſe ioco vel alia paſſione non eſt ab Inquiſitoribus credendum, ſed illis incumbit onus probare id, quod allegant; ergo multo minus a priuatis vllo modo eſt credendum huiuſmodi perſonis aſſerẽtibus ſe talia dicere, aut patrari non ex errore, ſed ex paſſione, vel ioco, vel lubrico linguæ, quod ſi non eſt credendum, ergo ſtatim, vt ſuſpecti ſaltem de hæreſi ſunt reuelandi.

Tertio, Quia etiãſi tales viri ꝓbent ſe vere huiuſmodi verba ioco protuliſſe; tamẽ debẽt ab Inquiſitoribus puniri pœna ſaltem pecuniaria, ergo etiam ſi alicui cõſtet vere quẽpiam ex ioco huiuſmodi verba ꝓtuliſſe, illum denunciare debet. Illud enim delictum, quod denunciatum Inquiſitoribus pœnam ab ipſis meretur ipſis denunciandum eſſe videtur.

Quarto; quia qui Chriſti fidẽ ore, licet non corde ne-

negat suspectũ esse de hære si, affirmat *Sãctarel. de hęres. c. 41. dub. 3. n. 5. Azo. to. 1. li. 8. c. 9 q. 9. Penna p. 1. q. 9. comm. 24. vers sed hæc quidem.* Sed suspecti de hęresi ex edictis Inquisitorum statim sunt denunciandi, ergo.

Cõtrariã sententiã, quod imo tales prius sint semel admonẽdi, & si monitionẽ spreuerint, denunciãdi docet *Sanctarell. de hæres. cap. 9. dub. vnico, num. 2. ex Toleto lib. 4. cap 5. nu. 1.*

Quibus adde omnes illos Authores, præcedenti capite *a num.* 4. relatos, nimirum *Alphonsum à Castro, Bernardinum de Areualo, Aragonium, Lazarium,* & alios ab ijsdem citatos, qui etiam in his casibus idem docent, quod docent de errantibus ob ignorantiam cùm eędem rationes militare videantur.

Verum ergo diuersitatẽ aliquã constituendã puto inter hæreticalia commissa ex vehementi passione, vt subita ira, animique turbatione; & inter ea, quæ ioco committuntur. Ea enim quæ procedunt ex graui ira, & repentino furore, procedere facile posśũt ex animi indeliberatione; ita, vt excludant libertatẽ operãdi in ijs primis motibus, quamuis non includant ignorantiam, & sic non possunt dici delinquentes vllo pacto hæretici, aut vere de hæresi suspecti, præsertim si talis persona non esset alioqui prauis moribus notata. Idem puto de elapsis per linguę lubricum, quæ cum maxima inaduertentia solent committi. At ea, quę iocosè, facetq; iactãtur, excludere possunt pertinaciam, at non excludunt scientiam, neque includũt plenam inaduertentiam; imo iocus ipse argumento esse potest, vt ea quis tam familiaria habeat, vt illis ad iocum, & argutias vtatur. Quare puto omnino esse statim denunciandus, vt saltem tam nefarij ioci pœnæ grauitate emendentur.

Te-

Demum quoad cōmittentem aliquod hæreticale ex metu ſupponendum eſt, coactionem eſſe duplicem, alteram abſolutā, & præciſam; cum quis v.g. ligatus, & penitus renitens cogitur genua flectere Mahometo, vel frangere imaginem ſacram. Alteram vero conditionalem tantum, vt ſiquis pro euitāda morte aliquid factum hæreticale cōmittat, ita *Carena par. 2. tit. 1. §. 15. nu. 80. Pegna in director. p. 1. qu. 9. comm. 24. verſ. ac primum quidem.*

Qua poſita diſtinctione qui commiſit factum hereticale coactione præciſa, & abſoluta, neq; hæreticus eſt, neq; peccat, ita *Pegna* vbi ſupra, *Farinac. de hæreſ. q. 183. nu. 32. Ricciull. de iur. perſon. lib. 6. cap. 5. num. 2. ſeq. Carena ibid. num.* 81. Ratio eſt; quia talis coactus magis dicitur pati, quam agere, vt inquit *text. cap. ſacris, de ijs, quæ vi, metuſue cauſa, etc.* Quare in hoc caſu huiuſmodi ſic coactū non eſſe denunciandum non indiget probatione, ſed potius denunciandus eſt ille, qui cogit. Quod ſi coactio non eſt præciſa, ſed conditionalis, tūc committens per talem vim factum hæreticale non eſt hæreticus, quia cū corde credat, non poteſt dici pertinax in mente, peccat tamen grauiſſime; *Carena ibid. nu.* 82.

Negari tamen non poteſt, quin ſic talia facta cōmittentes, quoad Eccleſiā, quæ non iudicat de occultis *cap. 1. de clandeſt. ſponſal.* ſint ſuſpecti de hæreſi, quādoq; vehementer, ſi ui, vel metu ceſſante adhuc in facto perſtiterunt, vel ſi perſona grauis ſit, vel ſi metus leuis fuerit, puta carceratio nis fuſtigationis, &c. vel ſolummodo metus fuerit reuerentialis, idem ibid. alijs relatis *nu.* 84. 85. Quare in hoc caſu videtur adeſſe obligatio denūciandi, quia adeſt ſuſpicio hæreſis.

Finis Queſtionum.

PRAXIS
AGENDÆ, ET RECIPIENDÆ
Denunciationis.

VT ea quæ ad praxim denũciationis tum agendæ, tum recipiẽdæ ptinent in vnum breuissime colligamus, per totum hũc librum dispersa, & diffusa, consideranda nobis sunt primũ partes personæ denunciantis, deinde Inquisitoris, seu Commissarij denunciationem recipientis, ac demum Confessarij ad denunciandum incitantis.

Partes ergo personæ denũciantis consistunt, tum ante ipsam denunciationem; tum in ipso actu denũciandi, tum post factam denunciationem.

Ante denunciationem aut quis certo putat se esse obligatum ad denunciandum personaliter, & per se ipsum, aut dubitat sit nec ne obligatus. si certus est de obligatione denunciandi debet statim, ac recta via tendere ad denunciãdum coram D. Inquisitore vel commissario loci; tria tamen prius quam denũciet inuiolabiliter obseruando. Primum quod nullo pacto corrigat personam quam denunciare debet, etiam si sibi videretur, posse suis correctionibus, atque monitionibus emendationem sperare, imo si certũ sciret aliquẽ esse de facto emendatum, debet eundẽ statim denunciare iuxta ea quæ diximus de hæreticis *Quæst.* 9. & de suspectis de hęresi *Quæst.* 10. per totam, Secundum quod neminem siue sit proprius

confessarius siue persona grauis & prudens, debet consulere, & cum eo denunciationem faciendam communicare consilij petendi causa, quia vtrumq; prohibetur a DD. Inquisi-quisitoribus, vt dictum est *qu. 2. cap. 7. a n. 4. vsq; ad 12.* Tertiū exactissime obseruare debet, ne delicta propalet, & diuulget, & multo minus delicti auctorem, quod quidem aliqui, aut imprudenter aut malitiose faciunt, ab Inquisitoribus non solum reprehendendi, sed etiam puniendi tum quia semper habenda est ratio boni nominis, ac famæ delinquentis; tum maxime quia, vt denūciatio ad debitum finem inquisitionis perducatur, sūmum silentium, & secretū prærequirit.

Verum est quod quāuis denūciatio debeat fieri statim habita notitia delicti; tamen potest quis differre denunciationem per sex dies in edicto fidei concessos, nisi adsit periculum in mora vt dictum est *quæst. 2. cap. 7.* & nisi quis præuideret intra sex dies de futuram sibi potestatem denūciandi; quia scilicet iter necessario facturus esset; tunc enim tenetur præuenire terminum sex dierū, vt probatum est *loc. cit. nu. 13.* orta autem semel obligatione denūciādi hæreticos, & de heresi suspectos perpetuo durat, vt *ibid. n. 20.* quod caput totum legendum est quia plura continet practicabilia.

Quod si quis sciens se esse obligatum ad denunciandum impeditus tamē est quo minus personaliter possit cōparere tunc si impedimētum est perpetuū, quale est in monialibus, aut ægrotantibus ad mortem debet mitti cōfessarius vel alius vir prudens ad DD. Inquisitores, vel commissarium loci, qui accedent vel aliquem mittent vt denunciatio recipiatur. iuxta dicta *qu. 7. cap. 1. n. 2. & cap. 2. per totum.*

Si vero impedimentum est

est ad tempus vt ex causa absentiæ, vel malę valetudinis, & similiter potest immorari vsq; dum cesset impedimentum, & fiat denũciatio personaliter secundum dicta *qu. 2. cap. 8. num. 21. versic. & ex eadem ratione.* Si vero periculum adsit in mora debet fieri denũciatio per aliã personam, qua semel facta per alium, etiam si cesset impedimentum nõ adest amplius obligatio personaliter comparendi ad denunciandum vt notatum fuit *quæst. 7. cap. 1. nu. 2.*

Quod si quis dubitat an teneatur personaliter cõparere, quia scilicet timet de damno, vel periculo probabiliter imminente, quales solẽt esse puellæ nobiles aut coniugatę prępertim in denunciatione sollicitantium in confessione, in eo casu ne erretur, legatur quod notatũ est *quæst. 4. cap. 5. n. 10. versic. ad maiorem vero mulierum, & qu. 7. cap. 1. à nu. 3.* vbi etiam *num. 5.* ostentum fuit quod nunquam quis deobligatur à denunciando etiam si deobligetur à personali denunciatione; cum vero quis non potest personaliter comparere, tutius est & melius vt denunciet per interpositã personam quã per epistolam, interpositæ autem personæ, non debet communicari factum, sed solũ ea debet mitti ad certiorandum Inquisitorem, vel commissarium quod T. de T. habet aliquid, quod denunciare debet, & personaliter comparere non potest; ipsi enim de opportuno remedio prouidebũt. Ad quod onus suscipiendũ teneri quempiam ex charitate, & fortasse ex iustitia, probatum fuit dicta *quæst. 7. in fine cap. 3.*

Si vero quis non sit certus quod teneatur ad denunciandum, sed dubitat, tunc in quibus casibus posita prudenti dubitatione possit adire confessarium, vel aliam prudentem personam ad consilium capiẽdum, quando vero nõ ob-

 stan-

ſtante dubitatione debeat inconſulto quocumq; pergere ad denunciandum legat ea, quę dicta ſunt *cap.7. quæſt.2.a n.12.ad 17.*

Vt autem omnis dubitatio,& ſcrupulus e denuntiantium animis euellatur, ea debent in vniuerſum, omni ſublata dubitatione pro certis habere.

Perſonam quamcumq; teneri ad denunciandum, neque vllam eſſe exemptã ratione aut temporalis aut eccleſiaſticæ dignitatis aut ſtatus regularis. ſecundum ea quæ dicta ſunt *per totum cap.1.quæſt.6.* Neque vllam eſſe inhabilem ad denunciandum, licet inhabilis ſit de iure in alijs criminibus.

AEtatem etiam ad obligationem denunciandi requiſitam eſſe a 12. anno ſupra tam in maſculis, quã in fœminis vt probatũ eſt, *qu.3.cap.2.n.6.*

Perſonam etiam quamcumq; denunciandam eſſe neq; vllam eſſe immunem, & exemptam, nam licet contra aliquas perſonas, vt Nuncios, Legatos, Epiſcopos, Inquiſitores nõ poſſint procedere; tamẽ debẽt Inquiſitores receptam denũciationem ad Summum Põtificem, aut Generalem Inquiſitorem tranſmittere, vt fuſe declaratum fuit tota *qu 7. a cap. 2.* vbi actum eſt de perſonis denunciandis.

Circa crimina,& delicta vt quis ſciat an pertineant ad Inquiſitorũ iuriſdictionem, & conſequenter an adſit obligatio ea denunciandi, ſequenti ordine debet regulari. Primũ enim videat an huiuſmodi delictum adnumeretur in illis quæ ſingillatim recenſuimus *quæſt.4.* videlicet *in cap. 5.* omnia crimina cõmiſſa vel in celebratione, vel in adminiſtratione vel in ſuſceptione Sacramentorum. *In cap. 6.* omnia genera Blaſphemarum hæreticalium. *In cap. 7.* Sortilegia omnia. *in 8.* quamplurima, quæ & in edicto non expreſſe continentur,& ad quaſdam cathegorias facile

redu-

reduci non possunt. Si vero crimen non consistat in facto; sed in propositionibus quibusdam hæreticalibus, aut ad iurisdictionem DD. Inquisitorum pertinẽtibus legat *cap.4. eiusdem qu.4.* vbi quamplures enumerantur ad quas aliæ reuocari possunt. Quod si his locis neq; expresse neq; reductiue potest coadiuuari vt sciat an crimen sit denũciandum, recurrat *cap.9.d. qu.4.* ad dignoscẽdum, quę sint delicta quæ hæresis suspitionem inducunt.

De scientia ad denunciandum requisita, ea seruanda sunt. Nõ esse necessarium, vt quis ita sciat crimen cõtra fidem commissum, vt illud corã DD. Inquisitoribus debeat probare, vt abunde probatum fuit *quæst. 5.cap. 5.* Neque item necessarium est, vt delictum huiusmodi non solum ab eo, qui denũciare debet, sed etiã ab alijs sciatur; ita, vt præcedere debeat delicti infamia; imo si vnus solus sciat, denunciare tenetur, vt ostensum fuit *cap.4.d.qu.5.* Quando igitur quis aut ipse vidit aliquid factum, aut audiuit propositionẽ, vel blasphemiam quamdam hęreticalem: vel si audiuit narratũ a persona, quæ sit fide digna, & quæ sit certa, & sibi cognita, & quæ certo sciuerit id, quod narrat, tunc quis tenetur statim reuelare, secundum ea, quę dicta sunt *quæst.5.cap.2.* Quod si dubitat, an adsint hæ tres conditiones, tenetur in dubio fidei fauere, ac denunciare, vt notatum est *loc. cit.num. 7.* Quod si quis nõ habet scientiam criminis neq; ex proprio visu, vel auditu; neq; quia ex alio narratum audiuit, sed solum ex quibusdã indicijs, coniecturis, & pręsumptionibus, quando in hoc casu inducatur obligatio denũciandi melius est, vt legatur attente totum caput tertium *d. qu. 5.* quam hic breuitate potius obscuritatem parere, quam satisfacere. In summa, si aliquid oc-

occurrat dubitandum circa scientiam delicti, an sufficiat ad obligandum denunciare, recurratur *ad d. quæstionis quintæ capita.*

Quãtum ad causas a denunciandi obligatione excusantes; aliquot sunt, quæ vere excusant. Nam quis non tenetur seipsum, quamuis sit hæreticus formalis denunciare, vt firmatum fuit *cap. 1 quæst. 8.* Nisi tamen quis interrogaretur de delicto, cuius notitiam iam D. Inquisitor habuisset vt *ibid. a nu. 5.* probatum fuit. Tenetur tamen vnusquisq; adire D. Inquisitorẽ, vt Confessarium, nõ vt Iudicem, vt sibi absolutionẽ ab hæresi impartiatur, quã nemo alius concedere potest, *vt ibidem num. 7. vers. sed hic notandum*, explicatur. Neque itidem quis tenetur complices sui criminis reuelare, quia se ipsum reuelaret, vt *cap. 2. d. qu. 8.* probatum est.

Veruntamẽ mulier, quę consensum præbuit Confessario sollicitanti, tenetur illum denunciare, quia potest tacere, quod ipsa consenserit, & sic non reuelat confessarium, vt sui delicti complicem, vt limitatum fuit *cap. 2. qu. 8. a nu. 2.*

Præterea tenetur non reuelare hæresim, quam quis scit per Sacramentalẽ Confessionem, vt cum pluribus ampliationibus fuse dissertum est per totũ caput quintum *qu.* 8.

Cœterum ex alijs capitibus nemo habet iustam excusationẽ non denunciandi. Nam pater tenetur denunciare filium, filius patrem, vel matrem, maritus vxorem, & contra, vt probatum est *cap.* 3. *&* 4. *qu.* 8. & etiam si quis sciat hæresim, vel delictum trahẽs hæresis suspicionẽ sub maximo secreto, imo sub iuramento, tenetur nihilominus statim denunciare; de quibus vide caput sextum *d. qu.* 8.

Atq; hęc debet obseruare ante faciendam denunciationem is, qui tenetur denunciare; quando vero ac-

accedunt ad denunciandũ, primo debent factum totum recolere, vt ne in ipsa denũciatione varient, titubent, & vel aggrauẽt reum superfluum aliquid addendo, vel commune bonum lædatur, aliquid ob memoriæ lapsum omittendo. Secundo, debẽt omnẽ animi rancorem, iramque deponere, & solum ob oculos habere tum fratris denunciandi salutem, tum fidei, ac religionis incolumitatẽ; debẽt enim deferre iuramentum, se non odij, aut inimicitiæ causa reuelare. Tertio, denunciare debet Inquisitori, vel eius Commissario, vt Iudici, non vt patri, & iudicialiter, non sub sigillo sacramentalis Confessionis, iuxta dicta *quæst. 1. cap. 5. n. 15.* Quarto, recensere debet omnes circumstantias facto adiacentes personas, locũ, tempus, nihil aut supprimendo, aut superaddendo.

Facta, & recepta denunciatione nihil aliud superest, quam silere, & tacere.

Ij vero, qui denunciationem recipere debent, quid teneantur obseruare, habẽt in instructionibus a Tribunali SS. Inquisitionis ordinatis, & decretis, & quæ Commissarijs mittuntur, cum ad tale officium eliguntur. Solum hic aduerto, quod in hoc Tribunali regulariter nõ recipiuntur accusationes, sed solũ denunciationes, quid vero faciendum sit, cum quis instaret etiam ad accusandũ, legatur a *num. 16. cap. 4. q 1.* Debent vero, præsertim Commissarij intueri vultũ, frontem, gestum, trepidationem, & similia personæ denũciantis, quia cum debeant trãsmittere cum informatioinbus originalibus ad Tribunal litteras informatiuas, quandoq; ad veritatem indagandam multũ possint iuuare similes obseruationes. Locus præterea recipiendæ denuuciationis debet esse secretus, iuramẽtum veritatis dicẽdæ tactis sacrosanctis Euangelijs, etiam si a Sacerdote

præ-

præstetur, quod si denunciantis lingua non intelligeretur, adhibendus est interpres, cui dãdum est iuramentũ, quod fideliter munus suum exercebit, punctualiter referẽdo testi omnes interrogationes, & Inquisitori, aut Commissario omnes testis responsiones, nisi aut Notarius, aut Inquisitor, vel Cõmissarius denũciantis linguã intelligerent.

Denunciatio vero recipienda est ore, & voce, non autem scriptis, nisi denuncians loqui nõ posset. Quod si aliquando Commissarijs proijciantur occultè denũciationes scriptæ sine nomine denũciantis, debent eas ad Inquisitores transmittere.

Recepta denũciatione, Commissarij nihil aliud agãt, quam eas ad Tribunal transmittant clausas, & obsignatas.

Cõfessarius vero tria aduertere debet; primũ in inducẽdis ijs ad denũciandũ, q denũciare ob humanos, vanosque prætextus renitũtur, tunc .n. ob oculos obijcere debet ea omnia capita, quibus denũciatio huiusmodi cohonestatur, quę retulimus quęstione secũda capite primo per totũ. Secũdũ, quod sit cautus in cõcedẽda absolutione ante factã denũciationẽ, quod nõ nisi raro, & cũ summa prudẽtia agere debet, vt fusè diximus *qu.7. cap.7. n.3.* Tertiũ, quod si quis cõfiteatur omisisse denũciationẽ in casu, quo teneretur; debet a pœnitẽte inquire re, an omiserit animo fauendi hęretico, seu cognoscendo fauorẽ hęretico, vt hęretico resultãdũ fore; tũc .n. talis incidit in excõmunicationẽ Bullę Cænę cõtra fautores, iuxta dicta *loc. proxime citato, vers. circa excommunicationẽ*, & a quo sit dãda absolutio, vide *qu.3. c.5. a n.4. ad* 8. Si vero nõ adfuit animus fauẽdi, tũc incurritur excõmunicatio lata ab Inquisitoribus, a qua quis possit absoluere in Regnis Hispaniæ, vel in Italia, fuse diximus *q.3. c.5. a n.9. ad* 13.

FINIS.

6- 4